44

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# IURISPRUDENTIÆ CIVILIS
# ELEMENTA

IUXTA INSTITUTIONUM IMPERIALIUM ORDINEM

*Una cum quamplurimis Practicis Obſervationibus & Monitis ex deciſionibus præcipue noſtrorum Tribunalium depromptis, & Clauſularum explicatione*

AD FORMULARII FLORENTINI ORNATUM

ET NEOTERICORUM TABELLIONUM RUDIMENTUM, NEC NON AD ALIQUAM DEFENSORUM CAUSARUM COMMODITATEM

*QUIBUS ACCEDUNT*

TRACTATUS DE CENSIBUS · DE CAMBIIS DE CONCURSU CREDITORUM · ET DE DOTE

ELABORATA POTISSIMUM IUXTA PATRIAS VIGENTES LEGES

*A I. U. D.*

ANT. PHILIPPO MONTELATICI

SACRÆ ACADEMIÆ FLORENTINÆ IUSSU REGIO PUBLICO INSTITUTIONUM IMPERIALIUM, ET ARTIS NOTARIORUM PROFESSORE

*Tom. I.*

FLORENTIÆ MDCCLXXVII.

EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA

*FACULTATE PUBLICA.*

d by Google

*NOBILISSIMO AC PRÆSTANTISSIMO VIRO*

COMITI

# ORLANDO MALEVOLTIO

DEL BENINO

PATRICIO FLORENTINO

EQUITI DIVI STEPHANI

EX NOBILIBUS A CUBICULO MM. II. RR. ET R. C. M. E. D.

CUM PRIMUM ad hoc Opus, qualecumque ſit, divulgandum animum contuli, nihil ingenuo, ſtudioſoque homine dignius exiſtimavi, quam illud præclari alicuius, ac de re Litterarum publica optime meriti Viri, meorumque ſtudiorum fautoris Patrocinio commendarem, tum ut certam illi impenſorum a me in acquirendis Iuris Principiis laborum rationem redderem, tum ut ea quæ ſcripſi ſub eiuſdem auſpiciis in vulgus emanando, maius ſibi nomen, maioremque gloriam



Digitized by Google

compararent. Et ſane non parum ita decoris iis Libris accedere arbitror, quibus vel ob nimium anguſtos limites, quos intra verſatur Auctoris ingenium, vel ob rerum quas pertractandas ſuſcepit difficultates, aliquid ſemper deeſſe videtur, maxima licet induſtria fuerint elaborati.

Quæ cum ita ſint, ſumma benignitas, ac humanitas Tua ILLUSTRISSIME DOMINE, qua honeſtum quemque Virum excipere ſoles, impulit me ut Lucubrationem hanc nomini Tuo potiſſimum conſecrarem; Nec quominus id facerem tenuitas eius deterrebat, cum ſciam Te mediocria etiam, & ipſam Scriptoris voluntatem laudare conſueviſſe, quæ, ut vera fatear, nulla alia mihi fuit quam aliquam Reipublicæ utilitatem, aliis fortaſſe ſubsidium, mihimetipſi tandem decus, & adiumentum adferre. Neque ſcripta hæc de Iuris Civilis Inſtitutionibus ingrata tibi fore confido, cum Te huiuſmodi ſtudio delectari, in eoque etiam verſari certe ſciam.

Quare Te vehementer oro, obteſtorque, ut hoc tenuiſſimum obſervantiæ meæ pignus ea qua ſoles humanitate recipias, vale

*Obſequentiſſimus*
ANTONIUS PHILIPPUS MONTELATICI.

# AD LECTOREM

*QUICUMQUE Opus aliquod in lucem proferunt quaenam eoſdem ad hoc impulerit cauſa uotum facere ſoleut, aliorum igitur exemplo ipſe quoque breviter, atque ingenue fatear, quod cum ab adoleſcentia in Tabellionum Arte, atque in defendendis controverſiis verſari ceperim, neque a ſuſcepti tramitis principio valde receſſerim, iam in eo longiores admodum, quam in me aliorum eſſet fiducia progreſſus feciſſe exiſtimabam, eo quod in primis Iuriſprudentiæ Tyrociniis aliquam Inſtitutionum Iuſtiniani peritiam adeptus fueram.*

*Verum ut ille Filiusfamilias, qui magna premi ſolitus indigentia pecuniæ, ſtatim ac paternæ Domui valedixit, cum non ingens quidem Peculium, ſed paullo maiorem ſolito auri quantitatem obtinuerit, ſibi perſuaſit fore, ut huius ope facile per totum Orbem evagaretur, poſtquam tamen ea opinione ductus longius a Patria diſceſſerit, vehementi animi ægritudine correptus eſt, dum vidit parum adeo ſibi ſupereſſe pecuniæ, ut breviſſimi temporis itineri conficiendo ſufficere vix poſſet, ita ipſe quoque ſtatim, atque perſpexi me primis fretum Rudimentis parum ulterius progreſſurum, licet mihi non deeſſet librorum copia, eoſque pervolvendi otium, diu tamen in-*

*incerto pede, ac nutans inceſſi, idque in eo potiſſimum, quod ad Tabellionum Artem pertinebat; numquam enim mihi contigerat ut illam invenirem aliqua ratione diſpoſitam, quæ aut accurata, aut ſaltem ad recte docendum idonea eſſe, mihi videretur; ſed omnia ( liceat mihi iis uti verbis ) per ſaltum, ac promiſcue addiſcebantur; cui malo adhuc remedium minime fuerat adhibitum; nondum enim opportune tradita fuerant Principia quædam, ex iis etiam quæ minus in Foro per ora Iuriſconſultorum volitant, ſed inter Iuris apices potius deliteſcunt, quæ etiam ubi aliquis fuerit aſſequutus, haud ita facile in magna rerum congerie eius memoriæ poterant adhærere.*

*His ita ſe habentibus, eo adductus fui, ut quæcumque in dies addiſcebam perſcriberem, ut mihi præſto eſſet Promptuarium, quod deficienti ſuppleret memoriæ, ſopitaſque ideas excitaret, in quo labore, ac diligentia diu perſeveravi, atque hinc factum eſt, ut moles admodum excreverit.*

*Quoniam vero ſummopere exoptabam ea ad inſtar Elementorum Iuris redigere, me nullo pacto id melius præſtiturum fore ratus ſum, quam ſi mihi Inſtitutionum Iuſtiniani Textum tamquam ducem proponerem, ex quo cum Compendium excerpſerim, univerſas illi animadverſiones ſubinde adieci, quas & uſui Fori, & Tabellionum Arti, & nonnullis inſuper maioris momenti Iuris Articulis enucleandis conferre cenſui: Florentinum etiam Formularium exornavi, nonnulloſque elucubravi Tractatus, quos Tyronum, præſertim ad Forum primum accedentium, utilitati inſervire poſſe exiſtimavi.*

*Nolo autem ego ad examen revocare an Opus laudandum, an ſpernendum ſit, eiuſdem enim idoneus Cenſor eſſe nequeo, cum certus ſim ſimios etiam ſuis fœtibus delectari, qui nobis inſpicientibus, ſtomachum movent. Malim igitur, ut alii de hoc ferant Iudicium. Equidem ſatis novi inter homines in perpendendis aliorum ſcriptis alios eſſe æquitate, benignitateque ornatos, alios vero ea carere omnino. Prioris generis Lectores mihi veniam daturos, debitaque commiſeratione proſequuturos confido; plane enim perſpicient quod iter ſuſcepi, in quo nondum in Etruria quiſquam figit veſtigia,*

*gia, ſimulque laborem diuturnum, gravemque fuiſſe dignoſcent. Inhumani autem mea de more lacerabunt, & carpent ſcripta, verum eorum conviciis, atque dicteriis ſatis mihi erit ſemel reſpondere, quod ſi Lucubratio mea illis haud arridet, ſinant eam in tenebris iacere, vel etiam ut Volusii Annales ſordeſcere, ipſi tamen Litteratorum Reipublicæ præclari ingenii ſui ſpecimen præbeant, præſtantius Opus exarando, quod utinam Deo favente, pro bono publico eveniat.*

*Reliquum mihi eſt, ut benignum moneam Lectorem, quod ſi propoſitiones nonnullæ non ita ſemper ut recta docendi ratio expoſcit a me traditæ fuerint, id non incuriæ, aut minori quam par eſſet perſpicuitatis ſtudio vertat, ſed neceſſitati; cum enim tot, tamque inter ſe diſcrepantia, ac remota ſint Iuris Noſtri Principia, quæ ad plures fortaſſe res, vel præcipue, vel ſaltem obiter referri poſſent, enixe quidem conatus ſum, ut ea pro viribus ibi collocarem, ubi magis congrue aptari poſſe viderentur, eaque interdum alibi enunciavi, ac fuſius inſuper explanavi inferius, ob eum quippe finem, ut quibus diverſis rebus convenire poſſent, apertius pateret.*

*Nonnulla etiam in hoc Opuſculo deprehendentur Præcepta huc illuc ſparſim expoſita, quæ a reliquis toto cælo differre videbuntur, verum neceſſitate ipſa impellente in hoc etiam prolapſus ſum, cum nullatenus expediret de ſingulis late diſſerere, quominus ita in immenſum adaugeretur volumen, ut non iam memoriæ iuvandæ conferret, ſed longum potius, aſſiduumque ſtudium expoſceret. At ſi quorundam delicatioris ingenii iudicio id in cauſa eſſe poſſit, ut omnibus abſolutum numeris Opus iſtud minime dicendum eſſet, huic malo obcurrere curavi, haud exiguam addens ſeriem non Doctorum modo, verum etiam veterum recentiorumque Curiæ Noſtræ Deciſionum, ac firmiter, conſtanterque Legibus in Etruria vigentibus adhærens.*

*In his autem allegandis dum Opus conſcripſi curam adhibui, ut me diligentem præſtarem, haud tibi tamen, benigne Lector, polliceor fore ut in hoc poſtmodum nullus error irrepſerit: etenim in multiplici, ac vaſta rerum quanti-*

*tate,*

Digitized by Google

*tate, quæ multifariam ipſæ quoque dividuntur vigilantibus etiam ex oculis aliquid ſemper ſubducitur, utcumque Amanuenſes, Typographi, ac Cenſores doctrina, diligentiaque præſtantes ſint: illud tamen pro certo habendum, quod ubicumque aliqua a me auctoritate Scriptorum fuerint roborata, licet nonnumquam non reſpondeat numerus, ipſi tamen materiam adamuſſim pertractabunt, adeout exigua quavis diligentia huic mendo valeat ſuppleri.*

PROE-

# INDEX TITULORUM

*Qui in hoc primo Volumine continentur.*


PRoemium pag. 1.
De renunciationibus iurium, & privilegiorum, quæ fieri ſolent in contractibus. 10.
De beneficiis, & auxiliis Legum quibus renunciare non poteſt. 11.
De pœnis apponi ſolitis in contractibus. 13.
De pœnis reprobatis, & illicitis. ib.
De clauſulis in genere. 14.
De guarantigia. 15.
De iure iurando. 16.
Nomenclatio affinium, & conſanguineorum. 19.
De hominum ætate, & de eiuſdem diviſionibus. 21.
Quid ſit dies, & quomodo incipiat, & decurrat. 23.
De ſignificationib. appellativis. 25.
De dictionibus. 28.
Compendioſa expoſitio in quatuor libros inſtitutionum. 30.
De iuſtitia, & iure tit. I. 33.
De iure naturali gentium, & civili tit. II. 35.
De conſuetudine, & quæ requirantur ad eam inducendam §§. 7. 39. & ſeqq.
Notæ reſpicientes materiam Statutorum. pag. 45.
De Legum interpretatione. 46.
De iure perſonarum tit. III. 48.
De ingenuis tit. IV. 49.
De libertinis tit. V. 50.
Qui, & quibus cauſis manumittere non poſſunt tit VI. 50.
De Lege fuſia caninia tollenda tit. VII. 51.
De his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt tit. VIII. 51.
De patria poteſtate tit. IX. 51.
De nuptiis tit. X. 53.
De legitimatione. 61.
Explicatio nonnullarum clauſularum, quæ adhiberi ſolent ad ornatum formulæ ex reſcript. 63
De adoptionibus tit. XI. 64.
Monita circa adoptionem. 67.
Explicatio clauſularum, quæ adhiberi ſolent in inſtrumento adoptionis. 67.
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſolvatur tit. XII. 68.
De emancipatione §. 1. 70.
De tacita, ſeu præſumpta emancipatione. §. 2. 72.
De peculio in genere, & de peculiorum qualitate in ſpecie. §. 3. 74.
De peculio clericorum filiorum familias. §. 4. pag. 76.
Notæ ad ornatum formulę, & explicationem clauſular. inſtrum. emancipationis § 5. 77.
De tutelis tit. XIII. 78. promiſcue uſque ad tit. XVI. incluſive prout infra.
Tutores alii teſtamentarii ſunt, alii legitimi, alii dativi. 79.
De legit. agnator. tut. cum not. 80.
De capitis diminutione cum notis. 82.

De legit. patronor. tutela . 84.
De legit. parentum tutela. 84.
De fiduciaria tutela. 84.
De Attiliano tutore. 85.
Qui teſtamento tutores dare poſſint, & quibus cum notis. 88.
Qui teſtamento tutores dari poſſint. 90.
An ſub conditione tutor dari poſſit cum appendice. 91.
De excuſationib. tut. cum not. 92.
De auctoritate tutor. cum not. 93.
De ſatiſdatione tutor. cum not. 96
Quibus modis tutela finiatur. 98.
De tutorum redditione rationum cum notis. 98.
De tutoribus honorariis. 99.
Monita pro neotericis tabellionibus. 100.
De curatoribus cum notis, 101.
Quid, & quotuplex cura ſit, & quid ſit. 102.
De curatoribus pupilli. 102.
De curatore maior. 25. an. 103.
De curatore ventris, ſeu naſciturorum. 103.
De curatore hæreditatis iacentis. 104.
De curatore abſentis, & decocti. 104.
De patris cura in bonis filiorum cum notis. 105.
De aliis adminiſtratoribus privatis cum notis. 105.
De rerum diviſione, & acquir. ear. domin. tit. I. 107.
Notæ ad verbum dominium. 112.
Notæ ad verbum regalia. 113.
Notæ ad §. confuſione, & ad §. fructus. 114.
Notæ ad §. melioramenta. 115.
De rebus corporalibus, & incorporalibus tit. II. 118.
De ſervitutibus urbanorum, & ruſticorum prædiorum tit. III. 119.
Notæ. 119.
De ſervitutibus urbanorum prædiorum. 120.
Notæ. 121.
Appendix. 123.
De uſufructu tit. IV. 126.
Notæ. 127.
De cautionibus ab uſufructuario præſtandis, & de effectibus cautionis non præſtitæ, & an de ea præſtanda admittenda ſit liberatio. 129.
De uſufructu patri debito in bonis advent. filii 130.
De uſufructu per virum mulieri relicto. 132.
Gabella. 133.
Monita pro neotericis tabellionibus. 133.
De uſu, & habitatione tit. V. 134.
De intratura. 135.
De retractu. 138.
De uſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus tit. VI. 141.
Notæ ad §. res aliena, ad verbum bona fides, in genere. 143.
Notæ ad verbum poſſeſſio. 146.
Appendix. 147.
De modo acquirendi poſſeſſionem inſtrumentalem, ſeu mediante tabellione. 147.
Inſtrumenti adoptionis poſſeſſionis formula. 149.
Res vitioſa quæ. 149.
De donationibus tit. VII. 150.
Notæ. 151.
Qui donare poſſint, vel non. 152.
Quæ donationes ipſo iure irriten-

Digitized by Google

tentur. 153. Notæ. 153.
Quæ res donari poſſint. 155.
Notæ. 155.
Quæ requirantur ſolemnia ad ſuſtinendam donationem inter vivos. 156. Notæ. 156.
De donationibus impropriis, ſeu cauſativis. 160. Notæ. 160.
De donationis inter vivos validæ reſolutione, vel revocabilitate, ac imperfectione. 161.
Quæ actio competat donatario ad conſequenda bona donata. 164.
Notæ. 165.
Notæ, & gabella. 165.
Monita pro neotericis tabellionibus. pag. 165.
Explicatio clauſularum in donatione inter vivos. 167.
De donatione mortis cauſa. 167.
Monita pro neotericis tabellionibus. 170.
Explicatio clauſularum in donat. cauſa mortis. 171.
De renunciationibus. 171.
Quæ bona veniant in renunciatione. 173. Notæ. 175.
Monita pro neotericis tabellionibus. 175.
Formula. 176.
Quibus alienare licet, vel non tit. VIII. 177.
Per quas perſonas cuique acquiratur tit. IX. 177.
De teſtamentis ordinandis tit. X. 178. Notæ. 180.
De Teſtamento implicito, ſeu implicitæ nuncupationis per relationem ad ſchedulam. 183.
Explicatio clauſularum, quæ apponi ſolent in teſtamentis ad ornatum formulæ. 186.
De clauſula derogatoria in ſpecie. 187.
Formulæ clauſulæ derogatoriæ. 189.
Gabella. 189.
Monita pro neotericis tabellionibus. 190.
De teſtamento militari tit. XI. cum notis. 192.
De executoribus teſtamentariis, caput unicum. 193.
Monita pro neotericis tabellionibus. 196.
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum tit. XII. 196.
Notæ. 197.
De exhæredatione liberorum tit. XIII. 199. Notæ. 201.
De hæredibus inſtituendis tit. XIV. 202. Notæ. 203.
Monita pro neotericis tabellionibus. 205.
De conditionibus. 207.
De modo, & in quo differat modus a conditione. 209.
De vulgari ſubſtitutione tit. XV. cum notis. 210.
Qui ſint effectus huius ſubſtitutionis. 211.
De pupillari ſubſtitutione tit. XVI. 213. Notæ. 214.
Notæ ad ſubſtitutionem exemplarem. 217.
De ſubſtitutione reciproca, ſeu breviloqua. 218.
De compendioſa ſubſtitut. 220.
De fideicommiſſaria ſubſtitut. 222.
Monita pro neotericis tabellionibus. 223.
Quibus modis teſtamenta infirmentur t. XVII. cum not. 225.
Formula, qua uti poterint Notarii in hac ſpecie. 226.
De querela inofficioſi teſtamenti

tit.

Digitized by Google

tit. XVIII. cum notis. 227.
Notæ ad legitimam. 229.
An legitima ſit quota bonorum vel hæreditatis, & quæ actio competat pro illa conſequenda. 230.
An legitima ullo onere gravari poſſit. 232.
In quibus bonis præcipue legitima debeatur, vel quæ in calculo ponenda ſint ad eam impinguandam. 233.
Obſerv. quoad Stat. Flor. excl. fœminar. cum. appendic. 234.
De hæredum qualitate, & differentia tit. XIX. 236.
Notæ. 237.
De hærede cum benefitio Legis &c. 239.
De inventario, quod confici debet ab hærede beneficiato. 240.
Clauſulæ, quæ apponi ſolent in inſtrumento inventarii ad ornatum formulæ. 243.
De abſtinentia, & repudiatione. 243.
De hærede putativo. 244.
De hærede fiduciario cum monitis. 245.
De legatis tit. XX. 247.
Notæ, 250.
De prælegato. 252.
De iure accreſcendi, & alia cum appendice. 253.
De cautionibus in genere, & in ſpecie cum appendice. 255.
Monita pro neotericis tabellionibus circa legata. 257.
De Ademptione, diminutione, & translatione legatorum tit. XXI. 258. Notæ. 259
Gabella cum notis. 259.
Quæſtio reſpiciens aliqua, quæ Notarior. muneris ſunt iuxta ea, quæ alias monuimus 260.
Quæſtio an teſtes in teſtamento &c. debeant eſſe rogati. 261.
Additio ad tit. de Teſtamentis ſuper quantitate teſtium adhibendorum a ruſtico. 293.
De Lege falcidia tit. XXII. cum notis. 262.
De fideicommiſſariis hæreditatibus ad Senat. Conſult. Trebel. tit. XXIII. 264.
Notæ. 265.
De primogenitura, & maioratu. 267.
De maioratu in ſpecie. 268.
Formula maioratus. 268.
De trebellianica. 269.
Gabella. 270.
De ſingulis rebus per fideicom. relictis tit. XXIV. 271.
De codicillis tit. XXV. cum notis. 272.
Extractum Legis Archivii cum tariſſa. 274.
Lex Amortizationis. 278
Lex ſuper fideicommiſſis. 282.
Lex „ vulgo „ ſopra le Cedole, e Biglietti. 286
Statutum Gabellæ contractuum quoad onus Notariorum circa teſtamenta &c. 289.
Decretum generalis Archivii Florentini favore Congregationis Pauperum. 290.
Lex ſuper legatis faciendis pro celebratione miſſarum. 293

PROE-

# PROEMIUM.

Quum noſter hic labor qualiſcumque ſit, eo plerumque tendat, ut Neoterici Tabelliones ſciant ea, quæ tabellionatus artem reſpiciunt, ideo exordium ſumimus a dignoſcendo quid ſit Tabellio, & quomodo ſe gerere debeat in exercitio officii ſui.

Notarius itaque perſona publica eſt, quæ contrahentium mentem in ſcripturam redigit, & ultimas voluntates, ſeu qui recipit verba dictantis, eaſque per notas, & compendia ſcribit (1) vocatur etiam Tabellio, quia forte olim in tabulis ligneis cera obductis, interdum etiam in tabulis æneis ſcribebatur (2) dicitur aliquando & ſervus publicus (3) ſcilicet quod munus publicum exerceat, non quia vere ſervus ſit, (4) ſed quia eius officium inventum fuit ad publicam utilitatem, ideoque accipiendus non eſt, ut ſervus proprius (5) utpote qui libertate, & ingenuitate careat.

Quidquid tradiderit olim P. Puccinellius in ſuo tractatu de nobilitate notariatus pro nihilo habendum eſſe exiſtimamus, illud tantummodo animadvertendum, oportere Notarios probos eſſe & literatos, ſaltem quoad Iura reſpicientia eorum officium, eo quia in iure cautum eſt, quod Notarius imperite conficiens inſtrumentum, & ſic contrahentes damnificans tenetur ad intereſſe (6). His itaque præmiſſis nonnulla trademus præcepta, ſeu regulas obſervandas in hoc munere obeundo.

(1) *Paulus in Leg. Lucius Titius de milit. teſt. inquit, miles Notario ſuo teſtamentum ſubſcribendum notis dictavit, & antequam literis præſcriberetur vita functus eſt.* (2) *Cic. ad Attic. Epiſt. lib. 6. epiſt. 2. argum Text. in Leg commod. §. ſicut ff. commod. Azzo in ſum. Cod. coll. 4 rubr. de Tabell. n. 2.* (3) *Leg. 2. ff. rem pupilli ſalv for.* (4) *Gloſſ. in d. Leg. 2. in verb. publicum eod. tit.* (5) *Tyraquell. de nobilit. cap. 30. n. 9. Bald. in Leg. foro n. 4 ff. de advoc.*

*diverſ. Iudic.* (6) *Leg. fin. Cod. de magiſtr. conveniend. Oinot. inſt. tit. de oblig quæ ex quaſi delicto naſc.*

## APPENDIX.

VErbum Notarius a notando procedit, mos enim antiquorum Scriptorum fuit ad aliquid expedite exarandum, literarum vice uti aliquibus notis, ſeu punctis, qui a Plutarco in Platonem vocati fuerunt „ Signa „ in parvis, & brevibus figuris multarum literarum vim includentia: a quibus punctis originem duxiſſe creditur Signum, &, Notariorum noſtri temporis; legiturque apud Divum Auguſtinum (1) ſunt etiam notæ, quas qui didicerunt proprie Notarii appellantur; quod idem eſt, ac acta notare, unde proceſſit verbum Actuarius, quod explicat ideam Notarii ſcribentis acta judicialia, (2) eos qui notis ſcribunt acta Iudicum Reipublicæ cauſa abeſſe; iſti enim diſtinguebantur ab illis, qui recipiebant teſtamenta, ſeu contractus, qui Tabelliones nuncupabantur, eo quia cum in uſu non eſſet Charta, ſeu Papyrus in tabellis ligneis conſcribebant (3) poſtmodum vero dicta nomina ſynonima eſſe cœperunt, prout hodie uſurpantur.

Voluerunt nonnulli artem hanc Notariatus ignobilem eſſe (4) imo ſentit Marta illud eſſe vile munus, ita ut ab infamibus exerceri poſſit, quod tamen non probatur, imo animadvertendum eſt, quod Notarii cum Scribis ſynonima ſunt, & de his in ſacris paginis honorabilis mentio fit „ in manu Dei Proſperitas hominum, & ſuper faciem Scribæ imponet honorem ſuum (5) Traditur enim quod nec Claudianus Conſul hoc munus recuſaverit (6) quin infames viri ab eodem arceantur (7) ex quibus facile colligi poteſt eſſe honorabile, quare jure merito Cephalius „ Civis Nobilis non definit eſſe Nobilis (8). Etenim nobilitas huius artis demonſtratur ratione, & auctoritate: ratione quidem quia publica poteſtas Notariorum honeſtati ita confidit, ut illi tribuat publicam fidem, facultatemque condendi hominum conventiones, ac diſpoſitiones; quibus addendi ſunt Patrii mores, eos conſtituentes tamquam Judices ordinarios, voluntaria ſaltem in habitu jurisdictione munitos, quam poſſunt ad actum redigere, puta auctoritatem interponendo Adoptionibus, atque Emancipationibus, addendo præceptum Guarantigiæ, dando tenutam &c. de quorum auctoritate alibi, ut videre eſt penes laudatos Auctores, quos infra adnumeramus.

Notariatum exercens

De

(1) *De Doctr. Chriſt. lib.* 11. *cap.* 26. (2) *Ulpianus Sententiar. lib.* 14. (3) *Sveton. in Ceſar. lib.* 1. *Orland. Ridolphin. de Notariat.* (4) *Birago conſ.* 21. §. *ſe per onorata lib.* 1. (5) *Ecleſiaſt.* 10. 5. (6) *Inſt. Lipſ. inſcript. Ant. Roman. fol.* 70. *ordin.* 5. *n.* 3. (7) *Cavarruv. pract. quaeſt. cap.* 19. (8) *Cephal. conſ.* 237. *lib.* 2.

## MONITA GENERALIA.

IN omnibus contractibus, ac ultimis voluntatibus recipiendis a Tabellionibus haec neceſſario apponenda ſunt.

I. Invocatio Omnipotentis Dei (1) quia in quocumque Inſtrumento Sanctum, ac terribile Dei Optimi Maximi Nomen invocatur, ut mentem, & cor noſtrum dirigat, ad hoc ut prudens ſit actus, tum ut pietatis, fidei, atque honeſtatis quoddam veluti ſpecimen exhibeamus, Deum tamquam veritatis Teſtem, ac Vindicem appellando.

II. Annus Domini Noſtri Ieſu Chriſti (2) adeſt Florentiae Lex diei 26. Ianuarii 1569. publicata ſub die 14. Decembris dicti anni.

III. Indictio (3) Indictio eſt quoddam ſpatium quindecim annorum inventum ad tempus dinumerandum, ita dicta ab indicere: alia eſt Conſtantinopolitana, quae a kal. Septemb. proficiſcitur, alia Conſtantiniana, ſeu Caeſarea a Conſtantino inventa, quae incipit ab octavo kal. Octobris, & numerari coepit anno Imperii auguſti, alia Pontificia, ſeu Romana, quae exordium ſumit a kal. Ianuarii, & coepit numerari anno a Chriſto Nato decimo quinto, atque inventa fuit ad vitandos errores temporum, & hac in conficiendis inſtrumentis utimur. Ad cognoſcendam Indictionem cuiuſvis anni hanc ſervabis regulam ſcilicet „ divide annos Domini per quindenos, & ſi quid ſupererit adde tres, & quot fuerint anni qui ſuperſint, ut ſupra, tanta erit indictio ex. gr. anno Domini 1777. divide hos in quindecim partes, & videbis quod ſupererint ſeptem adde tres, & erunt decem, unde currit hoc anno indictio Romana decima.

IV. Menſis, & dies in quibus actus expletus fuit, & publicatus (4) Annus, Indictio, Menſis, & alia ad tempus, & perſonas deſignandas deſtinata apponi debent ne temporum iniuria verae factorum ſpecies, quae contractui, aut diſpoſitioni cauſam dederunt, ex hominum memoria obliterentur; quibus requiſitis, vel aliquibus eorum deficientibus inſtrumentum non di-

 citur

citur in forma probanti (5) quod reſpectu diei, & anni etiam de privata ſcriptura dicendum eſt (6).

V. Nomen Pontificis (7) ut ex d. Lege diei 26. Ianuarii 1569.

VI. Nomen Principis Dominantis (8) ut ex dict. Leg.

VII. Locus, & locus loci, ubi conficitur Inſtrumentum (9).

VIII. Appoſitio nominis, & cognominis contrahentium, cum nomine eorumdem Patris, & locus habitationis, & originis (10).

IX. Nomina, & cognomina Teſtium, Parentum eorum, Patriamque (11) & optimum erit apponere etiam ubi domiciliati ſunt, & valde utile erit tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus exprimere eos fuiſſe rogatos, nam non deſunt qui ſuſtinent neceſſarium non eſſe, quod teſtes ſint rogati quos inter (12) revoco tamen in dubium an teſtes in inſtrumentis debeant eſſe rogati, & reſolutive dicendum puto, quod non: ratio tamen, ob quam aliqui volunt quod teſtes ſint rogati, eſt quia debet illis innoteſcere quid agatur, & cui nam actui adſint, adeoque non inviti, ſed corpore, & animo præſentes eſſe debent, ut facilius omnia intelligant, quando ad probationem actus requiruntur.

X. Notarius ſollicitus ſit ſcribere per extenſum nomina, & cognomina, menſuras, & confinia abſque abbreviaturis, quæ plerumque pariunt obſcuritatem, itemque per extenſum, & non cum numeris, diem, annum, & ſummam quamcumque conſcribat, quia praxis, Leges, & ratio ita docent.

XI. Caveat monere contrahentes quando ab illis renunciandum ſit alicui privilegio, vel Legi de importantia, & vi dicti privilegii, ſeu Legis, exprimendo certioraſſe cum explicatione præciſa contentorum in dicto privilegio, ſeu Lege; & ratio eſt, quia renunciatio generalis plerumque nil præiudicat, cum agatur de beneficiis, ſeu de privilegiis ſpecialibus, nam renuncians privilegio ſpeciali ſibi præiudicat, & talem indicat animum fuiſſe qualem verba explicant, quare optimum erit dicere ex. gr. renunciavit diſpoſitioni *Leg. ſi unquam Cod. de revoc. donat.* quæ importat, quod qui facit donationem inter vivos in caſu ſupervenientiæ liberorum, ſi de illis non cogitaverit, nulla redditur donatio: (12) ad maiorem vero rei explicationem addo quod tradit *Polit. tom. 3. tit. de donation. diſſert. 14. num. 12. verſic nihilominus*: ad hunc effectum ſuffragari nequit ſola individuatio præfatæ Legis, niſi ulterius doceatur, quod renuncians plene certioratus fuerit de vi, & efficacia eiuſdem Legis, vel quod ipſa renunciatio legatur adeo ſpecifice, & diſerte explicata, ut ſine aliqua hæſitatione oſtendat ca-

caſum filiorum ſuſcipiendorum fuiſſe clare conſideratum, & cum hac ſeria cogitatione fuiſſe donatum (14).

XII. Ulterius ſollicitus ſit Notarius non admittere indiſtincte omnes etiam a Lege non prohibitos ad teſtimonium perhibendum, ſed ſolum in quantum fieri poſſit perſonas cognitas, capaces, & probas, nam Notarius, qui ſtipulatur inter ignotos, aut ignotos teſtes adhibet, accedente dolo malo punitur de falſo, cæterum ceſſante dolo, & ubi appareat, non interveniſſe ſuppoſitionem perſonarum ſuſtineri confirmat *Rot. Rom.* (15), quia de Iure Communi Notarius non tenetur cognoſcere contrahentes, neque teſtes, ſed bene teſtes debent cognoſcere perſonas de quibus teſtificantur (16) pro tutiori tamen regula ſtudeat Notarius cognoſcere contrahentes, vel ſaltem adhibeat teſtes, qui Partes cognoſcant, & optima cautela erit apponere in contractibus „ Talis &c. & pro tali mihi aſſerto ab NN. præſenti, vel a teſtibus „ & quando cognoſcit contrahentes dicat „ mihi optime cogniti „ ſunt tamen, & alii, quos addo ad pleniorem rei notionem firmantes, quod teſtes debeant cognoſcere perſonas, de quibus teſtificantur; quod ita intelligendum videtur, ut ſaltem in actu celebrationis inſtrumenti revelatum ſit teſtibus nomen, atque cognomen perſonarum, ut diſtinctam illarum notionem adſequantur *Rota Noſtra in Florentina Nullitatis Donationis diei 7. Septembris* 1772. *cor. D. Audit. Petro Brogiani pag.* 14. *& ſeq.* qui declarat hoc requiri, quando teſtes adhibentur ad probationem, non autem quando intervenire debent ad ſolemnitatem *d. dec. pag.* 22. quod hæc cognitio perſonarum in teſtibus inſtrumento adiectis non requiratur indiſcriminatim, tenet (18).

XIII. Valde notabile eſt, quod in aliquibus contractibus expedit apponere etiam horam ad prioritatem, & certitudinem temporis demonſtrandam, quod utile eſſe poteſt in diverſorum inſtrumentorum celebratorum concurſu in eadem die, quia in ſimilibus attenditur etiam Prioritas momentanea, (19) & priori datur prælatio etiam ratione puncti, & momenti (20) atque illud præcipuum eſt, quod ſi in aliquo inſtrumento hora adiecta ſit, in alio omiſſa, quando ambo ſint eiuſdem temporis, illud cum horæ expreſſione alio prævalet, ut alibi inferius obſervabimus.

XIV. In quantum fieri poteſt Notarius ſe abſtineat a conficiendis inſtrumentis de nocte, quia ſic facta indicant præſumptionem clandeſtinitatis, & fraudis (21) at ſi coactus fuerit ea de nocte conficere adhibeat lumina ſufficientia, ad hoc ut quiſque videre commode poſſit, & ſine impedimento contrahentes.

XV.

XV. Caveat ulterius, quod quando agitur de faciendis contractibus Mulierum, Pupillorum, Minorum, & ſimilium perſonarum, prius intercedere debet Decretum Iudicis, & ſi agatur de contractu quod fiat per Tutorem requiritur præſentia pupilli ſi ſit maior ſeptennio (22) addo tamen, quod materiam hanc late exornant Doctores *in Leg. pupillus ſi fari 9. ff. de acquirend. hered. & in Leg. pro hærede ff. eod.* verum alii contrarium ſentiunt id eſt, quod Pupilli ut ſupra de neceſſitate intervenire non debeant (23), & noto, quod quando actus adeo prudens eſt, ut præſumendus ſit Pupillo utilis, nullitas ex defectu præſentiæ tamquam ſolemnitas extrinſeca minime attenditur. (24)

XVI. Non poteſt Notarius ſibi aliquid adſcribere in teſtamento per eum rogato (25) ſcribentes enim ad titulum Codicis de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento referunt Senatus Conſultum Libonianum, a quo invalidum declaratur legatum factum ei qui teſtamentum ſcripſit, extendit etiam ad legatum factum filiis ſub illius poteſtate. Hæc tamen nullitas evaneſcit ſi Notarius per Teſtium depoſitiones oſtendat, quod Teſtator ore proprio legatum fecerit.

XVII. Notarius non poteſt Patri, nec Fratri aliquid adſcribere in Teſtamento, niſi fuerit emancipatus, non enim ſanguinis neceſſitudo, ſed Patria Poteſtas eſt cauſa prohibitionis, & ideo, patet quod poſſit aliorum conſanguineorum inſtrumenta conficere (26). Ad terminos tamen Statuti Florentini prohibetur Notarius ſub pœna librarum 500. rogare inſtrumenta favore ſuorum conſortium, vel conſanguineorum, ſive coniunctorum per lineam maſculinam. (27)

XVIII. Poteſt tamen Notarius conficere inſtrumentum Procuræ pro ſe ipſo in cauſa propria, (28) imo etiam contra ſe ipſum (29), & denique proprium teſtamentum condere, & in ſuo Protocollo regiſtrare.

XIX. Caveat in teſtamentis, ac aliis ultimis voluntatibus ſerio conſiderare, primo perſonam Teſtatoris, an ſit compos mentis, ſani ſenſus, & poſſit intelligibiliter loqui, vel ſcribere, &c. nam ſi illum videat ab intellectu alienum, aut impeditæ linguæ, itaut non valeat voluntatem ſuam diſtincte, & recte declarare, nullo modo debet rogitum conficere; requiritur enim, ut valeat teſtamentum articulata, & intelligibilis hæredis nuncupatio, ita ut a Teſtibus percipi poſſit (30) nec valet teſtamentum factum ad interrogationem niſi Teſtator ſe antea ad diſponendum præparaverit (31) vel niſi aliquo modo conſtet Teſtatorem determinate reſpondere voluiſſe, atque ad id Notarium vocaſſe, (32) neque

que

que teſtamentum condi poteſt nutu, vel ſignis capite adnuendo (3 ) poſtremo nec ſufficit. quod interrogatus an Titium velit inſtituere, reſpondeat quod ſic, niſi conſtet de dicta præcedenti determinatione (34).

XX. At ſi contigerit rogitum facere de aliqua ultima voluntate alicuius infirmi ſi poſſibile erit faciat illum ſedere, vel alio modo elevare, ut poſſit clare cognoſci ab eodem Notario, & Teſtibus, quia non ſufficit, quod Teſtes audiant vocem Teſtatoris tantummodo.

XXI. Si forte contigerit aliquem forenſem tranſeuntem infirmari, & teſtari velle, non audeat Notarius teſtamentum ſcribere tamquam de eo rogatus, niſi ſaltem duo ex teſtibus adhibitis cognoſcant teſtatorem, vel ſi non adſit, qui eum cognoſcat ſit circonſpectus deſignandi, & demonſtrandi perſonam ipſius Teſtatoris per demonſtrationes quamplures, & urgentes non adfirmando in teſtamento ipſum eſſe talem, ſed quod talem ſe fecit, ſeu aſſeruit.

XXII. Caveat Notarius, quod ſi per accidens regiſtrando in Protocollo inſtrumentum, ſeu teſtamentum aliquid per errorem bis deſcripſerit, vel omiſerit, vel male deſcripſerit, cum ſcalpello, ſeu alio quocumque modo, quod ſcriptum fuit non abradere, vel obliterare, ſed utatur apoſtillis, quas poterit in fine inſtrumenti poſt clauſulam rogans &c. approbare „ ex. gr. „ ſi omiſerit aliquid eo loco quo deeſt verbum, aliquod ſignum faciat, puta * & hoc idem ſignum repetat in fine inſtrumenti, ibique deſcribat verbum omiſſum * agere „ & poſtea dicat „ Ego Notarius infraſcriptus approbo iſtam apoſtillam ſub dicto ſigno &c. quia verbum „ agere „ fuerat per errorem omiſſum quod facere etiam poterit, ſi aliquid erit ſuperfluum delineando tantum verbum ſuperfluum eo modo, quo intelligi poſſit, id eſt non illud cancellando ſive obliterando, & poſtea repetat verba ſuperflua in fine inſtrumenti, dicendo „ approbo apoſtillam quia verba lineata ſunt ſuperflua „.

XXIII. Notarii in Dominio Florentino rogantes inſtrumenta non poſſunt apponere clauſulam „ in forma Cameræ, ſeu æquipollentem „ ut ex proviſione diei 21. Auguſti 1494. quæ tamen prohibitio ſublata fuit ex motuproprio diei 20. Ianuarii 1777. verum ſi apponatur nullum in Hetruria robur obtinet. Obligatio Cameralis, qua utuntur Notarii in Romana Curia eſt obligandi forma, cuius vigore quis promittit ſolvere ad ſimplex verbum, renunciat beneficio diviſionis, omni Legum auxilio, ſimulationi, rei non ſic geſtæ, & omnibus exceptionibus *Ridolphin. in prax.*

*prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 106. *e* 107. *Florentina Decoctionis diei* 8. *Aprilis* 1655. *cor. Farinola*, ubi etiam inter obligationem hanc, & illam in forma Guarantigiæ differentia indicatur.

XXIV. Pariterque Notarii dicti Dominii non poſſunt exhibere, neque recipere inſtrumenta forenſia, ſeu facta extra Dominium Florentinum eadem includendo in propriis inſtrumentis, nec ſuper eadem inſtrumenta alia conſtituere, ſeu conficere, niſi acceſſerit licentia, ut aiunt „ della Giuriſdizion Fiorentina „ quod ſi contra hanc conſtitutionem facerent, graviter, & abſque venia punirentur; ſuper hoc articulo *vid. mot. prop. diei* 19. *Decembr.* 1776. *in calce tomi huius impreſſ.*

XXV. Caveat Notarius conſiderare qualitatem perſonarum contrahentium, ſeu diſponentium, veluti ſi ſint Patres familias, ut Pupillis Tutorem deſignent, legitimamque quibus de iure &c. relinquant, & ſi agatur de contractibus ſi minores, ſeu ſub Curatore ſint.

XXVI. Monendum ſupereſt, ut Tabellio ſe abſtineat in contractibus conficiendis a nimia verborum generalitate, niſi eadem ſint de expreſſa, & certiorata partium voluntate, etenim quamvis certum ſit, quod diſpoſitio generalis reſtringatur ſecundum ſuam cauſam (35) attamen monet Baldus (36) ut contrahentes ſeſe abſtineant a generalibus verbis, ne ob nimium effuſum ſermonem incidant in laqueum, ſubeantque periculum turpiter, ac ſtulte dicendi, non putaram verba mea tanti ponderis eſſe (37) & ratio eſt, quia verba generalia comprehendunt omnes caſus, qui verbis poſſunt includi, (38) abſtineant etiam a verbis indefinitis, ſcilicet non exprimentibus tantum certas res, vel Perſonas, ſed ulteriorem extenſionem admittentibus, quia niſi natura actus, ac ſubiecta materia ſecus ferat æquipollent univerſalibus.

(1) *Bartol. Iaſon. & alii in rubr. ff. de novi operis nunciat. Lex in Nomine Domini God. de Officio Præf. Præt. Affric. Bertazol. in tract. de clauſ. in proem. n.* 5. (2) *Speculator de inſtrument. d.* §. 2. *num.* 4. *Bald. in tract. de tabellion. num.* 43. *in vol.* 3. *tractatuum magn. a* 365. (3) *Leg.* 1. *in fin. ubi gloſſ. in verſic. Indict. Cod. de Iuſtin. Cod. confirm Cravetta conſ.* 216. *num.* 2. *vol.* 1. *Bertazol de clauſ. clauſ.* 1. *gloſſ.* 4. (4) *Petavio lib.* 7. *ration. temp. cap* 1. *Onuphrio Panvino commentar. in* 2. *Faſtor. in anno* 1064. (5) *Rot. Rom. in recent. dec* 302. *num.* 17. *part.* 1. *deciſ.* 154. *num.* 19. *part.* 4. *num.* 2. *deciſ.* 306. *n.* 44. *part.* 7. (6) *Gratian. diſcept. Forenſ. cap.* 644. *n.* 30. *Rot. cor. Ludoviſ. dec* 460. *n.* 2. *& cor. Buratt. dec.* 707. *num.* 2. (7) *Speculator de inſtrument. edition.* §. 2. *n.* 7. *Bald. in tract. ſupra cit. Bertazol. de clauſul.*

*in proem. num.* 9. *& clauſ.* 1. *gloſſ.* 2. (8) *Bald. de Tabellion. n.* 79. *Speculator de inſtrument. edition.* §. 2. *n.* 8. *Florentiæ adeſt Lex* 29. *Ianuarii* 1369. (9) *Bertazol. de clauſ. in proem. n.* 10. (10) *Leg. ad recognoſcendas Cod. de ingenuis, & manum. Bartol. in Leg. Inſulæ ff. de acquir. rer. dom. Florentiæ adeſt Statutum in Collegio Iudicum, & Notariorum, mandans quod apponatur nomen Patris, & Patriæ*. (11) *Bertazol. in Leg. ſi quis in aliquo num.* 6. *Cod. de edendo Bertazol. de clauſ. in proem. n.* 11. (12) *Farinacc. de Teſtib. quæſt.* 62. *n.* 132. *verſ. revoco in dubium*. (13) *Bich. dec.* 7. *n.* 20. *Fract. Pap. Libell. contra plures reos debendi gloſſ. aliiſque omnibus Grat. diſcept. forenſ. capit.* 858. *num.* 13. *& capit.* 553. *num.* 14. *quidquid in contrarium ſentiat Rot. part.* 16. *recent. dec.* 369 *num.* 15. (14) *Rot. Rom cor. Rezzonico dec.* 282. *n.* 26. *vid. Brunemann. in d. Leg. ſi umquam verſ. ſed ſi renunciatum Tyraquell. in præfat. ad dict. Leg. n.* 101. 111. *e* 126. *Molines de donat. fact. vel confeſſ. in contr. matrim. n.* 65. (15) *Rot. Rom. dec.* 149. *part.* 6. *recent.* (16) *Franc. dec.* 262. *Pax Iord. Lucubrat. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 851. (17) *Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 997. *de Valent. de contract. vot.* 19. *n.* 21. *Manent. deciſ.* 59. *n.* 32. *Rot. Noſtr. in Florent. Nullitat. donat. diei* 20. *Auguſti* 1773. *cor. D. Aud. Ioſepho Bizzarrini Relat.* §. 22. *pag.* 7. (18) *Farinac. de teſtib. quæſt.* 71. *n.* 41. (19) *Leg. qui prior ff. de reb. dubiis*. (20) *Fanucc. de moment. temporis cap.* 17. *num.* 16. *Rot. dec.* 360. *num.* 7. *part.* 11. *recent. preciſe in mater. poſſeſſ. Rot. dec.* 122. *n.* 1. *part.* 9. *tom.* 1. *& dec.* 766. *num.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *recentior.* (21) *Ripa de nocturn. temp. cap.* 89. *n.* 4. (22) *De Comitib. deciſ. Sen.* 28. *num.* 29. (23) *Alba Mandel. conſ.* 205. *num.* 28 *& ſeq. De Luc. de aliment. diſc.* 35. *num.* 16. *& in conflict. obſervat.* 6. *Rot. in recent. dec.* 296. *num.* 7. *& ſeq. part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 253. *num.* 10. *part.* 18. (24) *Rot. Noſtra in Florentina Execution. Laudi diei* 13. *Sept.* 1715. *pag.* 3. §. *minus refragare cor Urbani*. (25) *Leg. ſi Teſtator, & tot. tit. Cod. de his qui ſibi adſcribunt in teſtament. Caſtrenſ. conſ.* 706. (26) *Farinacc. quæſt.* 150. *num.* 506. *Rot. part.* 12. *recent. dec.* 291. *n.* 25. *Magon. deciſ. Florent.* 53. *per tot.* (27) *Statut. Florent. Rubr.* 12. *lib.* 4. (28) *Bartol in Leg.* 2. *ff. de ſtipulat. ſervor. Guid. Pap deciſ.* 318. (29) *Me* [illegible] *dec.* 274. *num.* 9. (30) *Simon. de Pret. de interpret. ultim vol.* [illegible] *lib.* 2. *fol.* 1. *num.* 53. *Michalor. de fratrib. tit. de cæco, ſ* [illegible] *& muto cap.* 33. *n.* 3. *Staiban. iun. reſolut. forenſ.* 54 [illegible] (31) *De Luc. de teſtam. diſc.* 39 *num.* 16. *Rot. Rom. cor.* [illegible] *tit. de teſtam. & codicillis dec.* 7. *num.* 6. *& cor. Cerro de* [illegible] *num.* 2. *&* 3. *& in recent. deciſ.* 288. *n.* 10. (32) *Rot in* [illegible]

*dec. 8. num. 4. part. 13. Rot. Florent. lib. motiv. 30. p. 320. quæ est dec. diei 7. Februarii 1568.* (33) *Caſtill. controv. 27. num. 20. lib. 4.* (34) *Caldas Pereira de teſtam. conſ. 24. col. 1. pag. 227. n. 10. Staiban. iun. reſolut. for. dec. 54. n. 10. Gaſpar Manzius tit. 3. de teſtam. quæſt. 5. n. 17.* (35) *Leg. cum Pater §. dulciſſimis ff. de legat. 2. Leg. cum tale §. falſa ff. de condition. & demonſtrat. Natta conſ. 546. num. 12. Surd. dec. 176. num. 4. deciſ. 217. n. 15.* (36) *Leg. cum pactum dotale quæſt. 16. Cod. de collat.* (37) *Cic. de offic. lib. 1. cap. 23. „ nec committere ut aliquando dicendum ſit non putaram „ Alexandr. conſ. 42. ſub n. 8. Guid. Papa quæſt. 367.* (38) *Leg. prima §. generaliter ff. de legat. præſtand. Rot. poſt Salgad. in labyrint. Credit. dec. 25. ſub n. 19.* (39) *Rot. Rom. in recent. dec. 121. num. 1. deciſ. 199. n. 15. part. 5. tom. 1. deciſ. 158. num. 19. part. 9. tom. 1. Bartol. in Leg. 1. n. 3. ff. de reg. iur. Menoch. conſ. 97. n. 155. Corn. conſ. 160. n. 6. in fin. lib. 3. Barboſ. axiom. 123. n. 4.*

---

*De aliquibus iurium, ſeu privilegiorum renunciationibus, quæ fieri ſolent in contractibus, & de illis quæ reprobantur.*

EX generali regula traditum eſſe agnoſcimus, quod quiſque poteſt illis, quæ ad ſui favorem introducta ſunt renunciare (1) prædicta tamen regula plures patitur limitationes tam generales, quam particulares, prout obſervandum ad Tyronum intelligentiam opportunum putavimus.

(1) *Leg. ſi quis in conſcribendo Cod. de pact. gloſſ. in cap. ſi diligenti de for. compet.*

---

*In genere quibus renunciare permiſſum non eſt, hæc ſunt.*

I. SI fiat adverſus Ius Publicum, ſeu Naturale, item contra Ius Civile, quod formam aliquam, ſeu ſolemnitatem præſcribat ad validitatem actus.

II. Quando Lex aliquid conſtituit propter ſubditorum utilitatem, quod ad publicum Ius aliquo modo pertineat, & ratio eſt, quia poteſt quidem unuſquiſque propriis iuribus renunciare non tamen alienis, vel publicis, vel privatis, neque efficere quominus Lex ſuum ſortiatur effectum „ & quod renunciari nequeat formæ inductæ a Statuto firmant „ (1).

III.

III. Quando Lex actum prohibet favore renunciantis, cuius fragilitati vult ſubvenire, ut minori.

IV. Cum Lex in odium certæ perſonæ exceptionem inducit, ut in Senatus Conſulto Macedoniano, quia exceptiones huiuſmodi contra eos, qui hiſce legibus non obtemperant, inventæ ſunt per modum pœnæ, a quibus ſubtrahi per privatos non debent.

V. Quando renunciatio adverſatur naturæ, ſeu ſubſtantiæ contractus, quia huiuſmodi renunciatio ſuapte natura Contractum deſtruit.

VI. Quando adverſatur bonis moribus, & delicta futura fovet.

(1) *Gallerat. de renunciat. renunc.* 20. *n.* 13. *& ſeq. Aſinio in prax.* §. 31. *cap.* 31. *n.* 3. *quod notandum ex. gr. in terminis Statuti Florentini rub.* 3. *lib.* 2. *de modo, & ordine procedendi &c.*

---

*His præmiſſis Agendum ſupereſt de Beneficiis in ſpecie, ſeu Legum auxiliis, quibus renunciare haud recte poteſt.*

Filiifam inutiliter renunciant Senatus Conſulto Macedoniano accipiendo pecuniam mutuam, verum quid hæc exceptio ſit, aptiori in loco explicabimus.

Fœminæ quoque non recte renunciant beneficio Senatus Conſulti Velleiani, de quo pariter agendum ſupereſt, cum de Mulierum obligationibus ſermo erit. Non poteſt renunciari beneficio ceſſionis bonorum, quod tamen in Etruria non admittitur (1) prodeſt tamen Clericis (2) beneficium de quo ſupra, eſt remedium, quo debitor bona omnia creditoribus dimittens, atque ſi ad meliorem fortunam venerit non tenetur quoad reſiduum debiti niſi cum beneficio competentiæ.

Neutiquam valet renunciatio beneficio, ne quis in plus condemnetur, quam facere poteſt.

Perſonæ, quæ de iure non tenentur niſi in quantum facere poſſunt, id eſt deducto ne egeant, vel ne carceribus pro debito mancipentur, quæ, ut aiunt, habent beneficium competentiæ &c. hæc ſunt, videlicet „ Aſcendentes, & Deſcendentes, Doctores, Fratres, Gener, Maritus, Mater, Miles, Socius, Uxor, Socer, Donator „ reſpectu ſuorum correlativorum, etenim ſi agatur de Donatore, qui donavit plusquam donare potuit non tenetur ne mendicare, aut exulare cogatur (3) animadvertendo beneficium competentiæ deberi, ob venerationem, miſerationem, benevolen-

tiam debitum grati animi teſtimonium, vel obligationem alendi.

Renunciari pariter nequit defenſioni in Cauſa criminali; Iuri alimentorum, præcipue futurorum: Doti; reductioni ad arbitrium boni Viri, ut dolus non præſtetur; beneficio reſtitutionis in integrum minori competenti; benefeio Fori a Clerico; Iuri reverentiali a perſona debito perſonæ (4) exceptioni ſimulationis; privilegio apto prodeſſe tertio (5) Legi habenti clauſulam annullantem; facultati revocandi Procuratorem; feriis repentinis, vel in honorem Dei; titulo ne Fideiuſſores Dotium dentur; libertati procurandæ, ſeu faciendæ diviſionis; quibus addo ad clariorem explicationem primum quoad defenſionem, & alimenta, quia nemo eſt vitæ ſuæ Dominus, & quia alimentorum renunciatio naturæ legibus adverſatur (6) ulterius renunciari nequit doti, quia Matrimoniis favet, adeoque publicæ felicitati; reductioni &c. quia alias admitteretur iniquitas in contractibus; dolo, ſimulationi, revocationi Procuratoris, & ſimilibus, quia patrandorum criminum anſa præberetur: nec valet renunciatio læſioni enormiſſimæ, quia dolum ſaltem re ipſa ſupponit in eo qui cum renunciante contrahit, ut non habetur (7) reſtitutioni in integrum, ut ſubveniatur iis, qui ob imbecillitatem mentis facile decipi potuerunt, vel iis, qui ſpecialem iuris aſſiſtentiam merentur; beneficio Fori ob utilitatem, ac decus totius corporis vel univerſitatis &c.; reverentiali, ob rectum publicæ ſocietatis ordinem ſervandum; libertati, ne foveantur diſſidia.

Quoad titulum ne fideiuſſores dotium dentur noto, quod in *Leg. prima, & ſecunda eiuſd. tit.* prohibetur fideiuſſio inter coniuges, pro dotis conſervatione, ne iurgia inter illos ſuſcitentur.

Quomodo tamen hæc regula intelligenda, ac limitanda ſit vid. (8)

Hæc fideiuſſio prohibetur pro conſervatione, aut reſtitutione, non autem pro conſtitutione dotis facienda, vel facta (9).

Præterea vigore Statuti noſtri *lib.* 2. *rubr.* 61. etiam pro reſtitutione dari poteſt fideiuſſor *Thuſch. conſ.* 220. *n.* 2. cuius ratio eſt, ut dotis ſecuritati proſpectum ſit, qua Mulier, ſi Viro ſuperſtes evadat, ſe honeſte alere poſſit, vel ad aliud Matrimonium convolare.

(1) *Diſpoſitio Legis anni* 1582. *Sabell. in prax.* §. *debitori Ioannes Caſtagna in tract. de benefic. Scannarol. de viſit. carc. lib.* 3. *cap.* 7. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quaſt.* 78. *Giurba dec.* 42. 43. 44. *&* 45. *Boſſio de dote cap.* 2. *Rot. dec.* 168 *part.* 14. *recent. Franc. dec.* 164. *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 14. *per tot.* (2) *Ex diſpoſit. cap. Odoard. de ſolut. Lex anni* 1587. *Sabell. in prax. verb.*

*debi-*

*debitori num.* 20. (3) *Franc. dec.* 164. *num.* 14. (4) *Rot. part.* 9. *recent. dec.* 109. *Bich. dec.* 98. (5) *Urceol. conſult. for.* 72. *n.* 211. (6) *Surd. de aliment. tit.* 9. *queſt.* 15. *n.* 2. *Donand. de renunciat. cap.* 4. *n.* 24. *Politi ſelectar. iur. differt.* 7. *tit. de renunc. & Florent. Pecuniaria diei* 8. *Martii* 1774. *cor. D. Canc. Petro Manſilli pag.* 17. §. *mà ancora .* (7) *Florentina Reſciſſ. Apocarum diei* 6. *Aprilis* 1773. *cor. D. Aud. Alexandro Luci pag.* 4. §. *etiam ſi læſioni .* (8) *Caſareg. de commerc. diſc.* 89. *&* 90. *De Luc. diſcurſ.* 162. *a num.* 1. *ad* 6. *Larrea dec.* 7. *per tot.* (9) *De Luc. d. diſcurſ. num.* 2. *&* 3.

*De pœnis apponi ſolitis in contractibus.*

SOlet aliquando apponi pœna in contractibus per contrahentes, qua de re opportunum erit dignoſcere, quæ licite apponi poſſint nec ne.

Quando pœna apponitur obligationibus facti, id eſt aliquid faciendi, poteſt qualiſcumque pœna etiam maxima apponi, puta promitto tibi me Romam iturum infra menſem ſub pœna ſcutorum decem, vel quando inter fratres ſecuta eſt tranſactio ſuper diviſione hæreditatis Paternæ, & fuit appoſita pœna, ut ſi quis tranſactionem impugnet ratione pœnæ ſolvat ſcuta quinquaginta, firmo ſtante contractu, quæ clauſula ſemper a Notario apponi debet (1). Pœna etiam maxima apponi poteſt, quando adiicitur obligationi de danda ſpecie aliqua ver. gr. promitto me tibi daturum Bovem, & ſi non dabo promitto nomine pœnæ ſoluturum ſcuta duo, ſed de hac materia fuſius alibi dicendum ſupereſt.

(1) *Bich. dec.* 470. *Rot. Rom. dec.* 68. *part.* 6.

*De pœnis reprobatis, & illicitis.*

QUando pœna adiicitur obligationi de dando quantitatem ſeu pecuniam, minime apponi poteſt, quia cenſetur appoſita ad palliandam uſuram (1) ex. gr. ego conſtituo me debitorem tuum ſcutorum centum, quæ ſoluturum me promitto ad feſtum S. Ioannis, & ſi non ſolvam, nomine pœnæ promitto ſcuta centum quinquaginta.

In

In mutuo rectius eſt ſe abſtinere ab huiuſmodi pacto pœnas ſolvendi, ob vitandam ſuſpicionem uſuræ.

Notandum, quod iſtæ pœnæ dicuntur conventionales, & numquam Fiſco applicantur (2).

Sciendum ulterius, quod quando in contractibus pœna apponitur peti non poteſt niſi pœna, aut res, ſecus ſi conventum eſſet, quod ſoluta, vel non ſoluta pœna, ratum tamen maneat pactum, quia tunc utrumque peti poteſt. (3)

*Rot. part. 2. diverſor. deciſ 90. num. 4. Menoch. caſ. 260. n. 42. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1167. n. 16.* (2) *Bald. in Leg. minor Cod. de pact.* (3) *Leg. cum proponat Cod. de pact. Afflict. dec. 135. Gratian. diſcept. for. cap. 34. num. 15. & capit. 706. n. 50. Menoch. de arbitrar. caſ. 260. per tot. Rot. part. 11. recentior. deciſ. 770. per tot.*

---

## *De clauſulis in genere.*

Clauſularum pertractationem aggrediendo nonnulla generalia trademus tantummodo (ne actum agere videamur) ad quaſi faciem præferendam Tyronibus, ut facilius ex noſtris monitis indolem naturamque illarum dignoſcere poſſint, quibus præcognitis, uſus, & labor docebit plura.

Primo animadvertendum eſt, quod Notarii tenentur apponere in inſtrumentis omnes clauſulas conſuetas apponi, & quæ appoſitæ intelligantur de conſenſu Partium (1) Studeat etiam Notarius ſcire importantiam clauſularum diſtinctarum in executivis, & diſpoſitivis, quia clauſula poſita in corpore inſtrumenti parit effectum diverſum ab ea, quæ ponitur in fine, ut eſt clauſula quæ omnia: dico autem, quod clauſula poſita in verbis ſeu Partibus diſpoſitivis, id eſt ante formatam, & concluſam ſpeciem contractus, ſuum debent effectum ſortiri; executive vero poſitæ in clauſula generali quæ omnia &c. id eſt in fine contractus, & a qua initium ſumunt, non ſolent facere alterationem, cum apponantur poſt contractum perfectum (2).

Quando autem clauſulæ dicantur executivæ vel in executivis appoſitæ (3) acceſſoriæ vero non alterant, nec augent principalem diſpoſitionem (4) ſed tantum declarant, ita ut principali diſpoſitione nulla exiſtente vel annullata, illæ quoque corruunt: ubi tamen non eſſent acceſſoriæ, ſed principaliter appoſitæ poſſent aliquid diverſum operari (5).

Clau-

Clauſulæ quarum virtus, & efficacia ignoratur a Notario, Teſtatore, vel contrahentibus non videntur attendendæ (6) tamquam ex conſuetudine Notarii appoſitæ, & a contrahentibus non intellectæ, (7) eo maxime caſu, quando non fuit plene expreſſa intentio Partium (8) quia deficiente conſenſu, clauſulæ quantumvis amplæ nullam vim obtinent (9).

Poſtremo illud pro regula animadvertendum exiſtimo, quod monet doctiſſimus *De Luc. de iudic. diſc.* 26. *n.* 4. „ ibi „ atque „ exinde manat magis receptum eſſe, ut neceſſaria non ſit Par„ tium notitia, vel certioratio ſuper efficacia, vel operatione „ clauſularum, quoties illæ de iure, vel de ſtylo Notariorum „ ſint ſolitæ, & connaturales, ſecus autem circa ſubſtantialia, „ quæ alterationem ipſius actus contineant, in pactis, vel in a„ liis, quæ non ab ipſius Notarii formulario, ſed a Partium vo„ luntate pendent „.

Nota, quod aliquando fieri debet certioratio in accidentalibus, quod evenire poteſt, cum partes, vel una earum noluerint adiicere aliquam clauſulam, vel cautelam, quamvis ſolitam (10)

(1) *Menoch. de arbitr. caſ.* 144. *n.* 6. *pract. Pap. form. product. inſtrument. gloſſ. exbibens num* 9 *in addit. Gratian. diſceptat.* 548. *num.* 84 (2) *Ciarlin. controv. forenſ. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. (3) *Gratian. diſcept. for. cap.* 609. *n.* 8. *& cap.* 622. *n.* 10. *Magon. deciſ. Flor* 64. *n.* 67. *& dec.* 65. *ad Mater per tot.* (4) *Gabriel. commun. concluſ. de clauſ. clauſ.* 10. *n.* 1. *Barboſ. de clauſul. clauſ.* 68 *per tot & ſub n.* 7: agit an cenſeantur appoſitæ de ſtylo Notariorum, vel de conſenſu Partium, & quod iſtud probari poteſt ex fide Notariorum, *Rot. part.* 9. *recent. dec.* 302. *num.* 20. (5) *Barboſ. de clauſ. clauſ.* 68. *Thuſc. lit. C concluſ.* 312. *Cocc. deciſ.* 237. *n.* 2. *&* 5. (6) *Magon. dec. Florent.* 25. *n.* 4. *Rot. dec.* 44. *num* 3. *part.* 16. *recent.* (7) *Magon. deciſ. Florent.* 65. *n.* 64. *&c.* (8) *Gratian. diſcept. for. cap.* 447. *n.* 13. *Altogr. conſil.* 75. *n.* 14. *lib.* 2. (9) *Sabell. cap.* 14. *n.* 17. *&* 18. (10) *De Luc. de Iudic. diſc.* 26. *n.* 4.

---

### *De Guarantigia.*

VOx hæc latina eſſe non videtur, cum illam apud linguæ latinæ cultores non invenerim. (1) Guarantigia ſiquidem nil aliud eſt, niſi quoddam præceptum, quod fit per Notarium de inſtru-

ſtrumento rogatum Parti roganti, ut obſervet conventa in illo, & ſit illud tale præceptum in volentem, & acceptantem auctoritate Statutorum concedentium huiuſmodi poteſtatem, ideoque habet executionem paratam æque ac eſſet verum præceptum Iudicis (2). Verbum hoc guarantigiæ, videtur potius ſignificationis Longobardicæ (3) & cum ad aliquod inſtrumentum relatum ſit ſignificat illud perpetuæ confirmationis roborare, confirmare, ac munire, & retinet ab initio confeſſionis, & iudicialis præcepti efficaciam: habet etiam eam vim, ut quæratur actio abſenti eo modo, quo iuramentum (4) habetque in ventre ſtipulationem pro omnibus, quorum intereſt (5) *ex Statuto Florentino lib. 2. rubr. 10. & Statuto Curiæ Mercatorum lib. 2. rubr. 8. num.* 170. tribuitur Notariis auctoritatem inferendi in ſcripturis, & inſtrumentis huiuſmodi præceptum, & iubetur, ut acta eo munita paratam habeant executionem contra bona; ac perſonam debitoris, & prohibentur exceptiones aut defenſiones quoad ſolutionem, mutationem termini, dolum, ſimulationem, & ſimilia, niſi ſtatim, & abſque examine facti aut iuris conſtet de vitio intrinſeco, quoad formam ſcilicet inſtrumenti, vel de extrinſeco, id eſt de aliquo facto, ex quo actio ipſa ex inſtrumento profluens ſublata ſit (6).

(1) *Vicat. in recent. iur. utriuſ. vocab. impreſſ. Neap.* 1760. *in antiquiori tamen vocabulario pariter utriuſque iur. impreſſ. Lugdunii ann.* 1585. *ſub litt. Gu. adnotatum legitur verbum guarantare, id eſt defendere pag. mihi* 315. *Guid. Pap. in addit. ad queſt.* 97. (2) *Ridolph. in prax. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 108. *&* 109. (3) *Sabell. in ſumm. tom.* 2. *art.* 1. §. 43. *n.* 22. (4) *Marzimedic. examinat.* 36. *num.* 53. (5) *Henric. Cocceio diſput.* 31. *de guarantig. ſect.* 1. §. 5. *Du-Kang. gloſſ. mediæ, & infim. latinitat. edit. Venet.* 1758. *verb. guarantig. & verb. Guarantus* (6) *Dom. Aud. Ioſeph Bizzarrini in Florent. ſeu Piſana Iudicii executivi* 16. *Iulii* 1746. *art.* 1.

## *De iure iurando.*

PAſſim in publicis inſtrumentis de ſtylo, ut aiunt, iuramentum adhiberi compertum eſt, ideo Neotericis Tabellionibus morem gerendo explanandum ſuſcipimus quid ſit iuramentum in genere, quid in ſpecie, & quomodo deferendum; prætermiſſis pro nunc aliis iuramenti ſpeciebus (de quibus alibi agendum remanet) diſſerere hic aggredimur de ea iuramenti ſpecie quæ adhi-

dhiberi ſolet in contractibus quibuscumque, quam DD. vocant Iuramentum ſolidatitium ſeu confirmatorium, (1) animadvertendo tamen, quod relative ad modum deferendi, & effectus non differunt aliæ ſpecies ab ea de qua acturi ſumus.

Iuramentum in genere definitur, quod ſit invocatio Divini Teſtimonii ad fidem dictis faciendam, & promiſſionem firmandam: pluribus modis antiquos iuraſſe teſtatur Anſenius (2) variis quoque hodie iuramentum præſtatur iuxta diverſos Regionum ritus, (3) & perſonarum gradus qualitateſque; apud Italos tamen ſufficit iurare tactis ſcripturis ſi agatur de perſonis privatis. (4) At ſi de Cardinalibus, Epiſcopis, & Sacerdotibus tacto pectore, ſi de Hæbreis tacto calamo, & quoad Hæbreos opportune obſervandum eſt, quod inſtante parte cogi poſſunt ad iurandum ſuper Tephilinis, ſuper Biblia, deferente Rabbino, & ſic per Legem Moyſis, vel per Deum Adonay, per Deum Keloy, & rationem reddit *Rot.* inferius citanda, quia cum Iudæi contemnant omnia iuramenta illis a Iudicibus, ſeu Notariis Chriſtianis delata, eaque tantum valida putent, quæ ab eorum Rabbinis deferuntur, ideoque ad falſitates, & calumnias vitandas, tale iuramentum ſuper Tephilinis præſtandum eſt (5). Quo vero ad Equites Divi Stephani, & Hyeroſolimitanos tacta Cruce, ut obſervatum vidi in Etruria, & ſic communiter obſervatum vidi in praxi, & obſervari tradit *Conciol. reſol. criminal. verb. teſtes quoad examen reſolut.* 2. *in fin.*

In dubium attamen revocatur a Doctoribus, an abſque ſcripturarum tactu, validum ſit iuramentum. Multi enim valere adfirmant, ac incidenter tradunt ſatis probatum remanere contrahentes iuraſſe ex verbis enunciativis Notarii dicentis; tales iuraſſe quamvis de tactu non conſtet (6) alii vero negant, adeo ut qui negativam defendunt iuramentum expleri debere contendunt mediante tactu ſcripturarum cum manibus, itaut qui manus non habet minime poſſe iuramentum præſtare, neque teſtimonium perhibere etiam tangendo ſcripturam, cum alia corporis parte (7).

Priorem vero opinionem amplectentes conſtanter ſubſtinent iuramentum non tantum ſignis, ſed etiam verbis valide præſtari poſſe (8) dummodo tamen ſigna ea ſint, quæ in communi receptione declarant animum iurandi, cum tactus ſcripturarum non ſit de ſubſtantia iuramenti, ſed poſſit etiam ſolo verbo iurari, (9) ſed admittendo poſtremam opinionem quod tactus ſcripturarum neceſſarium ſit ad delationem Iudicis, vel Notarii, maxima exurgit difficultas circa privatos contractus, ſeu ut aiunt ſcriptas

privatis in quibus nulla adeſt perſona, quæ iuramentum poſſit deferre, an expreſſio iuramenti in ea contenta roborare queat ſponſionem ad omnes iuris effectus, & hic rurſus Doctores inſurgunt, ſic diſtinguendo, ſcilicet, aut iuramentum appoſitum in ſcriptura privata repetitum eſt in ſubſcriptione vel non; ſi repetitum non fuit, tunc iuramentum eſſe nullius roboris, ac momenti, nec proprie dici poſſe Iuramentum exiſtimant, cum non ſit delatum, nec iuratum, ſive ſumptum a ſubſcriptione (10) ex ea forſan ratione quam tradit *De Luc.* „ ibi „ cum in huiuſmodi aſſertiones in ſcripturis privatis contentæ, quod vim habeant actus iurati operantur quidem quoſdam effectus non autem iſtum, quia quoad Deum, & vinculum peccati requiritur „ actus iuramenti per tactum ſcripturarum, quod clarius explicat „ *Rot. dec.* 26. *num.* 42. *part.* 6. *recent.* ibi „ clauſula quod habeatur pro iurato non inducit Sacramentum coram Deo, quamvis pariat effectum civilem, quoad Hominem (11) ex quo argui poteſt quod remota ignorantia quæ tollitur a repetitione „ pro „ iurato „ contenta in ſubſcriptione valeret quidem iuramentum ſaltem eo modo quo oſtendit dictus *De Luc.* (12)

Verum quidquid ſit de prædictis opinionibus, quas ad criticæ trutinam revocare non audeo, videatur omnino Ciarlinus (13). Verum ad inducendum in ſcriptura privata iuramentum plenum, & efficace ad quoſcumque effectus, ſufficit id fieri per invocationem Dei, vel ſub fide Catholica, vel per Sacroſancta Dei Evangelia, abſque tactu ſcripturarum (14), quare ſi in ventre ſcripturarum huiuſmodi apponatur explicitum iuramentum non erit dubitandum de eiuſdem plena efficacia, tradunt etenim nonnulli pro cautela validitatis ſic exprimendum eſſe, videlicet; „ prometto di oſſervare ec: con mio giuramento, quale intendo prendere avanti Iddio nell' atto preſente „ & ad vitanda iurgia poterit idem exprimi in ſubſcriptione.

(1) *Oinot. in §. ſi quis poſtulante inſtit. tit. de action. num.* 4. (2) *Anſenius in ſuo tract. de veterum iureiur.* (3) *Covarruv in cap. quamvis pactum §.* 1. *num.* 2. (4) *Guazzin. defenſ.* 14. *capit.* 6. *n.* 2. (5) *Marquard. de Iudæis part.* 2. *cap.* 6. *Guazzin. loc. cit. Pignatta ad Stat Ferrariæ Rubr* 47. *num.* 23. *Scaccia de iudic. lib.* 2. *cap.* 8 *num:* 634. *Maſcard. de probat. concluſ* 944. *n.* 15. *Speculator. de iuram calumniæ part.* 1. *§. relat, Antonio del Re de iuram. calumniæ cap:* 15. *a n* 173. *Locattel de quæſt. Iudæorum inſpect.* 5. *num:* 120. *& ſeq. Director. inquiſit. cap.* 13. *commentar.* 13. *in fin. fol.* 14. *Rot. Noſtr. lib. mot.* 118. *pag.* 272. *quæ eſt diei* 23. *Decembris* 1683. *Florent. Noſtrorum cor. Sebaſtiano Marini in princ.*

*princ. verſ. quia cum*. (6) *Ciarlin. controv.* 240. *n.* 42 *Surd. dec.* 154. *n.* 42. *Marzimed. examinat.* 17. *Gaill. obſerv.* 101. *num.* 2. (7) *Covarr. loc. cit.* (8) *Ciarlin. ubi ſupra* (9) *Guazzin. defenſ.* 14. *Cap.* 5. *Farinacc de oppoſit. contra teſtes quæſt.* 63. *Surd. dec.* 159. *num.* 11. *Buratt. dec.* 148. *num.* 10. *Merlin. deciſ.* 486. *n.* 5. *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 39. (10) *Rot. Florent. lib. mot. a* 77 *verſic. præmiſſa Mantic. de tacit. lib.* 26. (11) *De Luc. de dote diſcurſ.* 33. *n.* 16. *verſ. unde non obligat ſubſcribentem &c.* (12) *Bich. dec.* 200. *a n.* 36. *uſque in fin.* (13) *Ciarlin. controverſ.* 240. *ſub n.* 69. *Surd. dict. deciſ.* 154. *& Marzimed. d. examinat.* 17. (14) *Marzimedic. loc. cit.*

NOTÆ.

Iuramentum præſtitum a prodigo, vel pupillo, vel mentecapto, vel furioſo nil operatur (1): appoſitum in die feſto eſt illicitum ſed validum, peccant tamen id facientes, niſi ex iuſta cauſa excuſentur (2): in contractibus innominatis efficit ut non ſit locus pœnitentiæ, (3): & eſt perſonale quoad periurium, reale quoad obſervantiam, quia periurium eſt crimen, crimina autem, cum dolum neceſſario ſupponant non extenduntur ultra perſonas delinquentium: eſt autem reale, quoad obſervantiam, quia obligatio, & promiſſio iurantis, tamquam auctoris factum ab illius ſucceſſore ſervanda eſt, & res ita obligatæ affectæ ſunt pro obſervantia obligationis (4) de aliis effectibus iuramenti *vid. ſupra relat.* quibus addi poſſunt (5).

(1) *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 58. *num.* 13. (2) *Pract. Pap. formul. iuramenti a part. oblig. gloſſ.* 2. *Mantic. de tacit.* (3) *Ciarlin. d. controv.* 240. *num.* 45. (4) *Suarez de Relig. tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 1. *capit.* 5. *circa effectus, & efficaciam*. (5) *Magon. deciſ. Florent.* 39. *num.* 4. *Sperell. deciſ.* 68. *num.* 513. *Montan. de Tutor. cap.* 33. *Urceol. conſult. for. cap.* 44. *&* 54. *Rota part.* 9. *recent. deciſ.* 262. *n.* 9. *& dec.* 98. *part.* 11.

---

*Adnotatur hic Nomenclatio affinium, & conſanguineorum.*

QUamvis communiter hodie inſtrumenta vernacula lingua exharentur, attamen lubet explicationem aliquorum nominum latine conſcriptorum tradere cum vulgari explicatione, eo quia ſi forte contigerit inſtrumentum aliquod latine conſcribere, fa-

facilius Neoterici Tabelliones poſſint illos conficere, quæ notiones poterunt etiam inſervire ad intelligentiam arboris conſanguinitatis.

---

ADfines, ſeu Affines ſunt Viro Uxoris Cognati, & Uxori Cognati Viri, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt per nuptias copulantur *Leg. 4. §. 3. ff. de gradib. & adfinit.* conſanguineus dicitur ille, qui deſcendit ab eodem ſtipite; conſanguinitas enim definitur vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium.

Avunculus *fratello della madre*

Tritavus, Triſavolo, Atavi Pater; Atavus, *Padre dell' Abavo*; Abavus, *terzo Avo*, *Padre del Proavo*; Proavus Biſavolo, (1) *Padre dell' Avo Paterno, o Materno*; Patruus magnus, *Fratello dell' Avo Paterno*; Patruus, *Fratello di mio Padre; Leg. 2. ff. de ſuis, & legitimis*, Pater, *Padre*; Filius, *Figlio*; Frater, *Fratello*; Fratrum tria ſunt genera; alii Germani dicuntur, *cioè Fratelli veri* (2) tamquam perfecti fratres nuncupantur quemadmodum latine ſonat vox illa germanus, id est, qui ex iiſdem Parentibus nati ſunt; alii conſanguinei, *che ſon nati del medeſimo Padre, non della medeſima Madre*; (3) alii uterini, *cioè quelli, che ſon nati dalla medeſima Madre, ma non dal medeſimo Padre* (4); Nepos *Nipote, quello, che è nato dal figlio, o dalla figlia*; pronepos, *Figlio del nipote*; Abnepos, *Figlio del Pronipote*, quaſi ſeiunctus a Nepote; eſt enim inter ipſum, & Nepotem Pronepos, ſic Abneptis, Filia proneptis; Atnepos, *Figlio dell' Abnepote*, vel ut in Pandectis Florentinis varie ſcribitur Adnepos, Adneptis. Hi ſunt Adnepotis, vel Adneptis Filius, Filia, Pronepotis, vel Proneptis, Nepos, Neptis, Nepotis, vel Neptis Pronepos Proneptis, Filii Filiæve Abnepos Abneptis, *Leg. 1. §. 5. & Leg ult. §. 16. ff. de gradib. & affin.* Trinepos, *Figlio dell' Abnepote*, ita dictus quod tertius a Nepote; eius correlativus eſt Tritavus, Trinepos, Trineptis, hi ſunt Fiii Filiæve, Abnepotis, Abneptis; Patrueles, *Figli dei Fratelli, e Sorelle*; Patrueles Marium, Fratruum Filii, Conſobrini ex duabus editi Sororibus, vel ſunt Filii Fratruum Germanorum *Leg. 1. & ult. ff. de gradib. & affin.* Socer, *Padre della Moglie*, vox iſta correlativa eſt, etiam quoad Uxorem; Socrus, *Socera*; Noverca, *Matrigna*, quaſi nocens anus; (5) Vitricus, *Patrigno*; Privignus, *Figliaſtro*; Levir, *Fratello del Marito*, vel Frater Uxoris *Leg. 4. ff. de gradib. &c.* Glos, *Cognata*: id eſt Mariti Soror; Fratria, *Moglie del Fratello*; Sororius, *Marito della*

*la*

*la Sorella*, id eſt quaſi res ſit, quæ ſpectet ad ſororem.

(1) *Leg. iuris conſultus* §. *gradus ff. de gradib. & affin.* (2) §. *etiam hoc inſtit. tit. de legit. agnator. ſucceſſ.* (3) §. *ſunt autem inſtit. tit. eod.* (4) *gloſſ. in* §. *hoc etiam inſtit. tit. eod.* (5) *Inſtit. tit. de nupt.* §. *Socrum, vidend. inſtit. tit. de gradib.* §. 4. *Leg.* 1. §. *de gradib. & affin. Leg. non facile ff. de grad. &c. per tot.*

---

*De hominum ætate, ac de eiuſdem diviſionibus.*

ÆTAS hominis nil aliud eſt, quam menſura quædam temporis a nativitate, uſque ad obitum decurrens, & diverſimode iuxta diverſas opiniones dividitur, nos vero ſequendo communiorem eam dividimus prout hic, videlicet.

Prima eſt Infantia, quæ incipit a die ortus, & progreditur uſque ad ſeptimum annum completum, quæ aliquando uſurpatur pro ineloquentia, & generatim pro ea imbecillitate, cum quis rem aliquam novit, quam tamen explicare nequit, *Cic. lib.* 3. *de Oratore* „ Neque infantiam eius, qui norit ſed eam explicare dicendo non queat, neque inſcitiam eius, cui res non ſuppetit, verba non definit eſſe laudandam „.

Secunda eſt Pueritia, quæ legaliter loquendo Pupillaris eſt, incipiens ab initio octavi anni uſque ad decimum quartum completum, in maſculis; in fœminis uſque ad duodecimum, quæ ætates pro effectu ſubiectionis, quæ ex Tutela promanat, confunduntur, & pro una habentur, & inter has duas datur medius terminus ad quam plures effectus, id eſt una ætas, quæ dicitur doli capax, & proximior pubertati, quam Infantia, quæ conſtituitur inter annos decem cum dimidio, ut inferius &c. quandoque ſumitur pro puritate, ſive caſtitate (1)

Tertia eſt Adoleſcentia, prima ætas hominis poſt pueritiam, aut pubertas imperfecta, quæ legaliter loquendo minor ætas dicitur, & in favorabilibus incipit ab ultimo die anni decimi quarti, in odioſis vero a prima die decimi quinti, quæ iuxta Legem communem Romanorum protrahitur ad vigeſimum quintum annum completum, & iſti dicuntur adulti (2) adoleſcentes veteribus ab anno XV. uſque ad trigeſimum appellatos, auctor eſt Cenſorinus de die natalitio cap. 14. hinc Livius Tarquinios adoleſcentes appellat, qui iam mariti erant.

Quarta ætas eſt iuventus, quæ incipit ab illo tempore, in quo completur ætas antecedens pubertatem, aut adoleſcentiam, & protrahitur ſecundum aliquos uſque ad annum trigeſimum quin-

quintum, iuxta alios ad quadrageſimum. Hæc ſæpe ſumitur pro ætate, aliquando diverſimode (3)

Quinta eſt virilitas, quæ pariter iuxta aliquos finem habet in quinquageſimo quinto anno, ſecundum vero alios in ſexageſimo: aliquando idem ſignificat, quod virilitas, ſeu viri pudenda, ut (4)

Sexta eſt ſenectus, quæ incipit expleta virilitate, & deſinit cum morte, iſtaque in duas partes dividitur. Una eſt, quæ dicitur ſimplex ſenectus, id eſt fortis, & robuſta, ut non nulli tradunt. Altera, quæ eſt ſecundum aliquos decrepita eſt, ergo.

Septima ætas decrepita eſt, quæ incipit poſt annum ſeptuageſimum (5). Ea quæ hic de hominum ætate tradidimus varia ſunt iuxta diverſarum regionum praxim, conſuetudines, & Legum varietatem, vel ob diverſitatem rerum, ſeu eſſectuum, de quibus agitur, ut obſervabimus, cum de Statuto Florentino agemus (6)

(1) *Varro apud Nonium cap.* 2. *num.* 672. (2) *De Luc. in conflict. obſerv.* 2. (3) *Cic.* 1. *Tuſculanar. cap.* 26. (4) *ut apud Martial. lib.* 9. *epigram.* 7. *non puer avari ſectus arte mangonis, virilitatis damna mœret ereptæ* (5) *Cic.* 1. *Tuſculanar.* „ ex his igitur „ ora octava, quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt, quæ „ vero occidente ſole decrepita: diſcrimina pueritiæ, nimirum „ iuvente, & ſenectæ perſtrinxit „ *Ulpianus in Leg.* 8. §. 10. *ff. de tranſact. ætatis varios gradus recenſet Cenſorinus lib. de die natalitio. Clemens Alexandrin. Strommatum lib.* 6. *pag.* 685. (6) *De Luc. de benefic. diſc.* 39. *num.* 6. *ad mater. vid. Menoch. de arbitr. caſ.* 57. *lib.* 2. *per tot. Tuſch. litt. A concl.* 335. *Zacchia medico legal. lib.* 1. *tit.* 1. *Pax Jordan. lucubr. vol.* 2. *lib.* 10. *tit* 20. *num.* 119.

NOTÆ

Ætatis venia, id eſt abbreviatio, ſeu ſupplementum, non niſi ab ipſo Principe concedi poteſt, & hæc non operatur quo ad alienationem bonorum immobilium, debetque publicari per proclama (1), notandum tamen eſt, quod quando venia impetrata fuit a Principe ad certum actum ſpecialiter, tunc Decretum Judicis neceſſarium non eſt (2). Verum quando impetrata fuit ad omnes actus generaliter, tunc per neceſſe in quolibet actu debet Iudicis Decretum adhiberi (3) Ad declarationem præmiſſorum noto, quod ratio, cur venia ætatis impetrata ad actum ſpecialem non requirat decretum ea eſſe poteſt, quia tunc Princeps videtur cognoviſſe, & judicaſſe, quod perſo-

na

na de qua res eſt fuerit illius actus gerendi ſatis capax.

(1) *Magon. dec. Lucenſ.* 13. *n.* 5. *&* 13. (2) *Leg.* 2. *Cod. quando decret. opus non eſt* (3). *Leg penult. Cod. de his, qui veniam ætat &c. Rot. dec.* 82. *num.* 10. *e* 11. *part.* 13. *recent. Surd. dec.* 268.

---

## *Quid ſit dies, quomodo incipiat, & decurrat iuxta communiorem Doctorum Sententiam ad quamplures iuris effectus.*

DIES dicitur ſpatium viginti quatuor horarum; Grammatici veteres pro diverſa huius nominis ſignificatione, diverſum genus ei tribunt; aiunt enim fœminino genere ſignificare tempus indeterminatum, maſculino vero ſpatium vigintiquatuor horarum, *Cic. Verrin.* 1. *cap.* 2. „ Cum diem in Siciliam inquirendi per exiguam poſtulaviſſem invenit iſte, qui ſibi in Achaiam biduo breviorem diem poſtularet: Attamen diſcrimen „ hoc non eſt perpetuum præcipue apud Poetas „ *Virgil.* 2. *Æneide* „ Iamque dies infanda aderat mihi ſacra pareri „ dies aliquando ponitur pro luce diei, hinc obire diem eſt mori: interdum dicitur tempus præſtitutum alicui rei; ut dies pecuniarum, quo ſcilicet pecunia ſolvenda eſt; ſimiliter, & in diem emere: his reſpondet proferre diem, prorogare, laxiorem diem dare (1) Die oculata emere, eſt præſenti pecunia emere, contra vero emere die cæca dicimus, cum ſolutionem in diem proferimus: dies aliquando pro quovis tempore ſumitur, ut in titulo de in diem addict. Dies cedere dicitur, quando incipit pecunia deberi (2) Veniſſe dicimus, ſi adeſt tempus quo peti poſſit, *L. dies certus de in diem &c.* qui quando exiturus ſit præſcitur, a quo differt incertus, qui quando exiturus ſit neſcitur ac conditionis vim obtinet (3). Dies temporalis (4) accipitur pro diebus peremptoriis, quos hodie fatalia appellationis vocant (5). More Romano loquendo dies a media nocte incipit, & ſequente nocte finitur (6) Diei autem horas ab ortu ſolis dinumerabant, duodecim diei, totidemque nocti tribuentes: atque ita primam, ſextam, ſeptimam horam, quoties in libris noſtris occurrit, accipe (7).

Practice rem agendo dies nil aliud eſt niſi præſentia ſolis ſuper terram, ſicuti nox eſt ſolis privatio (8)

Iuxta communiores regulas triplicem patitur diviſionem, nempe

pe quod ſit primo naturalis, ſecundo civilis, ſeu artificialis, tertio Eccleſiaſticus (9).

Naturalis ſeu vulgaris in ſe etiam noctem comprehendit, & expletur ſpatio horarum vigintiquatuor toto anno æqualium, ſi quidem uſuvenit exprimi menſem, triginta dies continere, prætermiſſa noctium mentione, certum eſt (10).

Dies vero Eccleſiaſticus eſt tempus ab Eccleſia præfinitum, hæc autem dies a veſpera uſque ad veſperam, regulariter ſumitur, &. ſic uſuvenit circa indulgentias, & ſimilia, quamvis quoad ieiunium diverſimode more Romano praxis doceat, hoc modo ſcilicet. Ieiunium incipit a media nocte, & finitur ad aliam mediam noctem, ſequentis diei ( ut dictum fuit ). His tamen non obſtantibus, plerumque conſuetudo locorum obſervatur. (11)

Alia ſubeſt in Iure diviſio dierum, nempe quod alii ſint dies legales, ſive utiles, alii continui, ſeu currentes ad effectus iudiciales, vel alios iuridicos tradi ſolitos per iuriſtas, ut ex (12) Utiles intelliguntur de tempore non feriato, ſed continui comprehendunt feriatos, & non feriatos.

(1) *Leg.* 27. *&* *L.* 33. *ff. de recept. arbitr.* (2) *L.* 213. *de verb. ſignif* (3) *L* 30. *ff. de legat.* 1. *&* *L.* 11. *in fin. ff. de legat.* 2. (4) *L.* 63. *ff. de appellat.* (5) *Cuiac. obſerv.* 4. (6) *L.* 8. *ff. de feriis* (7) *L.* 1. *ff. de manum. L.* 5. *§. ult. ff. de ſervit. & paſſim alibi* (8) *Antonel. de temp. legali lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 20. (9) *Antonell. loc. cit.* (10) *Antonell. ubi ſupra* (11) *De Luc. diſc.* 42. *n.* 6. *in miſcellan.* (12) *Antonell. eod. loc.*

NOTÆ

Diei appellatione nulla alia facta declaratione intelligitur ſpatium vigintiquatuor horarum, atque intelligitur de continuo non de utili, niſi aliter expreſſum ſit. (1)

Qua nam hora incipiat dies feſtus, & finiat, ut debitor poſſit, vel non carcerari firmat *Gratian.* (2) quod in omnibus diſpoſitionibus ubi civiliter agitur dies incipit a media nocte ſubſequente & quod nox non dicitur, ſed dies donec durat qualis qualis claritas ſuper terram, licet ſol occiderit, vel nondum natus fuerit, niſi eſſemus in odioſis ad evitandam pœnam Statuti: inſuper noto hic, quod Statutum Florentinum *lib.* 1. *rubr.* 81. iubet quod de nocte non ducatur aliquis ad carceres, nec inde extrahatur: ad quem effectum noctem ab occaſu ſolis incipere, & finire ad ſonitum campanæ ſub initio auroræ, dicitur in *Florentina validitatis Capturæ diei* 29. *Maii* 1771. *cor. Dom. Aud. Franciſco Roſſi pag.* 3.

Qua-

Qualiter prima medietas noctis attribuatur diei antecedenti, & ſecunda ſubſequenti in beneficialibus (3). Dies termini non comprenditur regulariter in termino; itemque regulariter dies interpellat pro homine, & ideo obligatus ſolvere in certo termino, illo elapſo conſtituitur in mora (5) exceptis quibuſdam caſibus, in quibus neceſſaria eſt interpellatio (6).

(1) *Barboſ. de appellat. verb. ſignific. appellat.* 71 (2) *Gratian. diſcept. for. cap.* 972. *per tot. plura vide in Rot. Rom. par.* 19. *rec. dec.* 98. *per tot.* (3) *Rot. par.* 10. *rec. dec* 76. *& de hac materia iuxta diverſitatem caſuum, Manſ. conſ.* 120. *num.* 3. *lib.* 2. *Rainald. Sintaxi rer. criminal. cap.* 1, §. 9. *num.* 80. *De Luc. de benefic. diſc.* 15. *num.* 2. *&* 4. (4) *Gratian. diſcept. for. cap.* 161. *ubi inferi ad plura Magon. dec. flor. n.* 6. *per tot. De Luc. de ſocietat. offitii diſc.* 2. *n.* 6. *ubi de modo computandi terminos* (5) *Leg. magnam Cod. de contrahend. & committend ſtipulat.* (6) *Gabriell. comnun. concluſ. tit. de ſolut. concluſ.* 9. *Tuſch. litt. D concluſ.* 408.

---

## *De ſignificationibus appellativis.*

Filius definitur, qui ex viro, & ex eius legitima uxore naſcitur (1) filii tamen dicuntur etiam illi, qui ex iniuſtis nuptiis procreantur, puta ex contubernio, vel alia minus legitima coniunctione, ut in ſua ſede explicabimus; cæterum in Iure, latino idiomate retento, filiorum anguſtior, quam liberorum eſt ſignificatio: proprie enim filiorum nomine aliter atque liberorum nepotes non continentur (2) niſi cum aliud voluntatis coniectura ſuadeat. At dubium non eſt filiorum nomine filias quoque contineri. (3)

In praxi tamen nepotes tam ex filio, quam ex filia in vocatione activa, filiorum appellatione continentur ſi agatur de ultima voluntate (4). Secus ſi agatur de contractibus ſtricti iuris, (5) & quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel non (6) numquam tamen veniunt tranſverſales nepotes, ſcilicet ex fratribus (7) liberorum tamen appellatione veniunt tam maſculi, quam fœminæ, quia nomen liberorum æque congruit maſculo quam fœminæ (8)

Appellatione filiorum, vel filiarum in fideicommiſſis non veniunt nepotes ex illis, (9) & in materia alimentorum filiis relictorum an veniant nepotes. (10)

 Ve-

Verum in contractibus appellatione filiorum in quibus ſtricte verba ſunt intelligenda, veniunt tantum maſculi. (11) At in ultimis voluntatibus veniunt regulariter etiam fœminæ, ut *Maſſen. Fideicom 9. Auguſti* 1727. *cor. Piccinini*. Appellatione filiorum non veniunt nepotes nati, vel concepti poſt obitum Teſtatoris, quamvis diſpoſitio reſpiceret futurum eventum (12) appellatione vero nepotum vere, & proprie veniunt etiam pronepotes. (13)

Appellatione poſterorum, & deſcendentium licet veniant fœminæ, tamen ſecus eſt, ubi extat Statutum excluſivum fœminarum. (14)

Appellatione filiorum naturales non veniunt, ſive agatur de ultima voluntate, ſive de actibus inter vivos, ſentiunt tamen aliqui, quod veniant, ſed præferantur legitimi, & naturales. (15)

Maſculi deſcendentes ex fœminis non differunt a maſculis deſcendentibus ex aliis maſculis niſi fuerit habita ratio agnationis. (16)

Appellatione fratruum veniunt etiam ſorores, & conſanguinei tantum, ſed plura circa hoc vide. (17) Etenim ſub nomine fratruum veniunt proprie fratres primi gradus, (18) & quod nomine deſcendentium veniant tam deſcendentes ex maſculis, quam ex fœminis (19) Civitatis Caſtri, vel Civium in favorabilibus venit etiam territorium ſecus autem in odioſis. (20) Appellatione caſamenti, veniunt apotecæ exiſtentes ſub eadem continentia caſamenti, atque omnia ſub dicto ædificio exiſtentia, (21) & an ſub hoc nomine veniant viridarium, & ſtabulum. (22)

Appellatione pertinentiarum domus, veniunt omnia ad illius perpetuum uſum deſtinata, licet non adfixa. (23)

Appellatione pertinentiarum, & rerum veniunt etiam boves aratorii, pecudes, ſues, & ſimilia exiſtentia in fundo cauſa culturæ. (24)

Appellatione bonorum nullo etiam addito ſigno univerſali ex propria ſignificatione veniunt ſtabilia, mobilia, pecuniæ, nomina debitorum, iura, & actiones. (25)

Mobilium appellatione attenta proprietate verborum comprehenditur omne id, quod eſt aptum moveri de loco, ad locum, (26) & quod comprehendat etiam pecunias (27) animadvertendo, quod mobilia communi, ac vulgari ſignificatione intelliguntur eſſe utenſilia ſupellectilia, & res huiuſmodi, ut in *Neapolitana Tutelæ* 28. *Iunii* 1691. *cor. Venturini pag.* 19. & quod mobilium appellatione veniant pecuniæ firmat etiam, *Rot. noſtr.*

in

*Theſauro Ombroſiano dec. 23 n. 1. tom. 2. & habetur in Florentina prætenſæ prælationis 1 Iunii 1765. coram Domino Audit. Franciſco Roſſi.*

An appellatione Præsbiteri veniat Clericus in minoribus conſtitutus (28) „ ibi „ quatenus pertinet ad illud Præsbiteri „ magis communiter dicitur id non importare ſacerdotalem quali„ tatem, quoniam Præsbiteri appellatione venit etiam Clericus in „ minoribus. (29)

Quæ huc uſque tradidimus in hac materia ſunt libamina quædam ſeu generales notiones, quarum ope poterunt facile Tyrones cavere in facti contingentia, a quibus abſtinendum ſit, vel ex illis arguere qua diligentia ſit perſcrutanda contrahentium, ſeu diſponentium mens, quæ omni conatu clare, ac diſtincte eſt exprimenda ad vitanda equívoca, ſeu quidquid dubietatem, aut Iurgium parere quoquomodo poſſit.

(1) *L. 6. ff. de his qui ſui, vel alien. iur. ſunt.* (2) *Leg 6. ff. de teſtament. tutel.* (3) *Leg. eadem* (4) *Barboſ. in Leg. liberorum ff. de verb. ſignific. Montan. de tut. cap. 12. Rot. dec. 212 num. 1. par. 2. diverſ.* (5) *Rot. par. 2. diverſ. dec. 125. num. 8.* (6) *Caball. conſ. 181. n. 4. libr. 1. Rot. dec. 345. par. 16. recent,* (7) *Rot. dec. 7. n. 30. par. 10. rec.* (8) *Rot. par. 2. diverſ. deciſ. 125. num. 34.* (9) *Gratian. diſcept. for. cap. 629. per tot. Magon. dec. Flor. 71. num. 10. Pontirol. in reſp. pro Mambellis* (10) *Surd. de aliment. tit. 9. qu. 36. per tot.* (11) *Magon. dec. Lucenſ. 7. n. 32. Rot. par. 2. diverſ. dec. 125. num. 8.* (12) *Pontirol. dict. reſp. Montan. de tutor cap. 12. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320.* (13) *Altograd. conſ. 12. num. 18. libr. 2. & quomodo declarat Rot. dec. 53. num. 2. par. 12. rec.* (14) *Rot par. 11. rec. dec. 283. ad mater. cum ſuis limitat. & par. 12 dec. 244. num. 4.* (15) *Micalor. de fratrib. par. 3. cap. 22. Altogr. conſ. 63. num. 10. lib. 2.* (16) *Rot. par. 2. diverſ. dec. 15. n. 1. & par. 9. rec. dec. 402. n. 26. ad mater. Caball. conſ. 118. libr. 1. Rot. par. 15. recent. dec. 269. & 369.* (17) *Micalor. de fratrib. par. 3 cap. 16. per totum* (18) *Barboſ. loc. cit. Thuſc. litt. F. concl. 451.* (19) *Marzimedic. dec. Sen. 2. per tot.* (20) *Sabell. reſol. cap. 49. per tot.* (21) *Barboſ. appellat. 39.* (22) *Surd. dec. 134. Gratian. diſceptat. for. cap. 896. num. 28.* (23) *Altograd. conſ. 99. num. 24. lib. 2.* (24) *Duran. dec. 345. num. 2. Barboſ. appellat. 203. num. 2.* (25) *L. Bonor. 49. ff. de verb. ſignific Gratian. diſcept. 698. & 732. Piſana Fideicommiſſ. de Campiglia 22. Iunii 1773. cor. D. Quintilio Pellegrini, & quod comprehendantur nomina debitorum Florent. Detraction. 1770. cor. D. Aud. Meoli § e l' Impoſitori.* „ ſecus tamen

E 2

„ quan-

„ quando teſtator locutus fuit de Bonis, & iuribus diſcretive
„ cum diſtincta ſcilicet mentione tunc enim videtur illa habuiſ-
„ ſe pro diverſa, ac noluiſſe una ſub aliorum appellatione veni-
„ re „ *Rot. Rom. rec. deciſ.* 559 *n.* 4. *e* 5. *pag.* 19. *tom.* 1. *&* *Rot. Florent. coram Magon. dec.* 146. *n* 61. (26) *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 1. *Merlin. de pignor. lib* 2. *qu.* 49. *Sabell. reſol cap.* 10. *num.* 29. (27) *Leg. ſi chorus* 77. §. 1. *ff. de legat.* 3. *Rot. par.* 3. *d verſ dec.* 1169. *n.* 4. *Gratian diſcept. for. cap* 811. *per. tot. Altogr. conſ.* 70. *per tot. lib.* 1. *ubi an veniant venalia ad rem Rot. par.* 13. *rec. dec.* 281. *la ſeconda per tot.* (28) *De Luc. de beneſic. diſc.* 96. *n.* 12. (29) *Mantic. dec.* 129. *num.* 2. *Rot. dec.* 14. *par.* 7. *rec.*

---

*De dictionibus.*

Dictio *in circa* ſolet augere quantitatem uſque ad quartam partem (1) generice tamen certum, ac determinatum numerum excludit adeout nonnulli uſque ad quartam partem alii ad ſextam, & alii verius, ac frequentius ad decimam partem extendunt. Hæc tamen dictio tam minorum, quam maiorem quantitatem inducit *Liburnen. Mandati* 17. *Iulii* 1764. *cor. Montordi*; adeout ex. gr. ſi referatur ad tempus includere valet, vel maius, vel minus ad arbitrium Iudicis *Florent. ſeu Savonen. Falſitatis* 15. *Aprilis* 1652. *cor. Maſſin. pag.* 12. alia ad hanc dictionem videnda ſunt in *Florentin. ſeu Bibianen. Redhibitoria* 16. *Augusti* 1759. *cor. Mari.*

Dictio *niſi* importat conditionem in ultimis voluntatibus ab ipſo principio, (2) & reſtringit atque modificat diſpoſitionem antecedentem (3) atque ubi præcedit negativa includit, & adfirmat in exceptis. (4)

Dictio *ut ſupra* omnes qualitates prius expreſſas repetit, ita ut diſpoſitio ſequens reguletur in omnibus ab antecedente, (5) & eſt relativa *Galeaten. Legati* 2. *Decembr.* 1633. *cor. Merlin. pag.* 3. & repetit in ſubſequentibus qualitates in antecedentibus expreſſas *Florentin. Maioratus* 7. *Aprilis* 1690. *cor. De Marin. p.* 4. *& Florentin. Legati de Bondelmontis* 15. *Aprilis* 1707. *coram Bellutio*, ac totum id quod ſupra diſpoſitum fuit *Biturgien. Fideicomm.* 27. *Septembris* 1774. *cor. D. Petro Brogiani*, & repetit ordinem, modum, ſubſtantiam &c. *dict. dec. pag.* 10.

Dictio *ſemper* ſignificat diverſitatem temporum, & caſuum atque continuam, & æqualem diſpoſitionem in omni caſu, & tempore. (6)

Dictio

Dictio *omnino*, accipitur *pro*, in totum, & ipſo iure denotat præciſam neceſſitatem (7) cui æquivalet verbum *affatto* (8).

Dictio *iuxta*, ſtat demonſtrative, & ſimilitudinarie, quando de relato conſtat, verum ubi de illo conſtat relative ad illud (9): & efficit ut expreſſa intelligatur tota diſpoſitio ad quam ſic relatio *Florentina Electionis ad Maioratum 1705. coram Bellutio pag. 6.*

Dictio *videlicet*, de ſui natura ſtat reſtrictive, & modificative ſicut dictio *ſic*, (10) & derogat generalitati.

Dictio *eo quia*, importat cauſam diſpoſitionis pro certo, & conſtanti (11) & cauſam finalem deſignat *Florent. Fideicomm. de Franciſcis 27. Auguſti 1688. cor. Farſetto, & Florent. Donat. & Succeſſion 10. Septemb. 1697. cor. Bellutio pag. 3.*

Dictio *ita quod*, declarat mentem diſponentis, & regulat præcedentem diſpoſitionem, (12) & eſt idem, ac ita ut præcedentia reſtringit, & determinat *Alberic. de diction. iur. verb. „ ita ut „ Rot. Roman. cor. Dunozzett. iun. dec. 715. num. 9.* quod illa dictio *ita quod* ſtet illative, ac veniat ad interpretationem præcedentium, & ſecundum illa intelligenda ſit abſque ulla extentione, vel variatione firmat *Rot. Noſtr. in Florentina Primogenituræ ſuper identitate Bonorum 13. Auguſti 1728. cor. Venturini pag. 5.*

Dictio *alias*, inducit diſpoſitionem contrariam præcedenti, ſicut dictio alioquin (3).

Dictio *in*, denotat intrinſecitatem, & ſolemnitatem in ipſo actu, & non poſtea adhibendam (14) inſuper coarctat amplitudinem nominis, cui apponitur, illudque ad ſpeciem expreſſam reſtringit, ut importet intrinſecitatem in ipſa re cum omnimoda extrinſecorum eliminatione *Rot. cor. Falconer. tit. de iur. patronat. dec. 56. n. 13. & Florent. Fideicomm. de Martellinis 17. Septemb. 1645. cor. Uguccioni in Praten. Canonicatus 19. Octobris 1745. coram Meucci num. 27.*

Et hæc innuiſſe ſufficiat in hac materia, quam late, fuſeque tradunt *Barboſ. de diction. Torr. in tractat. de ſucceſſion. in maioratu, & primogenit. in repertor. verb.* dictiones; varie, & ſparſim ſupra relati, etenim mens noſtra fuit Tyronibus tantummodo ea prelibanda tradere, ut ſciant unde ulteriora poſſint haurire; ſupervacaneum quoque viſum fuit prolixius de his agere eo potiſſimum, quia multæ dictiones potius clauſulæ ſunt, & pro clauſulis vere, & realiter accipiuntur, qua de re incidenter explicabuntur cum de clauſulis in ſpecie agemus (15): notando tamen differentia, quæ intercedit inter dictiones, & clauſulas hanc eſſe, quod dictiones nimirum vocentur omnes fere orationis partes actibus inſertæ, quæ neque inflecti, neque coniugari poſſunt,

clau-

clauſulæ autem conceptiones verborum ad augendam actibus vim, cavendumque a dolo, aut errore adhibitæ.

(1) *Rot. dec.* 1. *n* 9. *&c. part.* 17. *dec.* 126. *num.* 26. *part.* 16. *recent. & de dicta dictione Gratian. diſceptat. for. cap.* 512. *n.* 9. (2) *Altograd. conſil.* 87. *num.* 32. *Gratian. diſcept. forenſ. capit.* 540. *num.* 26. (3) *Rot. deciſ.* 261. *n.* 9. (4) *Cavaler. deciſ.* 77. *n.* 1. *Buratt. deciſ.* 84. *num.* 3. *Urceol. conſult.* 86. *num.* 28. *vol.* 2. (5) *Magon. dec. Florent.* 37. *n.* 37. *Rot. deciſ.* 309. *n* 12. *&* 13. *part.* 13. *recent.* (6) *Magon d. dec.* 37. *n.* 35. & indicat progreſſum in perpetuum *Piſana Fideicomm. de Titiis* 31. *Auguſti* 1773. *cor. D. Cancellario Ioſepho Vinci*, & includit omne tempus, omnem modum, & omnem caſum, *Florentina Fideicomm. de Gondis* 11. *Septembris* 1693. *cor. de Marin. pag.* 7. adeoque ex. gr. poſſeſſionem temporalem excludit *Florent. Fideicomm. de Martellinis* 17. *Septembris* 1745. *coram Uguccioni n.* 125. (7) *Barboſ. diction.* 239. *&* 240. *per tot. Gratian. diſcept.* 16. *num.* 22. *Franch. deciſ.* 219. *num.* 12. *dec.* 169. *n.* 1. *dec.* 315. *num.* 14. *part.* 7. *recent.* (9) *Rot. penes Zacch. Medico-Legal. tom.* 2. *dec.* 67. (10) *Magon. dec. Florent. num.* 19. *&* 39. *Rot. deciſ.* 118. *num.* 15. *part.* 11. *recent. Leg. demonſtratio falſa* 17. §. *quod autem*. (11) *Rot. part.* 13. *recent. deciſ.* 126. *num.* 3. (12) *Altograd. conſil.* 90. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. (13) *Rot. part.* 10. *recent. deciſ.* 43. *num.* 34. (14) *Altograd. conſil.* 44. *n.* 2. *lib.* 2. (15) *Gratus de dictionibus &c.*

---

*Compendioſa expoſitio in quatuor libros inſtitutionum.*

IN Proemio incipit Imperator ab invocatione Divini Nominis, quia omnis ſapientia a Dèo eſt; ſubſequuntur inde varia, quæ ex dicto Proemio percipi poſſunt; nos enim ea tantummodo obſervabimus, quæ inſtitutiones prædictas reſpiciunt, cæteraſque iuris partes, ſeu volumina, & quo ordine congeſta, ſeu collecta fuerint.

Oportet igitur inſpicere temporum ſeriem, quibus volumina Iuris Civilis compoſita, edita, & confirmata fuere, ut dignoſci poſſit, quæ poſteriora ſint, quæve priora, nam ſi quando Leges una alteri oppoſita, ſeu contraria offendatur, poſteriorum ratio habenda eſt, & non priorum, etenim poſteriora prioribus derogant (1).

Ius igitur Civile ex quatuor voluminibus conſtat, ſcilicet ex Pandectis, ſive ex Digeſtis, ex inſtitutionibus, ex Codice, & ex no-

novellis conſtitutionibus, quæ vulgo nuncupantur authenticæ, & omnia Iuſtiniano accepta referenda ſunt, utpote qui aut componendo, id eſt in unum colligendo alienas Leges, aut promulgando ſuas, ius Civile, ſicuti in præſens digeſtum eſt propoſuerit: itaque Indictione ſeptima anno Imperii ſui ſecundo innumeras Imperatorum conſtitutiones per tres Codices Hermogenianum, ſcilicet, Gregorianum, & Theodoſianum diſſitas, in unum corpus collegit, quem anno ſequenti edidit, & a ſuo nomine Iuſtinianeum appellavit, qui tamen hodie non extat. Deinde anno Imperii ſui quarto componi iuſſit digeſta, in quibus recollecta, ac ad trutinam revocata fuerunt innumera veteris iuriſprudentiæ ſcripta, quæ in bis mille libros, & in tricies centena millia verſuum excreverat & hæc edidit anno Imperii ſui ſexto, quo etiam inſtitutiones compoſitæ ſunt, & uno anno ante Pandectas promulgatæ, ita ut Pandectæ compoſitione ſint priores, promulgatione vero inſtitutionibus poſteriores; anno proximo ſupradictum Codicem emendavit, & quinquaginta additis conſtitutionibus, quæ cum die, & Conſule ſunt (ad differentiam cæterarum, quæ ſine die, ac ſine Conſule ſunt) eodem anno promulgavit, qui repetitæ prælectionis Codex appellatur, eodemque hodie utimur noviſſime, unde novellæ dicuntur; ſine die, ac anno prodierunt aliæ Iuſtiniani conſtitutiones quæ ut diximus vulgo authenticæ appellantur. Conſtat ex dictis Inſtitutiones congeſtas fuiſſe poſt prioris Codicis compoſitionem, & ante compoſitionem alterius, unde mirum non eſt, quod ſæpe in Codice fiat mentio inſtitutionum, in inſtitutionibus mentio Codicis. Illud tamen obſervandum ad declarationem rerum expoſitarum, quod inſtitutiones obtinuerunt demum plenum conſtitutionis robur cum Pandectis, licet antea fuerint publicatæ, (2) qua de cauſa videtur Inſtitutiones, & Pandectas eiuſdem eſſe auctoritatis nec locum habere poſſe derogationem *Heinecc. ib. §. 15.*

Sed in notis declaratur quod Inſtitutiones cedunt Pandectis tamquam auctoritatibus ſuis quatenus ex his deſcriptæ ſunt. Pandectæ cedunt inſtitutionibus, quoties his novationem ex inſtituto fieri adparet, quod idem (3).

Relatæ ad hanc expoſitionem, ut ſingula preſſius ad definitiones redigantur ſubveniendi cauſa Tyronum memoriæ colligo, quod

Corpus civile eſt collectio ſententiarum, atque opinionum Iuris Conſultorum, ac Legum Imperatorum.

Pandectæ ſunt collectiones ſententiarum, atque opinionum Iuris Conſultorum.

Inſtitutiones ſunt Pandectarum compendium, prima iuris elementa complectens. Co-

Codex eſt collectio Legum Imperatorum Romanorum.

Novellæ ſunt conſtitutiones Iuſtiniani, ac ſucceſſorum poſt eius mortem colectæ.

(1) *Leg. non eſt novum* 26. *& ſeq. ff. de Legib.* (2) *Scambogen. præleſt. publicæ in dictis Iuſtiniani Inſtitutionibus edit. Neo-Pragæ part.* 17. *§. queres &c. Wulteius iuriſprud. Roman. Prolegomen. num.* 37. *Heinecc. elem. iur. civ. ſecundum ordin. inſtitut. ad proem. §.* 9. (3) *Heinecc. repetit. in not. ad Vinnium in Proem. §.* 7. *ubi allegat B. Uber. in prælect. ad Leg.* 2. *de veter. iur. Enucl. §.* 10.

*Sequitur modus, ſeu ordo, quo citantur, & deſcribuntur libri de quibus ſupra ſermo fuit, ad Tyronum intelligentiam.*

TExtus digeſtorum ſic allegabis ex. gr. *Leg. ſed & poſteriores ff. de legib.* Nam nomen digeſtorum exprimitur cum ſupradicto ſigno *ff.* ſeu *D.* Codicis vero ſic *Leg. ſancimus Cod Iudiciis.*

Animadvertendum eſt Codicem recentiorem conſtare duodecim libris, quorum novem in eo libro collecti ſunt, quem Codicem dicimus, tres autem ſubſequentes adſunt poſt librum *Authenticorum* Quare ſi Textum aliquem allegare velis in his poſtremis libris exiſtentem debebis ita ſcribere *Leg. monente Cod. de delationib. lib.* 10. ad differentiam Textuum exiſtentium in ipſo Codicis volumine, quos ſimpliciter allegabis non adiecto numero libri. Inſtitutiones autem ita allegantur ex. gr. *§. fuerat inſtit. tit. de action.*

Authenticæ ſeu Novellæ ſic allegantur *Authentic. de Monachis §. ſi quis autem collat. prima*, libri *uſum Feudorum* ſic *capit. unic. de alienatione feudi in uſibus feudor.*

Cur Pandectæ deſignentur duplici littera F non ſatis ſcire fatetur *Scambogen. ubi ſupra pag.* 18. *§. Digeſta;* ac Struvius in Hiſtoria Iuris Civilis, quamvis plures rationes commenti ſint, ac tamquam magis veriſimilem putent, quod cum inſcriberentur Pandectæ Græca litera initiali π per errorem Amanuenſes ſcripſerunt *ff.*

Similiter nemini innotuit cur opus iſtud in tria volumina a Bulgaro, ut nonnulli cenſent, vel ab aliis Iuris Conſultis poſt Iuſtinianum ſectum fuerit ut notat idem Struvius, ac Ioannes Auguſtinus Bachius in ſua hiſtoria Iuriſprudentiæ Romanæ *lib.* 4. *cap.* 1. *ſect.* 2.

Notandum puto, quod ſi titulus quiſpiam citatus reperiatur non

non addito, an in Digeſtis, vel in Codice, vel inſtitutionibus contineatur ex. gr. *Leg.* 1. *de iudic.* tunc intelligendum in Digeſtis contineri.

Tamen in alleganda aliqua, vel Digeſtorum, vel Codicis Lege accuratius ſe geret, qui & hoc ſignum, & Legis numerum, & integrum initiale verbum ſcripſerit, addendo etiam interdum ſi de rebus agatur ad cultiorem iuriſprudentiam pertinentibus reſponſum v. gr. Papiniani, Vulpiani, vel Reſcriptum Imperatoris Theodoſii ſcilicet, Iuſtiniani reſpective &c.

---

# INSTITUTIONUM IMPERIALIUM

## LIBER PRIMUS.

## DE IUSTITIA, ET IURE

### *TIT. I.*

IUriſprudentia eſt Ars, ſeu Scientia ius ſuum cuique tribuendi, Iuſtitia enim ad quam exercendam ſpectat Iuriſprudentia, definitur: „ conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cui„ que tribuendi „: Iuſtitia de qua agimus, non eſt univerſalis, ſed particularis; de univerſali enim Philoſophis diſceptandum relinquimus, quæ eſt concurſus, ſeu complexus virtutum omnium. Iuſtitia particularis duplex eſt, alia commutativa, diſtributiva alia. Commutativa ſervatur in contractibus, & unicuique tribuitur quidquid ad ipſum pertinet ex cauſa contractus, nulla habita ratione perſonarum, & cæca ut ita dicam æqualitate ratione aritmetica: Diſtributiva, in diſtributione pœnarum ſervatur, quæ diſtributio fit, tum pro delicti magnitudine, tum pro qualitate perſonarum proportione videlicet geometrica, quod obtinet etiam in diſtributione præmiorum, ut iuſtitiam particularem conſequamur Ius omne eſt comparatum. Ius autem Commune eſt præceptum iubens nos ea facere, quæ recta ſunt, & vitare contraria: verum duplex illud eſt, publicum ſcilicet, & privatum; publicum eſt, quod ad Reipublicæ auctoritatem directe ſpectat, veluti ad Magiſtratus, ad bella ineunda, vel dirimenda, ad ſacra &c.

Privatum ius directe utilitatem privatorum reſpicit; verſatur autem in contractibus, aliiſque huiuſmodi: de publico pauca dicemus, in privato enim opera noſtra verſabitur, cuius hæc ma-

 xima

xima præcepta ſunt: *honeſte vivere*, *alterum non lædere*, *ſuum cuique ius tribuere*, hoc duplex eſt, aliud commune omnium hominum, aliud proprium cuiuſque Civitatis.

N O T Æ.

Noto primo, quod quamvis ſoleat iuſtitia dividi in univerſalem, & particularem id minus recte fit: particularis enim eſt ſpecies univerſalis: non ſunt autem membra inter ſe prorſus diſtincta genus, & ſpecies: in prima enim parte diviſa altera continetur.

Noto ulterius, quod in iuſtitia commutativa, proportio aritmetica ſervanda animadvertit *Rot. Noſtr. in Liburnen Aſſecurationis 2. Aprilis 1675 cor. Guglielmi lib. motiv.* 122. *fol.* 578. *num.* 106. *verſ.* „ E qu. ſoltanto ſi tratta di denaro, e coſe che ſpet-
„ tano non alla giuſtizia diſtributiva, ma alla commutativa, in
„ cui ſi attende la proporzione aritmetica, e perciò ſi ha riguar-
„ do non alle perſone, ma alle coſe, e così nei contratti ſi man-
„ tiene la richieſta uguaglianza „.

In diſtributiva autem attenditur geometrica ratio, quare differentia v. gr. inter pœnam, & pœnam eſſe debet differentia inter crimen, & crimen in ratione compoſita criminis ad crimen, & circumſtantiarum ad circumſtantiam *vidend. tamen. Averan. interpret. iur. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. *& ſeq. & Heinecc. ad Pandect. tit de iuſt. & iur.* §. 7. ex quibus patet potius amplectendam eſſe diviſionem iuſtitiæ, quam tradidit Grotius, ſcilicet [illegible] *Expletricem*, *& Attributricem*, ut ex *Heinecc. loc. cit.* §. [illegible] [illegible]ſtitia expletrix cuique tribuit, quod debetur iure perfecto aut præciſa obligatione ad quam exequendam renuentes vi co[illegible] poſſunt..

Attributrix concedit, quod competit iure imperfecto ex urbanitate ſcilicet, aut grati animi teſtimonio *Heinecc. inſt.* [illegible] *tit. de iuſt. & iur.* §. 20. 21. *e* 22.

Animadvertendum ulterius eſt, quod ars continens Ius, dicitur ars æqui, & boni *Oinot. de iuſtit. & iur. num.* 8. *Perez. dict. tit.*

Iuriſprudentiam veteres dixerunt *Divinarum*, *& humanarum rerum notitiam*, *iuſti*, *ac iniuſti ſcientiam*. Concinnius tamen definiri poteſt, quod ſit *habitus Practicus Leges recte interpretandi*, *adplicandique rite quibuſcis ſpeciebus obvenientibus*, *ut ex Heinecc.* Iuriſprudentia inſuper dividitur in antiquam a Romulo ad XII. Tabulas, Mediam ab illis ad Cæſarem Auguſtum, Novam ab Auguſto ad Iuſtinianum, & noviſſimam ab ipſo ad excidium Conſtantinopolitanum, quæ ſubſequitur ante Cuiacium, naſcens poſt

illum

illum cultior dici ſolet, ita hanc dividit Ioannes Auguſtinus Bachius in *hiſtor. iuriſprud. Romanæ*.

Ius multifariam quandoque ſumitur improprie, ac præſertim pro facultate quam tribuit *Vin. inſtit. tit. de iuſt. & iur. in princ. num.* 5 quæ definiri ſolet „ qualitas moralis perſonæ competens „ ad aliquid iuſte habendum, vel agendum „ vel ut quidam volunt eſt univerſum id quod legibus conſtitutum eſt, ſive naturalibus, ſive Divinis, vel Gentium, vel Civilibus: alio nomine vocatur equitas communis, æquum univerſale legitimum, id eſt adæquatum Legi tamquam norma, ac regula actionum *Cic. lib.* 1. *Thuſculanar.* „ ius Hominum ſitum eſt in generis humani ſocie- „ tate „ ſumitur etiam, & quidem ſæpius pro auctoritate, & facultate ſeu poteſtate a Legibus, ſeu iure conceſſa agendi *Terent. Adelph. Act.* 1. *ſcen* 3. *verſ.* 27. Non neceſſe habeo pro meo iure agere, ut ſupra viſum fuit. Item pro eo quod vim habet Legis *Cic.* 3. *de legib. ex Lege XII. Tabular.* quod his qui bellum geret imperaſſit, ius, ratumque eſto *Vulpian. in Leg.* 3. *de Legib.* ſic dicitur ius ſanguinis, ius amicitiæ, &c.

---

## DE IURE NATURALI, GENTIUM, ET CIVILI.

### *TIT. II.*

IUs quod eſt commune omnium hominum, aut naturale eſt, aut gentium; naturale dicitur eſſe, quod omnia animalia natura docuit: & non tam hominum proprium eſt, ſed omnium animantium, quæ in Cœlo, in Terra, & in Mari vagantur. Certum enim eſt bruta animantia cæco quodam impetu ducta facere, quæ homines faciunt hæque ſunt maris, & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio, & vis illatæ repulſio.

Ius Gentium eſt, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit. Eſt autem primævum, ſeu ingenitum, ſecundarium, ſeu excogitatum. Primævum eſt illud, quod ratio ſponte mentibus hominum indidit, quod in illis, quæ a Philoſophis notiones vocantur continetur, huiuſmodi ſunt Deum colere, neminem lædere; ſecundarium eſt, quod a naturali ratione neceſſitas expreſſit, & hinc proveniunt dominia, obligationes, bella, captivitates, quæ neceſſaria hominibus viſa ſunt, ut ſocietas ſervaretur.

Ius proprium uniuſcuiuſque Civitatis eſt quod quælibet Civitas ſibi conſtituit, nomenque ab ea Civitate accepit, in quo fuit conſti-

ſtitutum. Civitas non mœnibus conſtat, ſed conventu hominum iiſdem moribus, ac Legibus viventium. Nobis ius Romanæ Civitatis eſt explicandum, illudque ſemper intelligimus nomine Iuris Civilis.

Ius ergo Romanorum duplex eſt, aliud ſcriptum, non ſcriptum aliud, quod expreſſo conſenſu conſtituentis conditum eſt, ſcriptum appellatur, quamvis ſcriptura neceſſaria non ſit: Iuris ſcripti ſex partes ſunt, ſcilicet Lex, Plebiſcitum, Senatus Conſultum, Magiſtratuum edicta, Principum placita, reſponſa Prudentum Lex ea eſt, quæ a Populo Romano Senatorio Magiſtratu interrogante, veluti Conſule, Dictatore, Prætore conſtituebatur. Plebiſcitum, quod Plebeio Magiſtratu interrogante, id eſt Tribuno Plebis ab eadem Plebe conſtituebatur, nam Plebs a Populo differt; Senatus Conſultum erat, quod iubebat Senatus, atque conſtituebat; Principum placita ſunt: eorum conſtitutiones variis modis editæ, quod enim ſibi placuit Princeps declarat, aut per Reſcriptum, aut per Decretum, aut per Edictum. Per Reſcriptum, cum alicui interroganti de iure reſcribit. Per Decretum, cum cauſa cognita ſententiam pronuntiat. Per Edictum cum proclamate publice propoſito, aut per Præconem ſtatuit.

Hæc omnia principalium conſtitutionum genera vim Legis habent, niſi privatæ alicuius perſonæ cauſa prodierint; tunc enim privilegia appellantur, vel perſonalia, vel realia, quæ ad communem obſervantiam trahenda non ſunt.

Prætorium, ac etiam honorarium appellatur eo quia a Magiſtratibus conderetur, qui honores gerebant.

Reſponſa prudentum erant opiniones eorum, quibus permiſſum erat de iure reſpondere.

Ius non ſcriptum eſt conſuetudo, nimirum: quod diuturni mores, conſenſu utentium probati conſtituunt.

Ut autem conſuetudo obliget quatuor copulative requiruntur. Primo quod ſit rationabilis; ſecundo quod diuturno tempore ſit præſcripta; tertio quod habeat frequentiam actuum; quarto Legislatoris conſenſus, ſi hæc concurrant, conſiſtit conſuetudo quæ eamdem vim habet, quam ius ſcriptum; iuris civilis conditio eſt, ut poſſit mutari, contra vero naturale ius quod nomine iuris gentium venit immutabile eſt.

NOTÆ.

Ex Connano in *commentar. iur. civil lib.* 1. conſtat falſam eſſe iuris naturalis definitionem traditam ab *Ulpiano in Leg* 1. *§* 3. *ff. de iuſt. & iur.* cui adſtipulatur *Heinecc. de nat & conſtitut. iur. nat. lib.* 1. §. 20. ibi „ porro ex eo cognoſcendi prin-
„ cipium

„ cipium manifeſtum eſt hoc iure non alias res creatas regi „ quam homines, quos ſolos rectæ rationis prærogativa donavit, „ ideo ius gentium primævum, quod & antiquum ius gentium „ appellatur „ *Leg.* 1. *ff. de acquir. rer. domin.* idem omnino eſt ac ius naturale, ſeu formale, quod ab eodem *Heinecc. de iur. nat. gent. &c.* §. 40 definitur „ ius a Deo generi humano per re- „ ctam rationem promulgatum „.

Lex in ſpecie ex *Puffendorf. de offic. homin. & Civis cap. 6.* §. 4. eſt „ decretum quo ſuperior ſibi ſubiectum obligat, ut ad „ iſtius præſcriptum actiones ſuas componat „.

Principum conſtitutiones ſunt placita, quæ Legis habent vigorem ſi ex mente eiuſdem Principis omnes obſtringat *Leg.* 1. *ff. de conſtitutione Principum*. Reſcriptis Princeps, vel ad ſupplices libellos privatorum, vel ad conſultationes Magiſtratuum, vel ad univerſitatis vota reſpondet, quarum iſta adnotationes, ſeu ſubnotationes *Leg. 9. ff. ad Leg. Rod.* de iactu. Illæ epiſtolæ *Leg. 9.* §. 5. *ff. de iur. & fact. ignorantia*, hæc ſanctiones pragmaticæ vocantur *Leg* 4. §. 5. *ff. de offic. Proconſulis*: Decreta faciunt tantummodo ius inter Partes, niſi ius ambiguum, vel obſcurum interpretetur, & conſequenter ſola edicta ius faciunt, & pro Lege habentur, quæ edicta ſi ſolemniter, & pro Tribunali prolata ſint proprie decreta vocantur, ſi autem de plano interlocutiones. *Vicat. Vocab. iur. verb. interloqui*, edictis denique Princeps Motuproprio ius ſuum conſtituit; dicuntur enim Motuproprii, quia proprio motu, ſcilicet ex mero Principis Beneplacito promulgantur, unde ab edictis diſtinguas mandata, quæ & ipſa motuproprio Principis ſed ad certas perſonas tantummodo diriguntur, *Heinecc. inſtit. tit. de iur. natur. gent. & civ* puta ad Magiſtratus, ut accidit Florentiæ ubi plerumque Magiſtratui Supremo mittuntur, aliquando tamen, & aliis Magiſtratibus ſubditis denunciandi: circa reſcripta in Etruria obſervandum eſt *Mot. prop. diei 2. Aprilis* 1771. *Magiſtratui CC. LL. directum*, ubi diſponitur ſcilicet „ che le parole dei Reſcritti nei quali ſi dice: *ſentite le* „ *Parti faccia ſommariamente ſenza ſtrepito, e formalità di Giudi-* „ *zio quelle dichiarazioni, che crederà convenire per buona Giuſti-* „ *zia* (1) ſiccome le altre· *Amminiſtri pronta, e ſommaria Giuſtizia*, „ non portano delegazione di cauſa, ma eccitazione della Giu- „ riſdizione ordinaria, qualora il Reſcritto ſia diretto ad un „ Tribunale, o Giudice, che nella Cauſa ſarebbe competente „ *d. Mot. prop. prolat. in Typographia Suæ Reg. Celſ.* & quod quando Princeps reſcribit, quod Iudex Ordinarius adminiſtret iuſtitiam in aliqua cauſa cenſeatur, aut illi cauſam delegare, aut ex-

citare

citare ordinariam eius iuriſdictionem; (2) & quod verba illa iuſtitiam faciat intelligenda ſint, ut Iudex ſervato iuris ordine, & veritate comperta faciat id, quod iuris eſt (3).

Verum ſi quibuſdam extra ordinem, aut aliquid indulgere, aut imponere velit privilegia dicuntur, vel favorabilia, vel odioſa ſint; quæ tamen ad exemplum non trahuntur ſi fuerint perſonalia, nam & cum perſona extinguuntur, realia vero, quæ rei ſunt annexa; & cum illa tranſeunt in ſucceſſores (4), odioſa tamen dicuntur illa, quibus pœna maior ſolito irrogatur, favorabilia illa, quibus aliquod ius præter ſolitum conceditur *Heinec. loc. cit.*

Privilegia tamen ſi prodeant ad alicuius perſonæ petitionem locum habent ſi vera ſint expoſita, & niſi gratia obtenta ſit per obreptionem aut ſubreptionem. Subreptio autem confirmationis, vel gratiæ dicitur, cum non narratur narrandum, aut reticitur non reticendum; obreptio vero cum falſo exprimitur plena veritate exprimendum, dummodo tamen alterutrum a conceſſione Principem retraxiſſet, & noto ſic firmatum fuiſſe, quod non iuvat reſcriptum quando in libello expreſſum non fuit id; quo narrato Princeps vel nullatenus, vel difficilius ita reſcripſiſſet (5).

Privilegiis ſimilia ſunt beneficia Legum, vel generalia ex. gr. *Reſtitutionis in integrum*, *Inventarii*, *Ordinis*, *Diviſionis*, *&c.* vel ſpecialia, ut quæ conceduntur Fiſco, Mulieribus, Collegiis &c. differunt tamen, potiſſimum quia non qualibet vice immediate a Principe proficiſcuntur, verum a Legibus antea conſtitutis (6).

Edicta Magiſtratuum conſiſtebant in iure propoſito a Magiſtratibus, qui de civilibus rebus iudicandi facultate pollebant ad illuſtrandam, augendam, vel corrigendam Romanarum Legum diſpoſitionem comparato *Heinecc. ibid.* §. 64. *& ſeq.*

Ad reſponſa prudentum noto, quod penes Romanos interdum vim Legis habuerunt *Heinecc. ib.* §. 67. nunc autem Doctorum opiniones ad Leges dumtaxat interpretandas adducere fas eſt; tamen in dubiis Iuris articulis, quod bis deciſum eſt poſt legitimum temporis curſum attenditur, tamquam præſcriptiva iudicandi conſuetudo (7).

Quod Ius gentium, ſeu naturale immutabile ſit certum eſt, ſi agatur de iure præceptivo, ſecus de iure permiſſivo, ut infra.

Ex iure gentium ſecundario omnes pene contractus orti ſunt, ut permutatio, emptio, & venditio, locatio, ſocietas, &c. *Bartol. in Leg.* 63. *de condit. indeb.*

Quid Lex, aut Statutum exigat ad eius probationem *Manſio conſult.* 6. *num:* 2. *Conſtant. deciſ.* 345. *num.* 19. quod Lex declarato-

ratoria non indigent publicatione, & habeat oculos retro, *Urceol. deciſ.* 30. *n.* 13. *Rot. part.* 8. *recent. deciſ.* 216. *n.* 4. *e* 5 confirmatio Legis in forma communi quæ ſit, & eius effectus in forma ſpecifica *De Luc. de iudic. diſcurſ.* 35. *n.* 61. 62. *e* 63. *& de regalib. diſcurſ.* 2. *n.* 9. *e* 11. gratiæ ſubreptio, & obreptio quæ *Rot. part.* 10. *recent. dec.* 352. *n.* 7. *ad Mater reſcriptorum privilegiorum &c. Rot. part.* 18. *tom.* 2. *rec. dec.* 707. *n.* 14. *annot. ad dec.* 207. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.*

(1) *Piſana, ſeu Liburnen. Nullitat. Capturæ 26 Septembris* 1766. *cor. D. Audit. Alexandr. Luci.* (2) *Mathcſilan. ſingular.* 85. *n.* 2. *Gaill. practicar. obſervat.* 41. *lib.* 1. *n.* 6. *Rot. cor. Molines dec.* 676. *num* 40. *tom.* 3. *part.* 1. (3) *Maranta in praxi part.* 6. *diſtinct.* 9. *num.* 5. (4) *Giballin. de ſcientia canonic. tom.* 3. *lib.* 8. *regal.* 7. *Barboſ. axiomat.* 190. *num.* 5. (5) *Rot. part.* 9. *recent. dec.* 400. *Boer. dec.* 227. *n.* 18. (6) *Heinecc. ibid.* §. 62. (7) *Vinn. d. tit. de iur natur.* §. 6. *num.* 5. *Heinecc ibid in not. ad* §. 60. (8) *Florent. Fideicommiſſi* 29. *Aprilis* 1718. *n.* 17. *cor. Calderoni*,

NOTÆ

*Ad verbum conſuetudo.*

§ I.

Conſuetudo tantæ eſt efficaciæ, ut aliquid inducere poſſit contra formam Iuris communis, & corrigere ipſummet Ius univerſale, (1) ut optime obſervat *De Luc.* (2) ubi ait, quod quando in conſuetudine concurrunt neceſſaria requiſita, nempe actuum frequentia, populi conſenſus, pacifica, & non interrupta obſervantia, etiam ſi agatur de Civitatibus, & locis ſubditis, quin immo inferioribus, & diſtrictualibus illa attenditur, & prævalet Iuri communi eſto agatur de conſuetudine contra Ius, quoties tamen ea non eſt ſuper iis in quibus reprobata ſit, adeo ut corruptelæ nomen mereatur, ut docet. (3)

(1) *L.* 35. *ff. de Legib.* (2) *de iudic. diſc.* 35. *num.* 54. (3) *Vinn. in* §. *Sine ſcripto num.* 5. *inſtit. hoc tit. & in notis ad* §. *penult. eod. tit. verb. tacitus conſenſus.*

*Quæ, & quotuplex ſit conſuetudo.*

§. I I.

Multipliciter Doctores dividunt conſuetudinem, & primo in præſcriptivam, & interpretativam, ſecundo in iudicialem, & extraiudicialem, nos vero amplectendo primam diviſionem

ne

ne rerum confuſione urgeamur, clariori, qua datum erit metodo naturam, proprietateſque earumdem breviter explanandam aggredimur.

Præſcriptiva conſuetudo ea eſſe videtur, quæ actus, ſeu hominum geſta reſpicit, & a populo, vel eius maiori parte per virorum uſum ex actuum frequentia conſtituitur, & hæc aliquando eſt contra Ius, id eſt contra ea, quæ a Lege expreſſe diſponuntur, vel præter Ius, ſcilicet ubi Ius nil diſponit, vel eſt contra Eccleſiam, Civitatem eiuſque patrimonium, iuraque regalia.

Interpetrativa conſuetudo illa dicitur, cuius vi anceps aliquid, vel ambiguum interpretatum fuit, indeque iuxta interpretationem obſervatum, quapropter proximior interpres, imo interpretationis regina obſervantia dicitur.

Accedendo nunc ad alias diviſiones, ut materia hæc omni ex parte clare pateat, dicimus, quod conſuetudo alia ſit extraiudicialis, alia iudicialis. Extraiudicialis eſt, de qua hic in primo, & ſecundo §. egimus; iudicialis illa eſt, quæ reſpicit ordinatoria Iudicii id eſt Actuum Iudicialium telam, ſeu ordinem, & ſimilia: Deciſoria reſpicit alia, ut Leges, Cauſæ Deciſionem, eiuſque iuſtitiam: primo caſu iudicialis ſtilus, magis proprie dicitur extraiudiciali Curialium atteſtatione tantum probandus; ſecundo vero caſu iudicandi conſuetudo duplici Sententiarum exemplo forſan conſtituenda; alia univerſalis eſt, particularis alia: univerſalis eadem eſt, quæ præſcriptiva, & interpretativa reſpective: Particularis, quæ ab aliquo Collegio approbato, & iure conſtituto, ſeu quacumque hominum particulari univerſitate introducta, hæc tamen vim Legis univerſalis non habet, cum in his eam conſtituentibus, non adſit Poteſtas, unde impropria dicitur conſuetudo, & aptiori vocabulo præſcriptio potius dicenda eſt.

Sciendum poſtremo remanet ſolitum in iure dari, ut ex *Bart. in Leg. Mela §. Sed ſi alimenta ff. de aliment. & cibar. legat.* Sed a conſueto duplici actu inducendo diſtinctum, & a conſuetudine diſtans. Illud enim unico actu abſque temporis lapſu conſtituitur, ſolamque facti effectuationem, ut conſuetum pariter inducit, non etenim Ius conſtituit, quare iuxta illud in ſummariſſimo iudicio conceditur manutentio.

Quamvis prima facie verba ſolitum, & conſuetum videantur ſynonima, attamen inter ea datur differentia, quia conſuetum requirit plures actus, ſeu plures vices, ſolitum autem verificatur una vice *Carocc. de locat. qu. 5. num. 20. Bartol. in L. 1. Cod. quomodo, & quando Iudex num. 7. Alexandr. conſ. 5. col. fin. vol. 5.* quidquid igitur eſt conſuetum, ſolitum quoque eſt, ſed

ſed non e contra, ac propterea conſuetum idem fere eſt quam conſuetudo: ſolitum vero non dat Ius perpetuum, ſed præſumptionem quodammodo inducit ad manutentionem obtinendam, ideoque ſolitum per unicum actum inducitur.

*Appendix*

Ad materiam conſuetudinis noto conſuetudinem habere vim Legis *Heinec. dict. tit.* §. 72. *n.* 2. *Monæcen. Commiſſi* 30. *Iulii* 1746. *coram Berti*.

Exigit obſervantiam claram, uniformem, pacificam, & non interruptam. *Florentina Nullit. Obligat. & Execut.* 10. *Aprilis* 1743. *coram Paperini pag.* 29. *art.* 3.

*Ad rem vidend. De Luc. de iudic. diſc.* 35. *num.* 72. *Rota dec.* 427. *n.* 5. *par.* 9. *rec. ſtylus iudicial. De Luc. de iudic. diſc.* 21. *num.* 6. *interpretativa, & præſcriptiva Rota Rom. dec.* 73. *n.* 61. *par.* 4. *rec. conſuetudo iudicialis præſcriptiva Conti dec. Florent.* 99. *num.* 70. *ſoliti, & conſueti diſcrimen Rot. dec.* 8. *num.* 10. *par.* 8. *rec. Molin. dec.* 783. *num.* 7. *tom.* 3. *par.* 1. *ſtylus a conſuet. in quo differat Ridolfin. in praxi par.* 1. *num.* 82. *& ſeqq.*

*Quæ dicatur rationabilis conſuetudo.*

§. III.

Rationabilis conſuetudo dicitur quoties de honeſta re eſt, non enim debet naturali Lege, aut evangelicæ adverſari, nec peccandi licentiam, aut ocaſionem præbere, vel alia ratione communitati nocere, nec aliquam indecentiam continere, ſtatuit ſiquidem hæc ſolum ea, quæ neceſſario ex natura rei agenda, vel omittenda ſunt ad vivendum honeſte (1). Illud tamen animadverti volumus, quando dicimus, quod conſuetudo, ſeu Lex non poſſit Legi naturali adverſari, aut illam corrigere intelligendum eſſe de iure naturali præceptivo, aliud enim eſt de iure naturali permiſſivo, id eſt quod Lex naturalis, nec præcipit, nec vetat, ſed permittit fieri, vel aliter de eo ſtatuit, Ius namque hoc, & variari, & reſtringi permiſſum eſt; illud de Iure naturali præceptivo dicitur, quod præcipitur, vel prohibetur, ac proinde cuius oppoſitum a nemine ſtatui poteſt (2), neque obſtat quod contra Legem irrationabilis conſuetudo videatur, quia conſuetudo contra Legem humanam non eſt rationabilis, quando incipit, donec completa ſit per longum tempus ad præſcriptionem requiſitum, atque non adverſatur Legi Divinæ, nec bono communi, nec debito ordini, & cui per longum tempus Legislator non reſiſtit, cenſetur ſufficienter rationabilis ad abro-

gandam Legem humanam, rem hanc explicant, & obiecta diluunt (3).

Quod irrationabilis conſuetudo non ſit attendenda tradunt (4).

Conſuetudinem Legi contrariam non approbatam, & confirmatam a Principe ſcriptæ Legi derogare non poſſe in Statu Monarchico decernit (5) cum requiratur, vel formalis, vel interpretativa eius confirmatio (6).

Florentiæ Lex diei 20. Auguſti 1562. prohibet conſuetudines invehi Legibus, atque Statutis contrarias (7).

(1) *Gloſſ in cap. fin. de conſuet. ibique Abbas num.* 3. (2) *Antoine Theolog. Moral. tract. de Legib. cap.* 9. (3) *Suarez. de legib. lib* 7. *cap.* 48. *num* 9. *Abbas loc. cit. num.* 6. (4) *Heinec. loc. cit* §. 72. *num* 4. *De Luc. de præeminent. diſc.* 4. *num.* 5. *Sacr. Rot. cor. Sperell dec.* 76. *num.* 12. *& dec.* 179. *num.* 33. *& in addit. ad Pamfil. dec.* 120. *num.* 5. (5) *Florent. validit. Capt.* 29. *Maii* 1771. *cor. D. Aud. Franciſco Roſſi. pag.* 5. *e* 6. (6) *Vot. deciſiv. D Equitis Alexandri Luci in Tredotien. prætenſ. Retract.* 29. *Septembris.* 1772. *pag.* 12. *&* 13. *quod in dicta Cauſa ſequuta eſt Rot. noſtr in dec. diei* 31. *Auguſti* 1773. *cor. D. Aud. Petro Philippo de Morellis* §. 2. *num.* 48. (7) *Florent. Præcept.* 14. *Octobris* 1724 *cor. Marchi num.* 11.

*Quo Temporis lapſu conſuetudo inducatur, ſeu præſcribatur.*

§. IV.

Variis diſceptantium Doctorum ſententiis omiſſis, communior in hac materia ſententia eſt, quam tradit *Bartolus in Leg.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, ſcilicet quamlibet conſuetudinem regulariter decennio præſcribi ( dummodo nunquam interrupta fuerit ), quo caſu neutiquam dicendum eſt duraſſe decennium (1) ad comprobanda ea, quæ dicta ſunt inſpiciendum eſt, quod etiam de Iure Canonico ad abrogandum Legem Eccleſiaſticam tempus longius, quam decem annorum non requiri (2) nec refragantur ea, quæ opponi poſſent, nam reſpondetur, quod hic non agitur de præſcriptione Dominii, vel de tollendo Ius uni, & acquirendo alteri, quo caſu dicitur præſcriptio, de qua inferius agendum erit, ut optime explicant (3) & quamvis, quæ uſque adhuc dicta ſunt pro regula generali, quo ad temporis lapſum certa ſint, attamen non omnibus circumſtantiis aptari poſſunt, ſed materia hæc iuxta caſuum varietatem regulanda videtur, inſpiciendo an conſuetudo ſit contra Ius, vel præter Ius; contra Ius ſcilicet quando eſt contra eiuſdem ex-

preſ-

preſſam conſtitutionem; præter Ius ubi nil aliud diſponat, ut dictum fuit, vel ſi fuerit contra Eccleſiam, Civitatem, eiuſque Patrimonium, in quibus reſpective caſibus poteſt eſſe modo triginta, modo quadraginta, aut centum reſpective annorum (4).

(1) *Abbas in cap. ult. de conſuetud. num.* 59. (2) *Antoin. loc. cit.* (3) *Suarez. de legib. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 6. *De Luc. de iuriſdict. diſc.* 34. *n.* 28. (4) *Sabell. in ſumm.* §. *Conſuetudo*.

*Quæ & quorum frequentia actuum requiratur ad inducendam conſuetudinem*.

§. V.

Ex ipſa conſuetudinis definitione, actuum frequentiam requiri evidens fit (1) atque ex ipſa vocis Ethymologia. Conſuetudo enim dicitur, eo quia in communi ſit uſu (2). Uſus autem non ex uno actu, ſed ex repetitis actibus emergit, ut ſcientia Populi, atque conſenſus innoteſcat, quare inquirendum remanet de qualitate eorumdem requiſitorum. Ad rem clarius explanandam, diſtinguendum eſt, quod aut agitur de conſuetudine interpretativa, & firmant Doctores, quod unicus actus ad illam inducendam ſufficiat etiam ſine temporis decurſu (2), vel agitur de conſuetudine præſcriptiva, & hæc exigit actuum frequentiam, & non interruptam, ut tradit *Abbas in cap. ult. de conſuetudine num.* 19.; in Iudicis tamen arbitrio poſitum eſt, quot, & quales actus illam inducant (4). Utraque tamen interpretanda eſt ſtricte, nec ultra actum, nec ultra locum (5). Ulterius animadverti volumus, quod hic per conſuetudinem intelligitur etiam deſuetudo, ſeu non uſus (6).

(1) *Leg.* 1. *e* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo* (2) *Text. in cap.* 5. *diſt.* 1. (3) *De Comitib. dec.* 85. *n.* 24. *& ſeqq tom.* 1. *Caſareg. de commerc. diſc.* 99. *num.* 35. *tom.* 2 *Oinot. ſuper inſtitut. lib.* 1. *tit.* 2. *in* §. *ex non ſcripto a num.* 4. *uſque ad num.* 8. *fol.* 15. (4) *Menoch. de arbitr. caſ.* 81. *per tot. Piſtorien. præceptoriæ de Pazzis* 14. *Septembris* 1691. *cor. Michalor. n.* 175. (5) *De Luc. de benefic. diſc.* 25. *num.* 8. (6) *Antoin. Theolog moral. tit. de conſuetud. pag.* 62. *Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec.* 124. *n.* 28.

*An, & qualis Principis conſenſus requiratur ad conſuetudinem inducendam.*

§. VI.

Principis, ſeu Superioris conſenſum ad valide firmandam conſuetudinem nonnulli ex Doctoribus expoſcunt, aliqui tamen pro eiuſdem validitate nullum Superioris conſenſum requiri contendunt, affirmando, quod in contrarium ſtat communis opinio (1) etiamſi agatur de conſuetudine contra Ius. Ad rem breviter explanandam, obſervandum eſt, quod diverſimode conſenſus præſtari poteſt, nam alius expreſſus eſt, & perſonalis, qui ſcilicet expreſſe, vel tacite probat conſuetudinem, alius generalis, ſeu legalis, qui nempe ab ipſo Principe non immediate dimanat, ſed a iure ſcripto, ſeu approbato ab eodem, ut quando ipſe, vel prædeceſſores eius, Legem tulerunt, aut receperunt per quam approbata fuit conſuetudo. Re ſic breviter expoſita recte conciliantur Doctorum opiniones demonſtrando, quod una alteri non adverſatur; etenim revera negantium opinio non excludit abſolute conſenſum Superioris requiri, ſed firmat, quod ſufficiat, vel tacitus conſenſus, vel generalis Legis permiſſio, a iure dimanans (2). Poteſt namque Princeps per ſuam Legem ſtatuere, ut quæcumque rationabilis conſuetudo legitime præſcripta Iuri poſitivo deroget, idque de iure civili ſtatuitur (3).

(1) *Selden. ad tit. Cod. ſi contra ius, & utilit. publ. Chriſtineo vol.* 12. *dec.* 55. *num.* 5. (2) *Ioannes Faber ſuper inſtit. h. t. Sales de Legib. diſput.* 19. *ſect.* 8. *num.* 37. *Azzor. inſtit moral lib.* 5. *cap.* 18. (3) *Text. in Leg. de quib. ff. de Legib. ad Leg. ſecundam, & ultimam Cod. quæ ſit. longa conſuet.*

*An, ad conſuetudinis valorem roborandum res iudicata requiratur.*

§. VII.

Superius expoſitis addendum ſupereſt, quod ad conſuetudinis valorem opus non eſt iuxta eam fuiſſe ſemel, vel pluries iudicatum in contradictorio iudicio, nam cum eodem populi conſenſu, & uſu legitime inducatur, non requiritur, quod etiam rei iudicatæ auctoritas accedat, præcedente partium contradictione, imo potius certior, & ſtabilior dici debet, ſi nuſquam habuerit contradictionem, ut ad rem animadvertit (1), & hæc communior ſententia eſt ad tradita per (2)

(1) *Vinn. in cit. §. ſine ſcripto num.* 4. *ubi ſic refert deciſum per*

Digitized by Google

*per Gaillum litt. A obſerv.* 31. *num.* 8. *Chriſtin. dec.* 187. *num.* 7. *vol.* 1. (2) *Franc. dec.* 167. *num.* 14.

NOTÆ.

*Reſpicientes materiam Statutorum.*

Certum eſt Romanorum Ius præſertim in Italia receptum eſſe Iuſque commune nuncupari (1) ex quo regula generalis oritur, quod Civitatum Statuta, ſeu Leges huic derogantes hodioſa reputantur, proindeque ſtricte, ut aiunt, ſunt interpretandæ (2) paſſivamque in dubio ab eodem interpretationem recipiunt: ſciendum tamen eſt, quod ſi Oppidi, vel Urbis inferioris Statutum, caſum aliquem non comprehendat, ſeu non explicet, utique recurſus non ad Ius commune, ſed ad illud Dominantis Civitatis erit habendus (3), dummodo de caſu a Statuto inferiori omiſſo decernat; verum de illo non diſponente ad Ius commune erit recurrendum (4). Solet tamen oriri quæſtio, quando Statutum inferioris Urbis caſum omittens mandet recurſum ad Ius fieri, an ad illud Romanorum, vel Dominantis ſit confugiendum (5), & cum diſtinctione quæſtio ſolvitur, ſcilicet an inferior Civitas eiuſdem Principis Subdita ſemper fuit, vel non; primo caſu ſive dictum fuerit ad Ius, ſive ad Ius civile, ſive ad formam Iuris, ad Dominantis civitatis Statutum recurrendum erit, ſecus vero ſi dictum „ ad Ius commune „ quia tunc ad Ius Romanorum erit recurſus: ſecundo caſu rurſus diſtinguendum eſt an Statutum ante deditionem novo Principi conditum fuerit, an poſtea; primo caſu ſi a Civitate inferiori non libera, ſed alteri ſubiecta, & tunc idem ſtatuendum, quod de illa Principi ſemper Subdita dictum eſt, ex rationis identitate; Si vero libera erat, nec alicui ſubiecta, ac deditio facta fuerit ea conditione, quod propriis Legibus, ut præſumitur uti debeat, & tunc quoquomodo remiſſus ſit ordinatus ſemper ad Ius Romanorum erit intelligendum: at in Statuto poſt deditionem condito idem quod de Civitate ſemper ſubdita eidem Principi erit decernendum.

*Appendix*

Noto in genere Statutum tantum diſponere, quantum loquitur, & extendendum non eſſe, ut ſupra obſervatum fuit *Rot. Lucen in Lucana demolition. Ædific.* 15. *Martii* 1710. *cor. Piccinini pag.* 36 *§ Inapplicabilem*.

In terminis Statutorum Etruriæ reperio, quod Lex Ur-

bana

bem noſtram inſerta Statuto Communis Florentiæ *libr.* 5. *Rubr. de Legib.* & cum illo edita anno 1415. iubet quod loca omnia ſubiecta, & quæ in futurum ſubiicerentur in iis rebus, in quibus propriis non militarent Legibus regi deberent conſtitutionibus Urbis Dominatricis *Piſcien. Nullit, Obligat. filii fam.* 12. *Auguſti* 1732. *coram Dom. Auditore Ioanne Meoli art.* 2. *pag.* 11. *e* 12. Contra vero quod Statutum Florentinum non extendatur ad alia Dominii loca in materiis ſuper quibus Statutum peculiare diſponit *Montis S. Sabini Reintegrationis* 17. *Maii* 1775. *cor. D. Aud. Bernardino Buratti pag.* 6. §. *Atteſa dunque &c.*

Extat *Lex Coſimi I. lata* 27. *Iulii* 1546. obligans Communitates omnes ad tranſmittendum exactum Statutorum exemplar Regio Archivio; adeoque Statuta huiuſmodi non ſunt attendenda niſi quatenus conveniat cum illis, quæ in Codicibus Archivi Reformationum regiſtrata fuerunt *Tredotien. Prætenſi Retractus* 21. *Septemb.* 1773. *cor. D. Equite de Morellis pag.* 9. *e* 10. §. 32. *&* 33. „ hæc ſunt verba Legis „ Che tutte le Comunità, „ ed Univerſità &c. che hanno i propri Statuti ſieno tenute, „ ed obbligate preſentarli quì in Firenze al detto Ufizio delle „ Riformagioni, o a qualunque dei ſuoi Coadiutori tre meſi „ innanzi, che finiſca il tempo della allora vigente approvazio„ ne, e domandarne, ed ottenerne nuova conferma „ Hæc Lex late examinatur in *Piſana, ſeu Caſcinen. Prætenſi Retractus* 13. *Auguſti* 1771. *cor. D. Advocato Martellini art.* 2.

(1) *Arturus Duk. de aut. & uſ. iur. civib. cap.* 3. *& paſſim alibi* (2) *Gratian. diſcept. for. cap.* 546. *num.* 13. *cap.* 651. *num.* 21. (3) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 4. *n.* 53. *Conti dec. Florent.* 60. *num.* 68. *De Luc. de regal. diſc.* 83. *num.* 4. *annot. ad dec.* 378. *num.* 8. *& ſeqq. par.* 2. *rec. & dec.* 22. *n.* 4. *e* 7. *& ſeqq. par.* 9. *tom.* 1. 178. *num.* 4. *& ſeqq. par.* 5. *recent.* (4) *Cyriac. controv.* 477. *num.* 18. *tom.* 3. *Sabell in ſumm.* §. *Civis num.* 9. *Maſcard. de interpret. ſtat. concl.* 8. *num.* 106. *Conti dec. Florent.* 74. *num.* 3. (5) *Sabelli* §. *Statutum n.* 22. *& ſeqq. fuſe ad mater.*

## *De Legum interpretatione.*

IUxta methodum inceptam, aliquid dicendum ſupereſt de Legum, ac Statutorum interpretatione, ut incipientes a facilioribus ad difficiliorum intelligentiam, ſtudio ducantur, ſentiunt nonnulli, quod interpretatio ſit diſtincta mentis obſcurioris Legiſ-

Legislatoris repræſentatio; quod ſi Princeps eam exponat authentica, ſi Iuriſconſultus doctrinalis, ſi conſuetudine determinetur uſualis appellatur: Interpretatio fit cum non adſunt verba Legis in uno caſu in quo tamen militat eadem ratio, quæ procedit in caſu expreſſo in Lege, & tunc ex ratione, & mente Legis, fit interpretatio intenſiva, ſeu declarativa, unde dicitur ubi militat eadem ratio, militare debet eadem Legis diſpoſitio *Leg. illud* 32 *ff. ad Leg. aquil.*

Verum ſi in aliquo caſu non adſunt verba Legis, nec identitas rationis, ſed ſolum ſimilitudo caſuum, tunc fit interpretatio extenſiva de ſimilibus ad ſimilia, ſi ratio anguſtior verbis ſit reſtrictiva.

## *Appendix.*

Omnis de interpretatione doctrina in duas ſcinditur partes, quarum altera ex Dialecticorum fontibus, altera, ex Grammaticorum regulis proficiſcitur.

Illa, quod non legitur expreſſum per ratiocinationem inducit ob oculos habita ratione, qua ad ita volendum quis motus fuerit: hæc ſignificationem verborum ex uſu loquendi indicat, vim partium orationis alio, aut alio modo adhibitarum præcipue expendens.

De interpretatione extenſiva exemplum habemus *in Leg. ſi ingenua* 2. § 29. *ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum.*

Quod ut extenſio in interpretatione fiat, neceſſarium ſit, ut conſtet, rationem ſub qua venit caſus, quem comprehendere volumus eſſe cauſam unicam, & efficacem, quæ contrahentem, diſponentem, aut Legislatorem moverit, eamque ab eo conſideratam fuiſſe in ſua generalitate; ſufficit enim unam Cauſarum deeſſe, ut effectus non ſequatur *Grot de iur. belli, & pac. lib.* 2. *cap.* 16. §. 20. *num.* 1. *e* 2.

Quod fieri non debeat interpretatio de caſu expreſſo Legis ad omiſſum in quo non æque potens ratio inſit, firmavit *Piſana Emphyteuſis* 4. *Septembris* 1696. *cor. Venturini pag.* 17.

De reſtrictiva interpretatione extat exemplum in *Leg. cum Pater* 77. §. *Dulciſſimis* 20. *ff. de legat* 2.

Quod reſtrictio extra ſignificationem verborum fiat ex abſurdo quod alioquin evidenter ſequeretur ex ceſſatione rationis, quæ ſola plene, atque efficaciter movit voluntatem, nec non ex materiæ defectu dictus *Grot d. cap.* §. 22. *& ſeq*

Quoad interpretationem authenticam habetur in *Leg.* 11. *ff. de Legib. & in Leg. prima ff. de conſtitutione Principum*, ubi dicitur

citur in dubio certius eſſe ad Principis interpretationem confugere.

Quoad uſualem de uſu regionis in contractibus *Leg.* 34. *ff. de reg. iur.* & de uſu Teſtatoris, & contrahentium *Leg.* 21. *ff. qui teſtamentum facere poſſunt Leg.* 75. *ff. de legat.* 3. *Leg. ſi Vir Uxori* 52. *in princ. ff. de donation. inter Vir. & Uxor. inſtit. tit. de locat. &c.*

De doctrinali præcepta hauriri poſſunt ex *Leg.* 12. *&* 13. *ff. de legib.*

## DE IURE PERSONARUM.

### *TIT. III.*

Usque adhuc dictum eſt de iure conſtituente, nunc vero dicendum eſt de Iure conſtituto, in cuius tractatione hoc ſemper actum videbimus, ut ſuum cuique tribuatur; ergo primum videndum quis ſit, cui ius ſuum eſt tribuendum; ſecundo quid unicuique ſit ſuum, tertio qua ratione ei tribuendum ſit: itaque primum agemus de perſonis, ſecundo de rebus, tertio de obligationibus, quarto de actionibus.

Perſonarum ſumma diviſio eſt, ut aliæ liberæ ſint, aliæ ſerviant. Liber eſt ille, qui libertatem habet, quæ definitur „ naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi quid vi, „ aut iure prohibeatur „ ſervus eſt, qui ſervitute tenetur: ſervitus autem eſt „ conſtitutio Iuris Gentium, qua quis Iuri alieno con„ tra naturam ſubiicitur „ de his ſervitutibus agere ulterius prætermittimus cum hodie inter Chriſtifideles nulla detur ſervitus, ſaltem iuxta ea, quæ de Romanorum moribus traduntur ab auctoribus, quos videre cuique liberum eſt, & ſi qua ſervitutis remanet idea, eſt quæ intercedit inter nos, & Turcas, aliaſque infideles Nationes.

NOTÆ.

Perſonæ definitio eſt, ſcilicet, quod ſit homo in aliquo ſtatu conſideratus *Heinecc. inſt. b. tit.* § 75.

Status eſt qualitas cuius reſpectu homines diverſo iure utuntur *Heinecc. ibid.* §. 76. ac diverſis ſubiiciuntur obligationibus ex: gr. alia eſt qualitas militis, alia clerici &c.

Si in aliquo plures concurrant ſtatus v. gr. ſi quis ſit Iuris Conſultus, & miles dicitur in eo perſonam reduplicari.

Sta-

Status in quo nos poſuit natura dicitur naturalis, Civilis ille in quo a motibus, aut a Lege conſtituimur.

Iſte, vel eſt libertatis, vel Civitatis (de quo hic non agitur) vel familiæ.

Relate ad primum perſonæ aliæ liberæ ſunt, aliæ ſerviunt.

Noto quod definitio a ſtoicis data libertati, proprie libertati naturali non convenit, hoc eſt libero hominis arbitrio; quia iſtud non auſertur per vim; poteſt enim animus extrinſecis viribus non conſentire *Vinn. in comment. inſtit. ad hunc tit. §. 1.*

Famuli, ac domeſtici admodum a ſervis differunt; nullum enim in eos, ut Romani in ſervos ius vitæ, & necis habemus, neque ut illi ſunt in commercio, neque adquirunt Domino, ſed ſibi, nullaque alia erga nos obligatione adſtringuntur, quam locationis operarum pro certa mercede, aut ſalario.

Nonnulla de ſervis ſcire ſupervacaneum non eſt, ut facilius plures intelligantur Textus de iis loquentes, qui facile ad res in commercio poſitas adplicari valet; in pleriſque enim a ſervis ad res valet argumentum, cum tamquam res a Romanis habiti fuerint.

Captivi Turcarum ſolo Baptiſmate non liberantur; Eccleſia enim Iuri gentium opponi nequit.

---

## DE INGENUIS.

### TIT. IV.

Ingenui ſunt, qui ſtatim ac nati ſunt, liberi ſunt; liberi naſcuntur qui ex Matre naſcuntur, cui vel ipſomet conceptionis, vel geſtationis, vel partus momento libertas obtigerit.

NOTÆ.

Iuſtinianus conſtituit ut omnes liberi eſſent Ingenui, de quo *Vinn. ad inſt. tit. de iur. perſonar. §. 5. Heincc. in tit. de libertinis §. 110.*

## DE LIBERTINIS.

### TIT. V.

Libertini erant, qui ex iuſta ſervitute manumittebantur: manumiſſio, ſeu de manumiſſio libertatis eſt datio; manus poteſtatem ſignificat.

NOTÆ.

Manumiſſor dicebatur patronus, illique competebat ius ſuccedendi ab inteſtato in bonis libertini, qui relate ad illum vocabatur libertus, atque ab eo exigendi operas officiales in debiti obſequii, ac benevolentiæ teſtimonium conſiſtentes, quod omne ſub Iuris patronatus vocabulo continebatur *Heinecc. h. t.* §. 110. *e* 111. ad cuius ſimilitudinem temporibus noſtris Patronus nuncupatur, qui ob conſtructionem, aut reſtaurationem, aut dotationem Loci Eccleſiaſtici ad cultum Divinum, ius habet proſpiciendi dicto loco, ac aliquem nominandi, aut præſentandi ad beneficium tali loco adnexum, & debitam ab eo reverentiam, ac ſubiectionem exigere valet.

## QUI ET QUIBUS CAUSIS MANUMITTERE NON POSSUNT.

### TIT. VI.

Prohibetur Lege Ælia Sentia Dominis, qui ſolvendo non ſunt manumittere ſervos in fraudem creditorum, ita ut ſi manumittant nihil agant; permittitur tamen Dominis quamvis oberatis unum tantum ſervum heredem in teſtamento manumittere.

Eadem Lege Ælia Sentia prohibitum fuit manumittere minoribus 25. annis, quod ſublatum fuit conſtituendo ut Domini, qui expleverint ſeptimum annum, & attigerint decimum octavum
decimum poſſint libere manumittere, & noviſſime poſt decimum, & quartum annum quo poſſunt facere teſtamentum poſſint etiam libere manumittere *Novell.* 119. *cap.* 2.

NOTÆ.

Solvendo non eſt, qui plus debet, quam habeat in bonis.

DE

## DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.

### TIT. VII.

LEX Fuſia Caninia manumiſſionibus factis in ultimis voluntatibus certum numerum conſtituit, ultra quem libertas data nulla eſſet. Legem ſubſtulit Iuſtinianus, conceſſitque in ultimis voluntatibus ſervos omnes manumittere.

## DE HIS QUI SUI, VEL ALIENI IURIS SUNT.

### TIT. VIII.

ALia perſonarum diviſio eſt, quod aliæ ſui iuris ſint, aliæ poteſtati alienæ ſubiectæ; poteſtas iſta duplex eſt, Dominica, & Patria. Sub Dominica ſunt ſervi, ſub Patria filiifam. ut mox videbimus.

NOTÆ

Adhuc de ſtatu libertatis verba fecimus, nunc autem de ſtatu familiæ agendum.

Quoad ſtatum huiuſmodi Perſonæ aliæ ſui iuris ſunt.

## DE PATRIA POTESTATE.

### TIT. IX.

PAtria Poteſtas eſt ius, quod Pater habet in liberos (1) dicitur Patria, eo quod eam Pater tantummodo habeat excluſis aliis, quomodocumque filio coniunctis, eodem vivente Patre. Ius hoc Patriæ Poteſtatis precipuum fuit Romanorum, penes quos Parentibus in filios fuit etiam ius vitæ, & necis, poſtmodum vero hic rigor moderatus fuit eodem modo, quo moderatus fuit ius Dominorum in Servos, adeoque hodiernis temporibus licita eſt Parentibus quædam coercitio in filios (2) quæ exerceri debet ſecun-

eundum qualitatem perſonarum, ætatis, & conſuetudinis locorum & hæc in praxi omnino obſervanda ſunt (3).

Hoc ius Patriæ Poteſtatis tantummodo tribuitur aſcendentibus per lineam maſculinam paternam, & ad hoc ut vires ſuas habere poſſit neceſſe eſt, quod ille, qui hanc poteſtatem exercere debet ſit ſui iuris, nec in alterius poteſtatem recaſurus.

NOTÆ.

(1) Intellige ex iuſtis nuptiis procreatos *Leg. 3. ff. de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt*; ex iniuſtis coniunctionibus, ſive illegitimo concubitu nati liberi in parentum poteſtate non ſunt *Leg. Lex naturæ 24. ff. de ſtat. homin.* & ratio eſt, quia ſpurii Patrem non habere dicuntur, *Leg. vulgo 23. de ſtat. homin.* & ut habeat locum Patria poteſtas non ſufficit probatio filiationis, niſi etiam probetur qualitas legitimationis *Rot. part. 13. recent. dec. 403. num. 3. & 6.*

(2) *Harpreſt. in §. ius autem poteſt inſtit. h. t. n. 9. Vinn. in d. §. ſub n. 2.* „ſubdens„ ſi vero quid tale filius admiſiſſet, quod „ graviorem animadverſionem deſideraret ad Magiſtratum rem de„ ferri Leges voluerunt „ *Leg. 3. Cod. de Patr. poteſt.* (3) ut monet *De Luc. de iudic. diſc. 29. n. 9.*

Definitio plenior Patriæ poteſtatis hæc eſſe poterit: Ius competens aſcendenti maſculo per lineam maſculinam in liberos.

Competit enim, ut notiſſimum eſt, Avo, ſi vivat, poteſtas in nepotes, eaque nec ad collaterales extenditur, nec ad fœminas, utcumque eſſe poſſint in linea maſculina, *Heinecc. h. t. §. 137. e. 138.*

Patria poteſtas dat ius Patri ad filiorum bona, ut declarabimus *lib. 2. tit. 9.* ad ſubſtituendum pupillariter liberis, illiſque dandos tutores, ad præſtandum conſenſum in eorumdem obligationibus, & ad modicam coercitionem, *Heinecc paſſim h. tit. Rot. Noſtra in Florentina Alimentor. diei 17. Martii. cor. Strozzi §. di qui adunque, e §. che però pag. 10.*

Habet tamen ius Patriæ poteſtatis ſuas correſpectivas obligationes, ac præſertim liberos alendi, curandique, ut bonis imbuantur moribus, ac neceſſariam in ſcientiis, aut arte aliqua peritiam ad honeſte vivendum adquirant, adeoque debet illis Pater ad iſta comparanda, quas poteſt pecunias ſuppeditare niſi eas male perdant.

Adquiritur autem Patria poteſtas iuſtis nuptiis legitimatione, aut adoptione *Heinecc. h. tit. §. 144.* idcirco de his ſermo erit inſtituendus.

DE

## DE NUPTIIS.

### *TIT. X.*

NUptiæ ſunt „ Maris, & fœminæ coniunctio individuam vitæ „ conſuetudinem continens „ ut iuſtæ ſint nuptiæ duo neceſſaria ſunt, quod rite contrahantur, & ab illis qui eas contrahere non prohibentur (1).

Nuptias contrahendi ritus hoc expoſtulat, ut contrahentes conſentiant, quare nec furioſi, nec ſtulti illas poſſunt contrahere, nullæque ſunt nuptiæ cum errore contractæ, veluti ſi quis Iuliam accipere putans, Meviam duceret: verum error in qualitate non vitiat, ut ſi quis divitem ducere credat, pauperem ducat.

Contrahere nuptias poſſunt qui puberes ſunt, ſcilicet maſculi decimoquarto anno completo, fœmina decimoſecundo.

Omnes hi nuptias contrahere poſſunt non tamen cum omnibus, nam ob turpitudinem coniunctionis cum quibuſdam contrahere prohibentur, idque aut ex cauſa cognationis, vel affinitatis, vel publicæ honeſtatis.

Cognatio duplex eſt naturalis, & civilis; naturalis eſt coniunctio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium. Stipes eſt perſona illa, a qua deſcendunt ſive maſculi, ſive fœminæ (2).

Cognati vero coniunguntur, aut per lineam rectam, aut per transverſam; recta nobis coniunguntur, qui vel a nobis procreati ſunt, & deſcendentes dicuntur, vel nos procreaverunt, & aſcendentes appellantur.

Aſcendentes ſunt Pater, Avus, Proavus, Abavus, Atavus, Tritavus.

Deſcendentes, Filius, Nepos, Abnepos, Adnepos, Trinepos.

E tranverſo coniuncti alii ſunt Parentum, & liberorum loco, alii ſecus.

Primi generis ſunt Patruus, cum deſcendentibus Fratris; Patruus enim cum ſit Frater eorum Parentis, dicitur eſſe loco Parentis; itaque Parentis mei loco eſt, qui vel Frater eſt, vel Soror Aſcendentis. Cæteri e tranſverſo coniuncti dicuntur puro nomine tranſverſales, quorum aliqui non prohibentur nuptias ad invicem contrahere, adeoque dignoſcendum quo gradu ad invicem diſtent.


Uno

Uno gradu diſtat Filius a Patre, duobus Nepos ab Avo, & Frater a Fratre, tribus gradibus Pronepos a Proavo, vel Avunculo, quatuor gradibus Trinepos a Tritavo, & Patrueles, vel Sobrini ad invicem, Nepotesque Fratris, vel Sororis a Propatruo, vel Proavunculo, & ita proſequendo, ex quo ordine, & numeratione graduum, hæc regula dimanat; quot ſunt perſonæ mediæ inter eos, de quibus quæritur an iungi poſſint, tot hi gradus diſtant ad invicem, dummodo ſtipes dematur.

Perſonæ mediæ ſunt, quæ inveniuntur inter perſonam de qua quæritur (de tranſverſalibus ſermo eſt) & inter ſtipitem rurſus, & illam perſonam quæ ab altera parte eſt ita primum a prima perſona aſcenditur ad ſtipitem deinde a ſtipite ad aliam perſonam, de qua quæritur deſcenditur.

AR-

# A R B O R.


STIPES Cœſar.
Caius filius Cæſaris.
Tranſverſales.
Titius filius Cæſaris.
Iulius filius Caii.
Parentum, &
Parentum, &
Iulia filia Titii.
Pompeius filius Iulii.
Tran- ſverſales.
Lucius filius Iuliæ.
liberorum loco.
liberorum loco.
Mevius filius Pompeii.
Servilia filia Lucii.
Cneus filius Mevii.
Tranſverſales.
Cornelia filia Serviliæ.

Ideoque Caius, & Titius diſtant duobus gradibus, quia dempto ſtipite ad quem a Caio aſcenditur, & a quo deſcenditur, ſunt duo perſonæ, eadem ratione Iulius, & Iulia diſtant ad invicem quatuor gradibus; Pompeius, & Livius ſex, Mevius, & Servilia octo, Cneus, & Cornelia decem: prohibentur itaque aſcendentes, & deſcendentes perpetuo, licet remotiſſimo gradu ad invicem diſtent, Matrimonio copulari, eademque prohibitio eſt inter eos, qui parentum, & liberorum loco ſunt; e ceteris tranſverſalibus, qui ultra tertium gradum ſunt, nuptias contrahere poſſunt (3).

Civilis cognatio „ eſt coniunctio perſonarum per adoptionem „ cum enim aliquis adoptetur fit cognatus adoptantis, omnibus eis conſanguineis, qui ipſi per mares coniunguntur, illis autem, qui per fœminas coniuncti ſunt, cognatus non fit; inter Cognatos civiles prohibentur modo nuptiæ, quo inter naturales, quamdiu tamen durat adoptio, nam ea per emancipationem diſſoluta ceſſat prohibitio nuptiarum, præter quam inter liberos, & parentes.

Affines ſunt „ qui e diverſis familiis per nuptias copulantur „ cognati viri ſunt affines uxoris, & cognati uxoris ſunt affines viri: inter affines nuptiæ prohibentur, itaut minime coniungi poſſint, qui parentum, & liberorum loco ſunt, & qui ſunt loco fratrum, & ſororum (4)

Primi generis ſunt noverca, & privignus, vitricus, & privigna, ſocer, & nurus, ſocrus, & gener eorumque liberi, & Parentes. Loco fratrum, & ſororum ſunt levir, fratria, ſororius, & glos; extra has perſonas nulla prohibitio eſt, ita ut non coniungantur qui parentum, & liberorum loco ſunt, & qui ſunt loco fratrum, & ſororum extra has perſonas nulla prohibitio eſt.

Denique ratione publicæ honeſtatis prohibentur nuptiæ inter parentes, & liberos adoptivos, diſſoluta adoptione: deinde inter te, & eam, quam uxor tua poſt divortium ex alio viro procreavit. Tertio inter te, & ſponſam filii, vel Patris tui. Denique inter te, & ſponſæ tuæ Matrem, vel filios. Si quis hiſce neglectis Legibus coierit nullum matrimonium eſt, filii ex eo nati, nec legitimi ſunt, nec in poteſtate dos, & donatio propter nuptias exigi nequit.

Legitimatione quoque acquiritur Patria poteſtas „ quæ eſt „ filii naturalis in Patriam poteſtatem translatio „ ſoli filii naturales nati ex Concubina legitimari poſſunt. Concubina eſt quam quis domi retinet, cum qua nuptias contrahere poteſt; legitimatio fit per ſubſequens Matrimonium. Si quis enim in Uxorem ducat Concubinam, filii quos ex ea ſuſceperat legitimi

ſunt

fiunt ad omnes iuris effectus. Fit denique per Reſcriptum Principis, quod non ſolet Princeps concedere; ſi aut legitimos filios habeat Pater, vel poſſit ducere Concubinam ſuam.

NOTÆ.

I. Nuptiæ rigoroſe loquendo denotant feſtivitatem, & celebrationem diei Nuptialis, frequentius tamen apud noſtros denotant Matrimonium. Sponſalia ſunt mentio, & mutua promiſſio futurarum Nuptiarum *Leg.* 1. *ff. de ſponſ.* De Iure Canonico dividuntur in Sponſalia de futuro, & Sponſalia de preſenti, verum de Iure civili non diſtinguntur a Matrimonio, licet conſtituant per ſe Matrimonium rathum, non conſummatum. Secundum Ius naturæ conſideratæ ſunt a Romanis viri, & mulieris coniunctio ad liberos procreandos: Canoniſtis ſunt Sacramentum Laicis proprium, quo vir, & mulier ſecundum Præcepta Eccleſiæ coniunguntur *cap. ſicut* 32. *quæſt.* 2. Iure quoque civili filii, filiæve familias contrahere nequeunt ſine conſenſu Patris; ab hoc tamen rigore diſcedunt Canones, ut ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim.* quod autem a quibuſdam aſſeritur apud Gallos nullum, & invalidum eſſe Matrimonium initum abſque Parentum conſenſum falſum eſt; inquit enim *Antoine Theolog. moral. tract. de matrim. cap.* 1. *ſub num.* 5. „ Porro in Gallia Matrimonia ſine conſenſu Parentum non „ cenſentur invalide contracta, niſi quoad aliquos effectus civi- „ les, ut declaravit Ludovicus XIII. „ & paulo poſt „ nullo ſi- „ quidem Edicto Matrimonia filiorum familias invalida, ac nulla „ eſſe abſque conſenſu Parentum, Tutorumve conſtitutum eſt, & „ ſi hic error multis impoſuerit, prohibita quidem ſunt, ſed inva- „ lida, & nulla, haud quaquam definitum „.

II. Canoniſtæ tertiam Cognationis ſpeciem addunt, ſcilicet ſpiritualem, quæ eſt propinquitas perſonarum Iure Eccleſiaſtico inducta ex ſuſceptione, vel Miniſtratione Baptiſmatis, vel confirmationis, ut ex *libr.* 4. *Decretal. & Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim.* Cognatio Spiritualis inter Baptizantem, & Baptizatum, vel inter hunc, & Patrinum proprie vocatur Paternitas; inter Baptizati Parentes, & Baptizantem, aut Patrinos Compaternitas; inter filios Baptizantis, vel Patrini, & Baptizatum Confraternitas, *Heinec. in not. ad h tit.* §. 161.

III. Iure civili inter eos, qui Parentum, & Liberorum loco ſunt manet eadem prohibitio, inter eos vero, qui ſunt loco fratrum, & ſororum uſque ad quartum gradum excluſive

de Iure Civili; de Iure vero Canonum uſque ad quartum gradum incluſive.

IV. Quod procedit etiam de Iure Canonico, quia affinitas contrahitur a ſponſo relative ad conſanguineos ſuæ ſponſæ, & viciſſim, a ſponſa relative ad conſanguineos ſui ſponſi. Eo modo, quo contrahitur perfecta affinitas ex Matrimonio contracto per verba de præſenti, ut ex *cap. ſponſa* 8. *de ſponſalib. cap. ad audientiam* 6. *eod. tit.*

Coniuges inter ſe non ſunt affines, ſed potius termini affinitatis.

Nemo ex cognatis viri eſt affinis, alicui cognatorum mulieris, aut e contra, ideo ex. gr. duo fratres poſſunt ducere duas ſorores cognationis diverſæ *Vinn. h. tit.* §. 8.

Item affinis affinis mei, non eſt affinis meus. Quare ſi Caius frater uxoris meæ, qui eſt meus affinis, habet aliam ſororem nuptam Titio, Titius eſt affinis Cai, ſed non eſt affinis meus.

Quilibet cognatorum uxoris meæ eſt affinis meus eodem gradu, quo eſt Cognatus uxoris, & viceverſa.

Ad rectius materiam impedimentorum explanandam ad normam Iuris Canonici notandum, quod ex hoc Iure ſunt alia impedimenta, quædam ſolum impedientia, id eſt quæ impediunt contrahi matrimonium, ſed contractum minime diſſolvunt; quædam impedientia ſimul, & dirimentia, id eſt quæ etiam matrimonium contractum diſſolvunt; Impedientia ſolum ad quinque reducuntur.

Primum Votum ſimplex Caſtitatis, ſecundum Cathechiſmus, quando ſcilicet quis reſpondet pro baptizando, niſi accedat, ut plerumque contingit ſuſceptio e Sacro Fonte, tunc enim propter ſpiritualem cognationem naſcitur impedimentum dirimens. Tertium interdictum, ut cum interdicitur ab ordinario matrimonium, aut interdictæ ſunt ſolemnitates nuptiarum, ut in Adventu, & Quadrageſima: quartum ſponſalia de futuro. Quintum denique quædam ſpecies criminum, veluti inceſtus, Uxoricidium, Præsbitericidium, ſuſceptio propriæ ſobolis e Sacro Fonte, & quodlibet aliud peccatum, cui ſolemnis iniuncta ſit pœnitentia.

Impedimenta ſimul impedientia, & dirimentia ſunt, quæ continentur hiſce verſibus, quæ partim conveniunt cum illis, de quibus egimus ſupra.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.

Sii

Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Si Parochi, aut duplicis deſit præſentia Teſtis.
Raptave ſit Mulier, nec Parti reddita Tutæ:
Hæc facienda vetant, Connubia facta retractant.

Error ſcilicet in perſona, non in qualitate, conditio, ut ſi quis putans ducere liberam, ſervam ducat *cap. ſi quis ingenuus 4. cauſ. 29. quæſt. 2.*

Votum, intellige de Voto Solemni emiſſo in Religionis ingreſſu *cap. unic. de voto in 6.*

Cognatio ſatis explicatum remanet ſupra quid ſit.

Crimen intelligitur de Uxoricidio, & e contra de homicidio in virum, cum promiſſione contrahendi poſt dictorum mortem, cum Adulterio coniuncta, ut ex *Barboſ. in cap. 1. de converſ. infidel.*

*Cultus diſparitas*, propter diſparitatem cultus irritum eſt matrimonium a fideli contractum cum infideli *Apoſtol. ad Corinth 6. v. 4*

*Vis*, intelligitur de vi, quæ inducat metum, qui cadere poteſt in conſtantem virum *cap. ad audientiam 4. de his, qui vi metuſve &c. Leg. 6. ff. quod metus cauſa.*

Ordo, intelligitur de Ordine Sacro.

*Ligamen* Cum quis alio matrimonio valide contracto ſit ligatus.

*Honeſtas* De ea ſatis ſupra dictum fuit.

*Si ſis affinis*, pariter ſupra, quid ſit affinitas patet.

*Si forte coire nequibis*, intelligitur de impotentia. Primo requiritur quod ſit ad copulam perfectam. Secundo, quod ſit perpetua *DD. in cap. fraternitati h. tit. tertio, quod precesſerit matrimonium.*

Si Parochi &c. iuxta ea, quæ diſponit *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matrim.*

Conſenſus ad Nuptias celebrandas 1. debet eſſe mutuus *Heinec. h. tit.* §. 148. 2. Certus in perſona 3. liber abſque vi, aut metu, aut furore *Heinec. tit. h.* §. 148. 4. In tempus preſens collatus 5. Declaratus verbis, aut ſignis, idque Iure Canonico cor. Paroco, & duobus Teſtibus.

Si Nuptiæ celebrandæ ſint inter vagantes, nimirum conſtans domicilium non habentes, ſufficit cuiuſcumque Parochi præſentia, ut deciſum fuit in *Curien. Matrimonii 26. Iunii* 1766. *coram Franceſchi.*

Arbor, ſeu Stemma eſt diſpoſitio graduum cognationis.

Gradus conſtituitur ex diſtantia cognatorum, ſeu tranſitu de

I 2 pro-

proximo cognato, ad proximum cognatum *Heinec. h. tit* §. 153.

Stipes eſt perſona, a qua deſcendunt omnes illæ de quarum cognatione queritur.

Perſona de qua agitur, vocari ſolet Hypotetica.

Nomine lineæ intelligitur ipſamet collectio perſonarum ex eodem ſtipite deſcendentium, & dividitur in lineam rectam, & in lineam tranſverſam. Linea recta eſt collectio illarum perſonarum, quarum una generatur ab alia, continetque aſcendentes, & deſcendentes. Linea tranſverſa eſt collectio illarum perſonarum, quæ ab eodem ſtipite procedunt, ſed una non generatur ab alia.

In ultimis voluntatibus linea ſubſtantiæ dicitur, quæ componitur ſolo vinculo ſanguinis, linea vero qualitatis illa, in qua concurrunt qualitates a Teſtatore requiſitæ ex. gr. maſculinitatis *De Valent. de ultim. volunt. vot.* 39. §. *Sed huic quoque, Politi de fideicomm. diſſert.* 39 *num.* 10 *e* 11.

Differentia inter lineam effectivam, & contentivam fere confunditur cum differentia inter lineam rectam, & tranſverſam. Contentiva, vel dicitur proxima, quando communis ſtipes eſt Pater, vel ſecundum aliquos avus, remota vero quando communis ſtipes longius diſtat.

Iure Canonico in linea tranſverſa, tot ſunt gradus, quot perſonæ ab uno tantum latere, ſtipite dempto, *Heinec. h. tit.* §. 155.

Si latera ſint inæqualia, numerantur eæ tantum perſonæ, quæ in longiori latere inveniuntur *Heinec. ibi l.* igitur quo gradu remotior diſtat a ſtipite eodem etiam diſtat a quovis alio; per aliam lineam deſcendenti ab eodem ſtipite.

Nota, quod ratio diverſitatis computationis graduum, quæ intercedit inter Ius Civile, & Canonicum indicatur in *cap. ad ſedem* 35. *qu.* 5. quia Iura Civilia numerant gradus in ordinem ad ſucceſſionem hæreditatum, pro quibus attenduntur ſingulares perſonæ, & ideo in ſingulis perſonis, ſingulos perficiunt gradus, at Sacri Canones computant gradus, ut rite matrimonia celebrentur.

Verum ſciendum eſt, quod Ius Canonicum partim convenit cum Iure Civili, partim ab eo differt in iſta graduum computatione, convenit in computatione lineæ rectæ, differt in computatione lineæ tranſverſæ, cum Ius Canonicum ponat duos fratres in primo gradu conſanguinitatis, ut viſum fuit, Ius Civile in ſecundo, ita ut duos gradus de Iure Civili, unum de Iure Canonico conſtituant.

Ex

Ex conſanguineis alii agnati, alii cognati.

Agnati, ſeu Adgnati ſunt, ut indicat *Paulus in Leg. ultim. §. de gradib. affinit.* qui per patrem cognati ex eadem familia: qui autem per fœminas tantum coniunguntur cognati nominantur: inter agnatos, & cognatos hoc intereſt, quod inter genus, & ſpeciem, nam qui adgnatus eſt, cognatus eſt non utique qui cognatus eſt, & agnatus.

NOTÆ.

*Ad verbum legitimatio.*

Addendo aliquid ad ea, quæ ſupra dicta ſummatim fuere, ſciendum, quod legitimatio „ eſt actus, quo liberi illegitimi, fin„ guntur ex iuſto matrimonio nati „ ac ideo tamquam legitimi in Patriam Poteſtatem rediguntur. Hæc regulariter non pertinet ad ſpurios, vel vulgo queſitos, nec ex adulterio, nec ex alio nefario coitu procreatos, inter quorum parentes matrimonium fingi non poteſt (1) ſed ad liberos naturales, ſeu nothos, id eſt ex concubina ſuſceptos (2) quæſtione remanente an natus ex inceſtu materiali, ignorata ſcilicet conſanguinitate per ſubſequens matrimonium legitimetur, quæ tamen pro adfirmativa reſolvitur (3).

Legitimandi modi plures enumerantur: per ſubſequens matrimonium, per Reſcriptum Principis, per præſumptionem, per oblationem Curiæ, & per ingreſſum in Religionem; Legitimatio facta per ſubſequens matrimonium ( contractum tamen rite, & recte ad normam *Concilii Trydentini de reformat. matrimon. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. ) pleniſſima eſt, efficitque filios tamquam natos ex iuſto matrimonio, dummodo inter Parentes matrimonium conſiſtere potuerit, vel conceptionis tempore, vel medio, vel Partus (4) ulterius hæc legitimatio eoſdem parit effectus etiam quoad vulgo quæſitos, conceptos, & natos ex publica meretrice, ſi poſtea cum illa contracto matrimonio a Patre agnoſcantur (5) ubi tamen legitimanti fuerit nota, & expoſita conditio Matris (6).

Per Reſcriptum Principis illegitime nati, legitimari poſſunt ſed diverſo iure cenſentur ab iis, qui per ſubſequens matrimonium legitimantur. Etenim non ſuccedunt Patri, ſi alii adſint filii ex iuſto matrimonio nati, niſi Pater ſupplicaverit Principi, & Reſcripto inſerta ſit clauſula „ non obſtante, quod adſint filii legitimi „. Multi tamen varijque effectus, ac limitationes in hac materia videndæ ſunt apud relatos auctores, & [illegible]

tractantes: Notando pro coronide, quod quamvis de Iure Civili ad liberorum legitimationem duo videantur requiri, primo, ut dotalia inſtrumenta una cum nuptiis confecta ſint *Novell.* 89. *cap.* 8. ſecundo, ut concubina cum qua illegitimus ſuſceptus eſt, fuerit domi uxoris loco detenta, adeoque ſine ſuſpicione quod ex alio conceperit (7) attamen de Iure Canonico neutrum requiritur, atque in hac parte ius Canonicum etiam in Terris Imperii receptum eſt (8).

Quoad Poteſtatem legitimandi reſidet hæc in Principe non recognoſcente ſuperiorem, vel alios ab eo auctoritatem habentes; poſſunt enim ex Principis reſcripto ex quocumque coitu nati legitimari (9).

Alia legitimationis ſpecies eſt præſumptiva, ſeu quæ ex præſumptione naſcitur, ut quando Pater in Teſtamento, vel alia Scriptura trino teſte munita nominat filium (10). Duo demum modi legitimandi ſuperſunt, ſcilicet per oblationem Curiæ, ut quando Pater filium Curiæ Principis offert, vel filiam Curiali in Matrimonium collocat, de qua *Textus in* §. *Quod vero,* & §. *ſeqq. auth. quibus modis nati*; & *ſui*; per ingreſſum in Religionem, non tamen ad effectum ſuccedendi (11).

Addo inſuper, ut per legitimationem filius Patriæ Poteſtati ſubiiciatur, requiritur eiuſdem conſenſus *Heinec. h. tit.* §. 172.

Legitimati a Principe, ut capaces fiant Beneficii Eccleſiaſtici requiritur Apoſtolica licentia *cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi.*

Religioſa Profeſſio Legitimum facit, qui talis non erat, quo ad Ordines, & Beneficia regularia, non autem, quoad Prælatitia *cap.* 1. *de filiis Præsbiteror.*

(1) *Novell.* 89. *cap.* 14. *Novell.* 74. *cap.* 6. (2) §. *ult. inſtit h. tit. Novell.* 117. *cap.* 2. *Engel. in Ius Canonic. lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 11. (3) *Engel. loc. cit. ſub num.* 12. §. *Contrariam, De Luc. de fideicomm. diſc.* 223. *num.* 8. *in ſumm. de matrimon. n.* 66. & *ſeqq.* (4) *Rot. dec.* 214. *num.* 15. *part.* 10. *rec.* (5) *Gratian. diſcept. for. cap.* 653. & *cap.* 744. (6) *Gratian. diſcept. cap* 159. *num.* 10 *Rot dec.* 307. *num.* 23. *par.* 9. *rec.* (7) *Leg nuper in princ. de natur. liber* (8) *Engel. in Ius canonic. lib.* 14 *tit.* 1. (9) *Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 25. *e* 26. *San-Felic. deciſ.* 343. *Gratian. diſcept. for. cap.* 138. *Rot. Rom. dec.* 33. *num* 14. & *dec.* 151. *par.* 13. *rec.* (10) *Auth. ſi quis Cod de natural. liber. auth. ut liceat Matri,* & *Aviæ* §. *ad hæc Cod. eodem Boer. deciſ.* 240. *num.* 15. *San-Felic. dec.* 342. *num.* 3. (11) *Rot. dec.* 480. *n.* 5. &*c. par.* 18. *rec.*

Ex-

*Explicatio nonnullarum Clauſularum, quæ adhiberi ſolent ad ornatum formulæ, ex Reſcript. &c.*

CLauſula *eumdem Petrum præſentem* nam quæſtio eſt, an abſens & Infans legitimari poſſint: & tradit *Ludoviſ. dec.* 41. neceſſariam eſſe ſpecialem mentionem, de hac re in facultate legitimantis, ſed ſubdit, quod ſufficiat ſubſequens legitimati ratificatio, vel tacita, vel expreſſa, quæ inducitur ex ſola legitimati ſcientia, ſive agatur de maiore, ſive de infante *vidend. dicta dec.* 41. *& dec.* 82. *laud. Ludoviſ.*

Clauſula *ipſumque habilitavit* Quæritur opportune, an Legitimatio retrotrahatur, & de plano dicendum eſt non poſſe retrotrahi in præiudicium Iuris iam quæſiti, *De Luc. dicto diſcurſ.* quod fallit ubi fuerit de voluntate, vel tacita, vel expreſſa Teſtatoris, *De Luc. loc. cit.* & conceſſa fuerit a Principe, qui Iuri Tertii derogare voluerit, *De Luc. loc. cit. num.* 12.

Clauſula *ad omnia Iura legitimor. reſtituit*, Hæc clauſula ſuos parit effectus iuxta naturam legitimationis.

Clauſula *ad omnes actus publicos*, regulariter legitimatio trahitur ad omnia, quoad perſonas *Galeot. de noth. ſpur. &c. cap.* 56. *&* 57.

Clauſula *ad omnes dignitates*, nam ſine legitimatione Illegitimi non admittuntur *Galeot. loc. cit.*

Clauſula *& feudalibus*, an ſuccedant in feudis *De Luc. de feud. diſc.* 15. *n.* 2. quod idem fere eſt ac in Emphiteuticis, *Alexandr. conſ.* 95. *vol.* 1.

Clauſula *& ſpecialiter*, non obſtant: *diſp. Text. in Leg.* 1. *Cod de natural. liber.* in quo diſponitur Illegitimos omnino eſſe incapaces ſucceſſionis.

Clauſula *etiam ſi non poſſet probare ſe eſſe filium*, quæſtio enim eſt utrum legitimatus debeat probare ſe legitimantis filium eſſe & niſi probaretur filiatio, non valere legitimationem tradit *Pariſ. conſ. 6. n.* 44. *e* 48. quomodo probaretur vidend. *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſ.* 89. Florentiæ adeſt Statutum *rubr.* 2. *vol.* 2. de modo probandi mortem, & filiationem &c.

De

## DE ADOPTIONIBUS.

### *TIT. XI.*

TErtius hic modus inducendæ Patriæ Poteſtatis ſequitur „ Adoptio ſcilicet ab adoptione, id eſt ab electione ſic dicta. „ Eſt enim adoptio „ Actus Legitimus per quem, qui natura non ſunt liberi, fiunt electione: unde ſequitur, quod adoptio fieri debet coram Magiſtratu, apud quem ſit actio Legis cum ſolemnitatibus, & forma Legis ad rem peragendam conſtituta, omnes enim actus legitimi ita ſunt celebrandi, unde ſine huiuſmodi obſervantia nulla eſt adoptio.

Cauſa impulſiva adoptionis eſt carentia filiorum, finalis acquiſitio Patriæ Poteſtatis.

Adoptio in genere ſumpta dividitur in Adoptionem in ſpecie, & in Arrogationem. Adoptio in ſpecie eſt Actus legitimus per quem filius familias, qui Patrem naturalem adhuc ſuperſtitem habet, & in eius Poteſtate eſt, auctoritate Magiſtratus, qui ordinariam habet Iuriſdictionem, efficitur filius adoptantis.

attento conſenſu dicti Patris

Dupliciter fieri poteſt adoptio in ſpecie; primo ad Extraneo, nempe ab eo qui nullo ſanguinis vinculo iunctus eſt adoptato, vel a Collateralibus conſanguineis: ſecundo ab Aſcendente, ſive Paterno, qui iam filium emancipaſſet, vel Materno.

Filii familias dati in adoptionem perſonæ extraneæ remanent in poteſtate Patris naturalis, quandiu vixerit, licet ab inteſtato in bonis adoptantis ſuccedant una cum filiis legitimis, & naturalibus. Dati vero in adoptionem, quam pleniſſimam vocant Avo, vel Proavo Paterno, vel Materno in adoptantis poteſtatem tranſeunt, & ratio diſparitatis eſt, quia in ſecundo caſu, quod non contingit in primo, præter civilis adoptionis, manet vinculum naturale ſanguinis, & duo vincula magis ſtringunt, quam unum.

Addendum ſupereſt, quod adoptio fieri nequit ſub conditione, & qui adoptatum a ſua Poteſtate dimiſit nequit iterum adoptare.

Arrogatio eſt actus legitimus per quem homo ſui Iuris, & ſic Pater familias auctoritate Principis in alterius familiam, & Poteſtatem tranſit; eiuſque filius legitimus efficitur, quo ad omnes effectus.

Ad arrogationem plura requiruntur, & primo auctoritas Prin-

Digitized by Google

Principis, ſecundo quod arrogandus ſit ſui Iuris.

Effectus arrogationis ſunt plures; primo quod arrogatus in poteſtatem arrogantis tranſit cum omnibus ſuis bonis, & liberis, quos habeat; ſecundo arrogator ſuccedit filio arrogato ab inteſtato decedente extra pupillarem ætatem; tertio arrogatus ſuccedit arroganti decedenti ab inteſtato

Olim impuberes adrogari non poterant, hodie vero poſſunt ex conſtitutione Divi Antonini, cauſa cognita apud Magiſtratum, & adhibito conſilio propinquorum, cum auctoritate Tutorum. Cauſæ cognitio eo præſertim tendit, ut adrogatio proſit adrogato, & tunc adrogator datis fideiuſſoribus, debet cavere ſe reſtituturum Bona adrogati, ſi intra pubertatem deceſſerit, illis, quibus, adrogatione non ſecuta, adrogati deferretur hæreditas *L. 2. h. tit.* tenetur etiam adrogato temere, & ſine cauſa emancipato, aut exhæredato præter eius bona, ſive ſint, quæ ſecum tranſtulit in adrogantem, ſive quæ acquiſivit poſt adrogationem dare quartam ſuorum bonorum, quæ vulgo appellatur quarta Divi Pii, quia venit ex eius conſtitutione, quam adrogatus amittit, ſi dignus fuerit emancipatione, aut exhæredatione.

Adoptio imitatur naturam, unde minor natu non poteſt maiorem natu adoptare, & quoniam ante pubertatem plenam, quæ in pluriſque ante decimum octavum annum non perficitur, liberi naturales non gignuntur, ante dictum tempus adoptare non permittitur in filium, ante trigeſimum ſextum in nepotem, & ſic deinceps; poteſt tamen adoptare in nepotem, qui filium non habet, quia ſufficit naturalis poteſtas habendi.

Ex eo quod adoptio imitetur naturam, qui naturaliter propter inſanabile vitium generare non poſſunt, quales ſunt Caſtrati, & Eunuchi, neque poſſunt adoptare; Spadones vero, quorum vitium eſt ſanabile, & ſolum per accidens non habent potentiam generandi adoptare non prohibentur.

Fœminæ cum ſint incapaces Patriæ Poteſtatis adoptare non poſſunt. Ex Reſcripto tamen Principis illis permittitur in ſolamen filiorum amiſſorum in bello, quod iure noviſſimo indiſtincte ad omnes fœminas fuit extenſum, ita tamen ut huius adoptionis effectus non ſit Patria Poteſtas, ſed ſolum acquiſitio filiorum, & hæredum.

Adrogati in Patriam Poteſtatem, & familiam adrogantis trahunt non ſolum ſe, ſed ipſos filios, quos habent in poteſtate, ut dictum fuit; ſi vero ſervus adoptetur non conſequitur Ius filiorum, ſed ſolum libertatem, & huiuſmodi actus non ut adoptio, ſed ut manumiſſio ſubſtinetur.



Digitized by Google

NOTA.

An quarta Piana intelligenda ſit quarta legitimæ an bonorum vide *Heinec h. tit. in notis ad* §. 181.

Extraneus in materia adoptionis intelligitur quicumque non comprehenditur in linea Deſcendentium.

Proprie ſpadones ſunt, qui valetudine aliqua liberis operam dare non poſſunt *Vicat. vocab. iur. lit Sp.*

Patet in Textu adoptionem propriam, & ſpecialem eorum tantummodo eſſe, qui ſub Patria Poteſtate degunt, quæ aut ſimplex eſt, aut pleniſſima, hæc generaliter ſumpta adrogationem comprehendit (1). At quoniam eoſdem effectus pleniſſima adoptio parere poteſt, quam adrogatio, ideo quos pariat adrogatio legitime clauſulis pregnantibus vallata, ſummatim de more explanandum aggredimur.

Adrogatus itaque proprie, & vere filius adrogantis efficitur, iuraque ſuitatis acquirit, ac omnibus aliis potitur, quibus potiuntur filii naturales, & legitimi (2) etiam relative ad bona materna, ita ut Pater teſtando teneatur eidem quartam relinquere, alias habet ius querelæ, ſicut cœteri legitimi (3), & cum dicatur adgnatus, adgnatis Patris adrogantis ſuccedit, & præcipue fratri dicti Patris adrogantis, ita quod ſi agatur de ſucceſſione in bonis Patris ſuccedit æqualiter, cum aliis filiis. Verum ſi adrogator filios non habeat, adrogatus præfertur, & omnes tam agnatos, quam cognatos excludit; At ſi agatur de ſuccedendo agnato tranſverſali, ſi adrogatus eſt in æquali gradu, æqualiter cum aliis ſuccedit, ſi proximior ſit, excludit adgnatos, & cognatos remotiores (4).

Quæ dicta ſunt locum non obtinere videntur in Emphyteuſi, in Feudo, in Fideicommiſſo, in Primogenituris &c. (5) neque ſuffragari adrogatis Statuta fœminas excludentia. (6) Hæc noſſe pro nunc ſufficiat, cum in caſuum contingentia facilis pateat aditus apud citatos Auctores, cœtera diſquirere.

(1) *Rot. dec.* 457. *par.* 18. (2) *Bartol. in Leg. cum adoptivus n.* 2. *Cod. de adoption.* (3) *Merlin. de legit. lib.* 1. *art.* 2. *qu.* 2. *num.* 4. (4) *Rot. Rom. dec.* 647. *per tot. quæ magiſtralis eſt part.* 19. *rec. De Luc. de ſucceſ. ab inteſt diſc.* 53. (5) *De Luc. dicto diſc. & de fideicomm. in ſumm. num.* 14. *Ripa in Leg. ſi umquam Cod. de revoc. donat.* (6) *De Luc. dicto diſc. num.* 18.

Mo-

*Monita pro neotericis Tabellionibus.*

NOtandum, quod præceptum Teſtatoris de adoptando eſt contra bonos mores *Rot. Roman. deciſ.* 100. *num.* 15. *part.* 12. *recentior.*

Formulam adoptionis factæ penes Notarium vide in Formulario Senen & notata poſt eum.

Si adoptandus haberet Avum paternum deberet etiam conſenſus eiuſdem intervenire, ſi Pater adoptandi eſſet in dicti Patris poteſtate.

Adultus, vel Pupillus non poteſt adoptari per Tutorem vel Curatorem *Leg. nec* 17. *ff. de adoption. & emancipat.*

Notandum, quod ſi acciderit in teſtamentis mentionem facere de filio adoptivo exprimi debet filium eſſe adoptivum, quia ſimplici appellationi liberorum non veniunt adoptivi *gloſſ. in Leg. ſi ita quis, verbo conſequi ff. de legatis.*

Præsbiter, & Senes, etiam decrepitus poteſt adoptare.

---

*Explicatio clauſularum, quæ plerumque adhiberi ſolent in hoc Inſtrumento.*

COnſtitutus perſonaliter „ quod requiratur adoptantis, & adoptandi præſentia „ tradit *Bald. in Leg. veteres num.* 1. *Cod. de adoption.* Infans tamen adoptari poteſt *Leg. etiam* 42. *ff. de adoption. & emancipat.*

Adoptio expleri nequit per Procuratorem *Leg. poſt mortem* 25. §. neque adoptare, neque adrogare quis abſens, nec per alium eiuſmodi ſolemnitatem peragere poteſt.

Reliquæ clauſulæ videri poſſunt in Formulario Florentino, & Senenſi, cum varie adhiberi poſſit, & debeant iuxta caſus varias contingentias „ ut ſcilicet cum adoptiones, ſeu adrogationes ple„ niſſimæ ſint, vel reſtrictæ „.



Qui-

*Quibus modis ius Patriæ poteſtatis ſolvatur.*

TIT. XII.

Usque adhuc expoſitum fuit quibus modis Patria poteſtas acquiratur, nunc exigit ordo inquirendi, quomodo Ius hoc ſolvatur, & dicendum, quod pluribus modis ſolvitur.

Primo autem per mortem naturalem Patris, aut Avi, qui ſub Patria poteſtate habeat filium, vel nepotem, verum ſi moriatur Avus, vel ſuperſtes remaneat Pater, nepos per mortem Avi non liberatur, ſed reincidit in poteſtatem Patris.

Secundo ſolvitur per mortem civilem, vel filii, vel Patris, quia ſcilicet aliquis tollitur ex numero civium; dupliciter enim quis mori dicitur ſaltem metaphorice.

Per deportationem primum, ſcilicet quando quis ob capitale crimen damnatur in Inſulam, ubi perpetuo manere debet, iuribuſque Civitatis privatur; attamen ſi ex Principis indulgentia reſtituatur, tunc Patriam poteſtatem recuperat.

Solvitur enim Patria poteſtas reſpectu filii per dignitatem.

Ulterius ſolvitur, ſeu potius ſuſpenditur per captivitatem filii, ſeu Patris, quia captivitas eſt ſervitus; ſervi autem nullo Civitatis iure gaudent; ſi tamen ita capti ad libertatem redierint iura ſua, & Patriam poteſtatem recuperant iure, ut aiunt, Poſtliminii.

Emancipatione demum ſolvitur Patria poteſtas, & definitur „ Patris nexus, ſolemnis relaxatio tam Patris emancipantis, quam „ filii emancipandi conſenſu interveniente „ nemo enim invitus emancipare, aut emancipari debet.

Sunt tamen caſus in quibus Pater cogi poteſt ad emancipandum, quorum primus eſt, ſi Pater filium durius, & contra pietatem tractet.

Secundus ſi Pater leno filias proſtituat, vel aliam peccandi neceſſitatem imponat.

Tertius ſi impubes arrogatus, poſtea pubes factus, oſtendat arrogationem ſibi non expedire.

Quartus ſi Pater legatum ſibi relictum agnoverit ea Lege, ut filium emanciparet.

De iure noviſſimo a Patria poteſtate eximuntur filii, ſi Pater inceſtas, aut nefarias nuptias contraxerit, vel ſi Hæreticus evaſerit.

No-

## NOTÆ.

Opportune hic addenda videretur definitio, ac diviſio capitis diminutionis, de quibus actum videri poterit inferius iuxta ordinem Textus Iuſtinianei.

Morte ſolvitur: Patre ſui iuris mortuo in cuius poteſtatem filii erant, liberi fiunt, etiamſi pupilli, & infantes ſint (1). Nepotes vero ex filio, mortuo Avo, recidere in poteſtate filii, hoc eſt Patris eorum, ſed hoc non ſemper certum eſt, nam ſi eo tempore, quo Avus moritur illorum Pater emancipatus ſit, nepotes in poteſtatem non recidunt Patris ſui, ſed ſui iuris fiunt (2).

Pluribus modis a relegatione deportatio differt, nam relegatio eſt interdictio alicui facta, Civitatis ob aliquod crimen, quæ Patriam poteſtatem non adimit, deportatio privat damnatum omnibus Civitatis iuribus, nam deportatus ipſo iure bona ſua amittit, Relegatus nonniſi ex Iudicis ſententia, & notandum, quod ſi deportatus egrediatur Provinciam, in qua miſſus fuit capite plectitur, Relegatus vero ad tempus ſi intra illud revertatur relegatur in perpetuum, evaditque deportatus, iſtæ tamen pœnæ diverſæ ſunt iuxta diverſos regionum mores, ac conſuetudines.

Alter modus, quo quis apud antiquos mori dicebatur erat, cum quis ſervus pœnæ evaderet, eo quod ſupplicio perpetuo addiceretur; tales ſervi pœnæ erant ii, qui damnabantur in perpetuum ad effodienda metalla, vel beſtiis ſubiciebantur, ut cum illis pugnarent, hæc tamen pœna ſublata eſt a Iuſtiniano in *novell.* 22. & in eius locum ſucceſſit illa carceris perpetuæ, operis publici, aut triremium, quæ iuxta aliquos Patria poteſtate ſpoliant.

Dignitas. Patriciatus dignitate, qua Princeps in Conſiliarium, & quaſi Patrem aliquem eligit, a Patria poteſtate ſolvit; iure noviſſimo eadem Lege cenſentur illi, qui habent quamcunque conſpicuam dignitatem, quæ uſque ad duodecim enumerantur in *Leg. final. Cod. de Decurion.* (3) quibus addenda eſt dignitas Cardinalatus, & Epiſcopatus; militia tamen non eximit a Patria poteſtate (4).

Noto tamen filium ob dignitatem eximi ab oneribus, non autem privari commodis a Patria poteſtate dimanantibus, ne privilegium in odium retorqueatur.

Ius Patriæ poteſtatis a Iudæis non amittitur per converſionem ad Fidem Catholicam, cum ſit inducta iure Civili quamvis in ſpiritualibus non conſideretur (5). Tolli tamen per ingreſſum in Religionem emiſſionemque ſolemnis voti certum eſt, (6)

quo

quo caſu aiunt remanere favore Patris medietatem uſusfructus, eo modo, quo remanet in caſu explicitæ emancipationis. (7)

Ut habeat locum Patria poteſtas non ſufficit probatio filiationis, niſi etiam probetur qualitas legitimitatis (8).

(1) *Leg.* 195. *§.* 1. *ff. de verb. ſignif.* (2) *Leg. ſi Pater* 41. *ff. de adoptionib. quæ ſic ſummatur emancipato filio, vel in adoptione dato, nepos ex eo poſt mortem Avi non recidit in poteſtatem ipſius.* (3) *Leg. final. Cod. de Decurion. Paſchal. de Patr. poteſtat. Paul. Chriſtin. dec.* 109. *num.* 31. (4) *§. filius famil. inſtit. h. tit.* (5) *Gratian. diſceptat. for. cap.* 977. (6) *De Luc. de Regularib. diſcurſ.* 61. *num.* 5. *Panormitan. in cap. in præſent. de probation. n.* 54. *& in cap.* 2. *Decret. tit. de diſpoſit. ingredien. & iuribus circa bona eorum lib.* 3. *tit.* 2. (7) *Engel. in d. lib.* 3. *Decretal. d. tit. ſub n.* 42. (8) *Rot. part.* 13. *recent. deciſ.* 403. *n.* 5. *e* 6.

*Additiones ad §. pluribus modis.*

*Vide Caballum reſol. crimin. caſ.* 191. *n.* 4. *& caſ.* 104. *per tot. Guazzin. ad defenſ. cap.* 3. *n.* 5. pœna deportationis in Inſulam etiam hodie practicatur ubi ſunt Inſulæ, ubi vero non ſunt, ſucceſſit pœna banni cum publicatione bonorum, ſeu alia arbitraria, *Caball. reſolut. criminal.* 22. *num.* 9. *caſ.* 8. *num.* 45. *caſ.* 103. *num.* 10.

NOTÆ.

*Ad verbum emancipatio.*

§. I.

Emancipare dicitur proprie de filiis, & aliis liberis, nam ſervi manumittuntur *Plin. epiſt.* 2. *lib* 4. emancipare agrum, eſt alienare, emancipio, id eſt dominio, & poſſeſſione ſua emittere, & alteri poſſidendum tradere *d. Plin. epiſt.* 18. *lib.* 7.

Emancipatione, ex iam allata definitione ſatis explicata, remanet emancipationis natura, nunc videndum ſupereſt quotuplex ſit, & bifariam pati diviſionem dicendum eſt, ſcilicet quod alia expreſſa, alia tacita ſit, ſeu præſumpta.

Expreſſa ea eſt, quæ iuxta communem praxim fit coram Notario ſine interventu alicuius Iudicis, contentioſam iuriſdictionem habentis, quia in hac ſpecie Notarius habet ut aiunt voluntariam Iuriſdictionem, (1) & ita in dictione Florentina practicatur ut ex Formulario percipi poteſt in formula huiuſmodi contractus, verum ut hæc poſſit plene, ac efficaciter operari ex Lege

anni

anni 1421. (quæ eſt in viridi obſervantia) publicari debet intra duos menſes a die celebrati contractus in generali conſilio, ut aiunt *del dugento*, alias inter emancipantem, & emancipatum valida eſt, ſecus vero quoad tertios (2). Terminus prædictorum duorum menſium conſideratur de diebus continuis, & non utilibus, quod ſi forte contigerit huiuſmodi publicationem expleri non poſſe in dicto termino, eo quia conſilium non ineatur, ſufficit quod paulo poſt initum contractum eiuſdem copia in forma authentica exhibeatur in cancellaria Officii, vulgo *delle Riformagioni*, & ſolvatur taxa: hodie vero hoc non obtinet ex Lege diei . . . Iunii 1777. ubi præcipitur, *il Magiſtrato Supremo avrà facoltà di ricevere ſenza l'intervento dei predetti due Magiſtrati dei Procuratori di Palazzo, e dei Collegi, le repudie delle eredità, e le emancipazioni dei figli di famiglia*; proſequendo ea quæ poſſunt conſtituere validitatem, ſeu nullitatem emancipationis, ſciendum eſt quod Pater volens emancipare filium abſentem debet a Principe poteſtatem impetrare (3) nec ſufficit mandatum filii, nihilque operatur ratificatio, plene . (4) Ac pariter nil operatur in hoc caſu præſentia Notarii pro abſente ſtipulantis, (5) & hæc tutior ſententia videtur (6), eſtque contra ius emancipatio ad unicum actum, (7) ſed hæc poteſt fieri cum Reſcripto Principis. Infantis ulterius emancipatio, etiam eo diſſentiente, ſeu non adnuente cum gratia Principis expleri permiſſum eſt. (8) Poſtremo animadvertendum eſt, quod filii infirmi emancipatio non ex alia cauſa facta præſumitur, quam ut ille teſtari poſſit, favore emancipantis, & nulla eſt cum teſtamento. (9) Notandum, quod Pater emancipans filium amittit uſumfructum pro dimidia in bonis maternis, aliiſque filii emancipati adventitiis (10) aliam vero medietatem uſuſfructus retinet in premium emancipationis filio conceſſæ.

Notandum inſuper, quod Pater poteſt emancipare filium invitum ob eaſdem fere cauſas quibus poteſt illum exhæredare, ita quibus cauſis filius exheredare poteſt Patrem, iiſdem ſe ab eius poteſtate ſubtrahere poſſe videtur.

Emancipatio obtenta per reſcriptum eſt inutilis, ſi acceptata non ſit a filio, qui preces porrexit, vel ſi ipſe ſupplicans fingatur ad normam (11).

Per Legem anni 1477. declaratam Reſcriptis 18. Septembris 1664. relate ad DD. Ludovicum, & Coſmum filios Domini Equitis Franciſci Nicolai Serriſtori, & anno 1681. quoad perſonam Franciſci Cordini, non obſtante emancipatione firma manet prorogatio minoris ætatis, quoad actus reſpicientes favorem Patris.

(1)

(1) *Maranta in ſpeculum aureum tit. an ſimplex, vel duplex diſt.* 17. *n.* 4. *& ſeq.* (2) *Magon. dec. Flor.* 77. *n.* 7. (3) *Leg. pe-nult. de emancipat. liberor.* (4) *Rot. Rom. dec.* 746. *num.* 11. 12. *&* 18. *part.* 18. *tom.* 2. (5) *Et deciſ.* 791. *vidend. per tot. d. part.* 18. (6) *Cyriac. contr* 319. *num.* 47. *& alibi* (7) *Rot. d. dec.* 746. *num.* 7. (8) *Leg. iubemus Cod. de emancipat. liberor. Paſchal. de Patr. poteſtat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. (9) *Rot. dec.* 746. *prædict. per tot.* (10) *Rot. part.* 14. *recentior.* 224. *& deciſ* 179. *part.* 15. (11) *Lex anni* 1652. *de qua Rot. Noſtr. lib. motivor.* 79. *pag.* 42. *ac Decretum Supremi Magiſtratus diei* 12. *Novemb.* 1638.

*De tacita, ſeu præſumpta emancipatione.*

§. *II.*

Ad explicationem huius ſecundæ partis ſciendum, quod emancipatio tacita, ſeu præſumpta inducitur ſi filius famil. puta per decennium ſeorſim vivat a Patre, ac ſeorſim ab illo ſibi negocietur, ſuamque familiam ſeparatam ſubſtineat, tunc enim per ſilentium, & ſcientiam Patris præſumitur eumdem in emancipationem conſenſiſſe (1) imo ex multiplicitate actuum etiam minoris temporis ſpatio, filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione libertatis (2) *Franc. tamen dec.* 10. *n.* 4. dicit, quod hæc præſumpta emancipatio non ſufficit quoad teſtamentum factum a filiofamil. quam opinionem tamen non eſſe recipiendam opinor.

Notandum inſuper quod Sacer ordo de iure civili non eximit filium a Patria poteſtate (3) nec de Iure Canonico habemus Textum expreſſum, ergo tenenda videtur opinio negativa, & quamvis *Authent. Præsbyteros Cod. de Epiſcop. & Cleric.* plura decernat circa peculium Clericorum, de quo fuſius agemus cum de qualitate peculiorum ſermo erit, ea tamen non deſtruit, quod iam diximus.

Materiam huiuſmodi plenius exhauriendo non erit abſre præſcrutari an Matrimonium ſolvat Patriam poteſtatem, & negative reſpondendum eſt (4) attamen difficultas oriri poſſet in filia famil. iuncta Viro ſuo, ſeu ut aiunt *maritata*, a Patria poteſtate ſolvatur, ita quod teſtari poſſit, & dicendum eſt, quod reſpectu ad illam, duplex conſiderari poteſt ſubiectio.

Patria ſcilicet, & maritalis: relative enim ad poteſtatem maritalem eſt in Viri ſui poteſtate (5) quoad tria nempe, circa cohabitationem, quam tenetur cum Viro ſuo ſervare, illumque ſequi: quoad iuriſdictionem, quia Uxor ſequitur forum Mariti (6): quoad operas, nam ſecundum conditionem ſuam Marito operari te-

tenetur, maxime in his quæ pertinent ad operas muliebres in ſubſtinendis rebus domeſticis, nam quidquid Uxor acquirit ex iſtis rebus, ac de operibus ſuis, Marito non ſibi acquirit. (7)

At cum ex firmatis Matrimonium Patriam poteſtatem non ſolvat, quoad alia, & alios iuris effectus filia famil. remanet in Poteſtate Patris, unde vivente Patre non poteſt condere teſtamentum, & quidquid acquirit extra maritales operas, ſcilicet quando inſtituitur hæres, Patri acquirit, quoad uſumfructum, proprietate tamen remanente penes eamdem (8). Non tamen tenetur pro debitis paternis, quod non extenditur ad illas mulieres quæ hæredes eſſent Patris, vel ſe legitime obligaſſent.

Ad complementum præſumptæ emancipationis addo, quod ille, qui vivo Patre ſeſe Patremfamil. contendit, probare debet per eſſe teſtes ſe decem annorum tempore feciſſe actus differentes, & qui non poſſent convenire filio in poteſtate exiſtenti, & cumulative quod tali tempore ſeorſim a Patre habitaverit, firmavit (9).

Plura de diſtinctione inter emancipationem expreſſam, & tacitam habentur (10) ubi quod in tacita non requirantur ſolemnitates volitæ a Statuto Florentino *lib.* 2. *rubr.* 110. *verſ. & quilibet* quodque ea reſultet etiam ex facultate contrahendi, & mercaturam exercendi (11) & alia ex quibus inducitur tacita emancipatio (12) ſane quod filius mercaturam exercens ſciente, ac permittente Patre cenſeatur tacite emancipatus, ac ſe obliget, deciſum etiam fuit in (13) quod prædictum Statutum, ac reformatio anni 1421. emancipationem non ſolemnem invalidam reddant, quoad commodum filii non Patris; quodque ita non eximatur filius a Patria poteſtate (14) quod emancipatio valeat in præiudicium filii etiam non ſervata forma Statuti deciditur in (15)

Quod de emancipatione conſtare debeat per exhibitionem inſtrumenti eiuſdem ex quo de Iudicis decreto appareat (16).

(1) *Bald. in Leg. poſt mortem in fin. ff. de adoption. Tholoſan. ſyntagma iur. lib.* 11. *tit.* 12. (2) *Rot. part.* 12. *recent. deciſ.* 335. *num.* 7. *& ſeq. part.* 14. *dec.* 24. *n.* 3. 4. *&* 5. *Michalor. de fratrib. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 19. (3) *Text. in auth. Præsbyteros Cod. de Epiſcop. & Cleric.* (4) *Leg.* 1. *Cod. de Patr. poteſt. Leg. filia Cod. de collation. & Leg. ſi Uxor Cod. de condit. inſert.* (5) *Rot. deciſ.* 135. *per tot. part.* 11. *& dec.* 300. *part.* 13. *recent.* (6) *Gratian. diſceptat. for. cap.* 609. *n.* 32. *Surd. dec.* 330. *per tot. Franc. deciſ.* 17. *in fin.* (7) *Marzimedic. examinat.* 44. *& deciſ.* 71. *per tot. & in addition. Magon. dec. Florentin.* 43. *n.* 8. *&* 11. (8) *Leg* 2. *Cod. de bonis quæ liberis Leg. ſi Uxor de condit. inſert. Beroo deciſ.* 79 *Franc. deciſ.* 546. *num.* 9. *Michalor. de fratrib. part.* 1.

*cap.* 3. *num.* 9. (9) *Vid. Statut. Flor. lib.* 2. *rubr.* 113. (10) *Rota deciſ.* 4. *Maii* 1670. *lib motiv.* 127. *pag.* 117. (11) *Liburnen. Pecuniaria* 13. *Septembris* 1737. *cor. Urbani*, ubi quod in tacita non requirantur ſolemnitates volitæ a Statuto Florentino *rubr.* 110. *lib.* 2. *verſic. & quilibet*, (12) *& pag.* 35. & alia ex quibus inducatur tacita emancipatio *vid. in Biturgien. Nullitatis teſtamenti diei* 28. *Maii* 1769. *cor. Pompoſi* (13) *Liburnen Nullitatis ſequeſtri ſeu peculii filiifam. diei* 22. *Iunii* 1764. *cor. Bizzarini* §. 30. 35. *& ſeq.* (14) *Liburnen. Aſſecurationis diei* 28. *Septemb.* 1752. §. 24. *art.* 1. *cor. Illuſtriſſ. D. Vincentio De Riccis* (15) *Florentina Salviani* 10. *Martii* 1653. *lib. mot.* 122. *pag.* 54. *& lib. mot.* 134. *pag.* 42. *contra vide de Comit. dec. Florent.* 107. *n.* 31. (16) *Caſtri Florentini Fideicommiſſi* 30. *Septemb.* 1701. *cor. Bellutio pag* 51. *n.* 162.

*De peculio in genere, & de peculiorum qualitate in ſpecie.*

§. III.

Ad clariorem huius rei intelligentiam ſciendum, quod quidquid ab homine ſui Iuris poſſidetur Patrimonium dicitur, quod autem poſſidetur a perſona alieno Iuri ſubiecta, peculium, quaſi ſit puſilla pecunia parvumque Patrimonium, a rationibus Domini, vel Patris proficiſcens (1) late de peculiorum diſtinctione agitur (2), & an in dubium peculium præſumatur profectitium (3).

Quoad filios fam. peculium hoc quadruplex in Iure conſideratur, ſcilicet profectitium, adventitium, caſtrenſe, vel quaſi.

Profectitium eſt, quod ex Patris re, & ſubſtantia proficiſcitur (4), vel quod ipſi filio datur ab alio, intuitu tantum Patris, & hoc totum Patri acquiritur (5).

Adventitium vero eſt, quod quidquid filio aliunde advenit, quam occaſione, vel Patris, vel togatæ, vel armatæ Militiæ; veluti quod ex aliena liberalitate ipſi obvenit, puta legato, donatione, hæreditate, & profeſſione Artium mechanicarum, vel ex proſpera fortuna: Peculium hoc quoad proprietatem filio acquiritur, quoad uſumfructum Patri (6). Attamen dantur aliqui caſus in quibus Patri non acquiritur uſusfructus in dictis bonis adventitiis, quorum primus eſt ſi ipſemet Pater tali uſufructui renunciet, ſecundus ſi quid filio fam. aliquid detur ea Lege, ut Patri nil prorſus quæratur (7), tertius quando filius aliquam hæreditatem adivit Patre reluctante (8), Quartus quando filio relinquitur uſusfructus cum non detur uſusfructus uſusfructus, ſicuti non datur ſervitus ſervitutis (9) quintus eſt quando a Principe Supremo aliquid filio donatur (10), ſextus ſi Pater, & ſi-

& filius admittantur ad eamdem hæreditatem, ſeu legatum (11), ſeptimus in queſitis a filio ex illegitima Cauſa, octavus quando Pater ex illegitima Cauſa, cum uxore ſua divortium fecit (12) nonus quando filius egreditur eius Poteſtatem, ut iam obſervatum fuit.

Pater quando habet uſumfructum in peculio adventitio eſt eius legitimus Adminiſtrator (13), & poteſt ob cauſam utilem, aut neceſſariam abſque Decreto Iudicis alienare.

Peculium adventitium, quando in eo Pater habet uſumfructum dicitur ordinarium, ſecus vero extraordinarium, vel plenum, vel irregulare (14).

In Bonis in quibus Pater una cum filio ſucceſſit non competit Patri uſusfructus pro portione ad filium ſpectante (15).

Licet Patria Poteſtas neceſſaria ſit in acquiſitione uſusfructus, ita ut eiuſdem dicatur cauſa inductiva, in duratione tamen non eſt neceſſaria, ita ut dicatur cauſa conſervativa; adeoque uſusfructus Patri legitime quæſitus non eſtinguitur, niſi per eius mortem, etiam ſi filius proprietatis dominus e vivis deceſſerit (16).

A Peculio differt merx peculiaris, pecunia ſcilicet, quam Pater dat filio ad mercimonium exercendum, in ea enim Creditores Patris præferuntur.

Emancipatis peculii titulus non convenit (17).

Caſtrenſe eſt, quod filius fam. acquirit occaſione Armatæ Militiæ (18).

Peculium Caſtrenſe comprehendit etiam, primo quod Pater dat filio, ut militiæ adſcribatur, ſecundo hæreditatem a Commilitone etiam fratre relictam, tertio prædam licite adeptam in bello, quarto res emptas militari ſtipendio (19).

Peculium Caſtrenſe, vel quaſi ob delictum filii non confiſcatur, ſed ad Patrem ſpectat excepto crimine læſæ Maieſtatis (20).

(1) *Leg. 5. §. fin. ff de peculio* (2) *Liburnen. nullitatis Sequeſtri, ſeu Peculii filii fam. diei* 22. *Iunii* 1764. *cor. Bizarrini a* §. 13. (3) *eadem* §. 23. *& quando adventitium* §. 26. *& ſeqq.* (4) *Leg. Profectitia* §. *ſi Pater ff. de iur. dot.* (5) *inſtitut. tit. per quas perſonas nobis acquiratur* §. *Igitur* (6) *dict.* §. *Igitur* (7) *auth. excipitur Cod. de bonis, quæ liberis* (8) *Leg. fin. Cod. eodem* (9) *Leg.* 1. *ff. de uſufruct. legato* (10) *Leg. Cum multa Cod. de bonis, quæ liberis* (11) *auth. item hæreditas Cod. eodem* (12) *auth. idem eſt Cod. eod.* (13) *Heinec. inſtit. tit. per quas perſonas* §. 480. (14) *Heinec. eod. tit.* §. 481. (15) *auth. item hæreditas Cod. de bonis, quæ liberis, Bald. conſ.* 324. *vol.* 5. *Surd. conſ.* 116. *Florentina*

 *Uſu-*

*Uſusfructus Septembris 1691. cor. Venturini §. Baldus* (16) *Florent. Prætenſæ Nullitatis 6. Iunii 1656.* (17) *Florentin. Fideicomm. de Franciſcis 27. Auguſti 1688. coram Farſetti p. 4. §. nec obſtare* (18) *Leg. Caſtrenſ. ff. de Caſtrenſi peculio* (19) *Heinec. inſtitut. tit. per quas perſonas §. 474.* (20) *Leg. 3. Cod. de bonis damnatorum Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 130. Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 1. num. 9. Farinacc. qu. 24. num. 11. & ſeqq. quid de profectitio, ac adventitio, Peregr. ibid. num 125. & ſeqq. Michalor. dicta part. 1. cap. 4. num. 6. e 7. vidend. Leg. cum oportet Cod de bonis, quæ liber.*

*De Peculio Clericorum filiorum familias.*

§. IV.

Oportunum hic nonnulla preſcrutari viſum eſt circa Peculium Clericorum ( de quo eſt titulus in libro 3. Decretalium ) quia directe munus Tabellionis reſpiciunt.

Clericorum Peculium in quadruplicia bona diſtinguitur, nempe quædam Patrimonialia dicuntur, nimirum ex ſucceſſione, aliave profana Cauſa acquiſita, alia ſunt induſtrialia, ſeu quaſi Patrimonialia, & ſunt illa quæ non tantum ex profana induſtria, vel officio, ſed etiam ex induſtria ſpirituali ex extraordinariis functionibus acquiruntur: alia ſunt bona reſpectu Eccleſiæ acquiſita, ut fructus agrorum, & ordinarii redditus beneficiorum; alia demum parſimonialia, quæ Clericus ſibi de congrua ſubſtentatione parcius vivendo cumulat (1).

Prætermiſſa quæſtione ( quam Theologis diſcutiendam relinquimus ) an ſcilicet Clerici de acquiſitis ex redditibus Eccleſiæ ad ſui libitum ultra congruam ſubſtentationem diſponere poſſint, & amplectendo opinionem adfirmativam (2) ſaltem eo modo, quo (3) ad opportunitatem rei, de qua agimus pronunciandum eſt, Clericos quamvis filios fam. de omnibus prædictis bonis poſt Clericatum quæſitis libere diſponere poſſe tam per actus inter vivos, quam cauſa mortis etiam teſtando (4) quia quidquid filius fam. poſt aſſumptum Clericatum acquirit, non amplius ratione peculii adventitii retinet, ſed quaſi Caſtrenſis, neque in iis Patri uſusfructus debetur (5). Et quamvis in quæſitis ante Clericatum non poſſit Patri præiudicare poteſt tamen de illis diſponere reſervato eidem uſufructu (6) diſponendo tamen non eſt illi permiſſum filios, vel Parentes præterire (7). Et hæc ad opus noſtrum dicta ſint ſatis.

(1) *Engel. in aict. lib. 2. Decretal. tit. 25.* (2) *Leſſio de inſtit. & iur.*

Digitized by Google

*& iur. lib. 2. cap. 4. num. 43.* (3) *Antoine tract. Theolog. univerſ. de obligat: ſpecial. pag. mihi* 115. *uſque ad* 122. (4) *cap. quia de teſtam.* (5) *Leg. Sacroſanta* 32. *iuncta auth. præsbiteros Cod. de Epiſc. & Cleric.* (6) *Gratian. diſcept. for. cap.* 464. *per tot. cap.* 576. *num.* 5. (7) *Diana reſol. moral. par* 5. *tract.* 3 *reſol.* 124. *dict. auth. Præsbiteros Rot. dec.* 397. *par,* 17. *dec.* 392. *per tot. vid. de Luc. de Teſtament. diſc.* 34.

NOTÆ.

*Ad ornatum formulæ, & explicationem Clauſularum inſtrumenti emancipationis.*

§. V.

Et in *Premium* emancipationis relaxavit &c. „ prout in „ Formulario Florentino „ Iſta vox, ſeu dictio impropria videtur, & inepta, quia pater eſt ille, qui amittit, & filius ille, qui acquirit *vid. Formular Seuen. pag mihi* 296. quare in ea non deſcribas verbum *relaxavit. &c.* niſi de voluntate Emancipantis, ( & ſi deſcribas non dicas in premium ) nam eſt donatio ex mera liberalitate, & non ob cauſam (1). Iſtamque formulam in iſtis terminis adhibitam deridet (2) eo quia dubitatur quod potius Pater, quam filius emancipationis premium debeat conſequi (3).

Remiſit eius Peculium: caveas ab hac clauſula, niſi plene certiorem Patrem, quia Pater Florentiæ eſt uſusfructuarius dotis uxoriæ, etiam ea mortua durante ipſius Patris vita, & per huiuſmodi clauſulam filius eiuſque creditores, ſi mater prædeceſſerit poſſent repetere talem dotem a Patre, eumque privare de dicto uſufructu (4).

Verum ſi contigerit quod in emancipatione a Patre relaxentur favore filii, bona immobilia, & ſimilia, addat Notarius Clauſulas, quæ adhibentur in donatione bonorum, & præcipue quæ omnia promiſit dictus N. N. pro ſe, & ſuis hæredibus dictam emancipationem, & donationem atque omnia ſupra dicta firma, & rata habere, & tenere, nec contra ea facere, vel venire uſque ad Clauſulas generales.

(1) *L. Cum oportet §. autem ubi Bald. de bon. quæ liber.* (2) *Alexandr. in Leg. utrum num. 6. ff. de verb. oblig. vid Carpan. ad Statut Mediolani cap.* 326. *num.* 11. *e* 17. (3) *Leg. ſi viva §. eum vero Cod. de bon. matern. Leg. cum oportet § autem ff de bon. quæ liber. & hoc intellige ſi Pater voluerit tale premium* (4) *Leg.* 1. *Cod. de bon. matern. ubi Bald. num.* 1. (5) *Orlandin. in*

*ſum-*

*ſumma pag. mihi 65. terg. in form. Emancipation. & form. Seneu. loc. citat.*

## DE TUTELIS.

### TIT. XIII.


*De is, qui Tutores in Teſtamento dari poſſunt* - Tit. XIV.
*De Legitima Agnatorum Tutela.* - - - - - - Tit. XV.
*De Capitis diminutione.* - - - - - - - - - Tit. XVI.
*De Legitima Patronorum Tutela* - - - - - - Tit. XVII.
*De Legitima Parentum Tutela.* - - - - - - Tit. XVIII.
*De Fiduciaria Tutela.* - - - - - - - - - - Tit. XIX.
*De Tutore Attiliano.* - - - - - - - - - - Tit. XX.
*De Auctoritate Tutorum.* - - - - - - - - - Tit. XXI.
*Quibus modis Tutela finiatur.* - - - - - - - Tit. XXII.
*De Curatoribus.* - - - - - - - - - - - - Tit. XXIII.
*De ſatiſdatione Tutorum.* - - - - - - - - Tit. XXIV.
*De excuſatione Tutorum.* - - - - - - - - - Tit. XXV.
*De ſuſpectis Tutoribus.* - - - - - - - - - Tit. XXVI.


CErtum eſt quoſdam eſſe, qui alienæ poteſtati ſubiecti non ſunt, quive ſui Iuris exiſtunt, ſed hi quandoque, aut ſub tutela, aut ſub cura ſunt, ita ut plena libertate non fruantur. Sub Tutela ſunt Pupilli, & hæc definitur „ Vis, & Poteſtas in „ capite libero ad tuendum eum, qui ſe per ætatem defende „ re nequit Iure Civili data, atque permiſſa.

NOTÆ.

Sciendum quod hic reapſe agitur de adminiſtrationibus, publiciſque rerum alienarum adminiſtratoribus, qui in tres ſpecies dividi poſſunt, ſcilicet, in Tutores, & Curatores, & quoſcumque alios Adminiſtratores, inter quos paucis exceptis nullum adeſt diſcrimen, ac pro generali regula ſtatuendum eſt quidquid de uno diſponitur, de alio diſpoſitum intelligi debeat, ideoque ſequendo ordinem, quem nobis propoſuimus, agemus hic primo de tutela, quæ reſpicit pupillos tantummodo, qui non ſint in alterius poteſtatem recaſuri, permanente pupillari ætate, poſteaque de aliis, ut infra.

Ad tuendum eum „ Quia Tutor principaliter datur per-

perſonæ, & in conſequentiam rebus, Curator vero principaliter rebus (1).

Pupillos „ Impubes dicitur mas minor annis quatuordecim, fœmina minor duodecim; pupillus ille eſt, qui impubes eſt, etiam ſi Patrem habeat (2), vel qui cum impubes eſt deſinit eſſe in Patria Poteſtate, aut morte, aut emancipatione (3), non autem in iure idem eſt pupillus, & impubes, nam impuberis nomen ſignificat tantum ætatem, pupilli ætatem, & conditionem (4) apud antiquos inveſtes dicebantur, ſcilicet quibus nulla barba malas obumbrabat: Veſticeps, quorum prima barba genæ veſtiuntur (5). Proximi pubertati dicuntur, qui non multum a Pubertate abſunt. Pubertas ſimplex in maſculis, a decimo quarto anno finito incipit; in fœminis a duodecimo. Plena pubertas decem, & octo annis in maſculis circumſcribitur, & quatuordecim in fœminis. Pupillus proprie dicitur maior infantia uſque ad decem annos cum dimidio, fœmina vero uſque ad novem, cum dimidio, incipiendo hanc ætatem a ſeptimo vitæ anno, & ante hoc tempus pupillus dicitur infans, quaſi fari non poſſit. Poſtremo tempore uſque ad pubertatem, pubertati proximus nuncupatur.

Etſi Iure Civili pubertas compleatur, ut traditur in præcedenti adnotatione, minor ætas vigintiquinque annis, attamen ex Statuto Florentino *rubr.* 115 *lib.* 2. utraque in maſculis, ac fœminis annis decem, & octo completis conſtituitur, ac reſpective finitur, adeoque maſculus decem, & octo annis a Patria tamen Poteſtate ſolutus ſine ſolemnitatibus recte contrahit, ſecus vero fœmina, quamvis maior, ſine ſolemnitatibus contrahere nequit, ut ex dicto Statuto *rubr.* 112. *e* 115.

(1) *Inſtit. tit.* §. 3. *e* 4. *de curat.* 2. *Gloſſ. in Leg. pupillus* 239. *ff. de verb. ſignific.* (3) *dict L. pupillus* (4) *Cuiac. in recit. Cod. ubi pupillus educ. vel mor.* (5) *vid. not. in lib.* 7. *Apulei in verb. lanugo pag. mihi* 123. (6) *Leg. adrogato* 4. §. 2. *ff. de adoption. Leg.* 14. *ff. de alim. legat.*

---

*Tutores alii Teſtamentarii ſunt, alii legitimi, alii dativi.*

TEſtamentarius Tutor ille eſt, qui in ſupremis tabulis conſtituitur, cæteriſque præfertur, nam vigente teſtamentaria tutela, aliæ quieſcunt (1)

(1) *Leg. ſi. Tutor* 9. §. *ſi teſtamento ff. de tutor. & rat. diſtrib. Rot. Rom. dec.* 34. *par.* 13. *rec. & dec* 108. *De*

### *De legitima agnatorum tutela.*

NOn extantibus Tutoribus teſtamentariis, legitimi admittuntur: hæc ſiquidem tutela quadruplex eſt, ſcilicet agnatorum, patronorum, parentum, & fiduciaria, & defertur a Lege ſine facto Teſtatoris, deſcenditque a Lege XII. Tabularum: hodie vero ſublata eſt a Iuſtiniano. (1) Cum æque agnati, & cognati ad ſucceſſionem admittantur, ſola gradus proximitate inſpecta, ita eodem iure ad tutelam vocantur; niſi pupillorum Mater, vel Avia eamdem expoſcant.

(1) *Novell.* 118. *cap.* 4. *&* 5. *Montan. de tutor. cap.* 115. *de Luc. de ſucceſſ. diſt.* 1. *n.* 13.

N O T Æ.

Quid ſint agnati, quidve cognati dictum fuit ſupra in *tit. de nupt.* atque hic obſervandum eſt, quod Gentiles idem ſunt quod agnati; olim tamen ſolum Gentiles dicebantur, qui eodem nomine erant inter ſe, quive ab ingenuis oriundi erant, quorum maiores nemo ſervitutem ſervivit, *Connan. in commentar. iur. Civil. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2.

De iure communi fœminæ a quacumque tutela repelluntur, nam tutelam adminiſtrare virile munus eſt *Leg.* 1. *Cod quando Mulier tutelæ officium &c.* excipiuntur tamen Mater, & Avia (1) dummodo maiores ſint annis XXV. hoc inter eas ordine ſervato, quod primo Mater, ſecundo Avia admittitur: iſtæ enim dicuntur Tutrices legitimæ, ſed voluntariæ, quia cogi non poſſunt (2) volentes tamen præferri debent cœteris omnibus Tutoribus legitimis, & dativis, ac etiam Avo Paterno, ſi nepotes in poteſtate non habuerit, non vero teſtamentariis (3) nec a tutela repelluntur, quamvis ſint creditrices, vel debitrices Pupillorum, vel cum eis aliquam habeant controverſiam (4), tenentur tamen iurare rem Pupilli ſalvam fore, renunciare ſecundis nuptiis, atque beneficio Senatus Conſulti Velleiani (6) quoad alias fœminas antiqua iura correcta non ſunt (6).

(1) *Auth. Matri, & Aviæ Cod. eod. Montan. de Tutor. cap.* 9. *num.* 50. *Capicio deciſ.* 56. *num.* 5. (2) *d. auth.* (3) *d. authent. Montan. cap.* 7. *Rot. poſt Urceol. de tranſaction. deciſ.* 78. *num.* 11. (4) *dict. Auth.* (5) *Auth. ad hæc Cod. eod. & Anthent. Matri &c.* (6) *Rot. Rom. dec.* 470. *num.* 12. *part.* 9. *recent.*

Ap-

Addendum ſupereſt, quod Mater, & Avia tenentur a die ſcientiæ mortis ultimi Tutoris eorum liberis intra annum petere Tutorem alias eorumdem ſucceſſionem amittunt, ſi ſcienter, ſeu ex malitia id omiſerint, & abſque ulla probabili excuſatione. (1) Notandum inſuper, quod ſi Mater Tutrix ante redditam rationem ad ſecunda vota convolaverit, pro indemnitate pupillorum non ſolum eiuſdem bona, ſed etiam ſecundi Viri obligata remanent, (2) quod tamen non procedit ſi non expreſſe, ſeu non legitime tutelam exercuerit. (3) Verum ſi Mater Tutrix adeat Iudicem, & ſe declaret velle tranſire ad ſecundas nuptias, & quod filiis provideatur de Tutore, tunc non erit locus Tutori legitimo ſed dativo (4). Nota poſtremo quod ſi Pater eſſet bannitus, vel aliter condemnatus, ita quod filii efficerentur ſui iuris, Mater poſſet eſſe Tutrix (5).

(1) *Leg.* 2. *§. ſi Mater ff. ad Tertyll. Decio conſ.* 299. *Montan. de Tutore cap.* 18. *num.* 10. *Paulo, Criſtineo ad Leg. Municipal, tit.* 19. *art.* 5. *ſub num.* 14. (2) *Montan. cap.* 18. *& cap.* 15. (3) *Leg. ſi Mater Cod. in quibus cauſ. pign. vel hypot. tacit. contrahatur Montan. de tutorib. cap.* 15. *n.* 98. *Guttierez. de tutorib. part* 8. *cap.* 9. *num.* 10. (4) *Argum. Textus in Leg. licet* 3. *Cod. de adminiſtr. Tutor.* (5) *Bald. in Leg. ſi quis ſub conditione ff. de teſtam. tutor.*

Florentiæ ex Lege diei 8. Iunii 1769. circa Tutores hæc præſcribuntur in § II.

*In mancanza di Tutori teſtamentari ſaranno gli appreſſo — Dovrà pertanto il predetto Magiſtrato dei Pupilli per ciò che concerne i Pupilli della Città, e Dominio di Firenze mancanti di Tutori teſtamentari, preſe in quanto occorra, & atteſe le informazioni e propoſizioni de' reſpettivi Giuſdicenti, ai quali ſieno ſoggetti, provvedere i medeſimi di Tutore, o Tutori legittimi, e in difetto, e per la non idoneità di eſſi di Tutori dativi; e per i prodighi, dementi, ed altri non capaci di governarſi da ſe ſteſſi deputerà in egual modo i Curatori, uſcendo dell' iſteſſe regole, e cautele oſſervate fin quì nel deputare sì negli uni, che negli altri, gli Attori ec — non reſtando compreſi nella preſente Legge gli Aretini, e i Piſtoieſi — e al §. IV. Tutori, e Curatori deputati come ſopra non potranno aſtenerſi dall' accettare Tutele, o Cure, mentre non abbino legittima ſcuſa — ed al §. VI devino detti Tutori, e Curatori dar mallevadore, ed eſſer ſoggetti ad altri obblighi, che prima erano tenuti —.* At cum non omnia, quæ in præcedentibus ſanctionibus conſtituta fuere abrogata remaneant, monendum videtur, quod Pupillus,



Digitized by Google

etſi de Tutore dativo a Magiſtratu prædicto proviſus, atque ob lapſum decem, & octo annorum a tutela liberatus, adhuc immobilia uſque ad annos viginti duos completos abſque eiuſdem Magiſtratus Decreto alienare non poteſt, ex *Lege* 20. *Auguſti* 1565. §. 15. ulterius nota, quod ex reformatione Magiſtratus Pupillorum anni 1647. *verſic. & in oltre* Tutores annorum viginti quinque eſſe debent.

---

*De Capitis diminutione*.

DUm quis Reipublicæ alicuius Civis eſt, ad tria ius habet, ſcilicet ad libertatem, Civitatem, & familiam, quibus ſublatis, capite minui dicitur, ſeu ſtatum mutare; eſt enim capitis diminutio „ prioris ſtatus mutatio facto hominis interveniente „ Et trifariam dividitur, nempe in maximam, mediam, & minimam: ſtatum proprie mutare dicitur amittens ius illud, quo antea fruebatur; ideo maximam paritur, qui libertate per ſervitutem privatur: mediam, qui deportatur; minimam, qui familiam amittit, ut arrogatus; emancipatione tamen nec inter fratres, ut ex Anaſtaſio, nec inter fratrum filios ex Iuſtiniano agnatio perimitur; cognatio vero a naturali iure dimanans nulla capitis diminutione deletur, eius tamen effectus a maxima impediuntur. Iure noviſſimo ius agnationis eſt omnino ſublatum, unde agnati, & cognati promiſcue admittuntur ad hæreditatem.

NOTÆ.

Civis dicitur Incola cuiuſcumque Civitatis (1) in favorabilibus dicuntur nati, & incolæ Territorii, Villarum, & comitatus, (2) quod generice hic ſupra dicitur, limitatur in ſpecie, ubi agitur de illis in quibus qualitates quædam requiruntur, nam niſi concurrant, non gaudent beneficii Civilitatis (3) ut accidit in illis, qui dicuntur Cives Florentini, de quorum privilegiis agetur ſub titulo de iudiciis.

Civitas vocatur quiſque populus iiſdem Legibus, & moribus gubernatus (4) inter Urbem, & Civitatem hoc intereſt: Urbs eſt Ædificia, Civitas incolæ (5).

Capite minui. Caput hic metaphorice accipitur pro ſtatu, ſeu conditione, unde dicitur ſervum non habere caput, quia ſervitus mortalitati comparatur (6) unde ſervum, nec caput, nec ſtatum habere ait Paulus (7).

Sta-

Statum mutare. Status vocabulum multa ſignificat, ſed hic accipitur pro eo iure, quod ſinguli in Civitate habemus (8).

Capitis diminutio maxima eſt, cum quis libertatem, Civitatem, & familiam amittit, ut ſervi pœnæ; media eſt cum quis retenta libertate, Civitatem, & familiam amittit, ut exul, ſeu relegatus; minima ſatis ſupra explicata remanet. Per maximam, & mediam, mortui reputantur a Iure Civili, & amittunt ius agnationis, & cognationis, quoad ſucceſſiones, & tutelas; per minimam olim auferebatur ius agnationis id eſt prærogativa in ſucceſſionibus, & tutelis, etenim de iure veteri recte capite minui dicebatur, qui emancipabatur, quia emancipatio tollebat iura agnationis, & familiæ, Patrique poſt emancipationem extraneum intelligi filium teſtantur rationemque reddit Paulus (9) non ius cognationis, nam cum hodie huiuſmodi prærogativa ſublata ſit, nil eadem operatur.

Ad triremes perpetuo damnatus de iure novo authenticorum non amittit ea, quæ iuris gentium ſunt (10). Quare damnatus ad triremes abſque confiſcatione bonorum hodie non equiparatur mortuo (11) ulterius banniti, vel damnati ad metallum, vel ad triremes non amittunt teſtamenti factionem activam, neque paſſivam (12) ubi quod, quando banniti impune offendi poſſunt in ære, & perſona amittunt beneficia Statutorum, ac Iuris Communis.

Ex Anaſtaſio. Ex hac conſtitutione frater emancipatus, neglecta capitis diminutione ad legitimam fratris, vel ſororis hæreditatem, & tutelam vocatur. Etenim hodie ſublata eſt emancipationis, & Patriæ Poteſtatis differentia, nam de iure veteri recte capite minui dicebatur, ut ſupra obſervatum fuit.

Deletur: Nota hic iura ſanguinis dupliciter accipi, vel plane naturaliter, vel pro iure quod cognatis propter cognationem Iure Civili, vel honorario defertur; ſi primo modo ius ſanguinis accipias certe immutabile eſt, at poſteriore modo acceptum adimi poteſt, ut puta poteſt facere Ius Civile, ut certis caſibus frater fratri non ſuccedat, vel filius Patri.

Sublatum: Scilicet ſublata eſt differentia quæ intercedebat in ſucceſſionibus inter agnatos, & cognatos.

(1) *Leg. prima ff. ad municipal & de incolis*. (2) *Altograd. conſil.* 27. *num.* 9. *conſ.* 28. *per tot. lib.* 1. *Sabell.* 49. *per tot. Menoch. de arbitrar. quæſt.* 99 *per tot. Rot. deciſ.* 199 *num.* 15. 16. 17. *part.* 12. *recent. Bardellon. conſil.* 199. *per tot. lib.* 2. *Ciarlin. controv.* 149. *per tot.* (4) *Connan. in Ius Civil. lib.* 1. *cap.* 7. *pag. mihi* 29. (5) *Cicero. lib.* 1. *de Republica*. (6) *Heinecc. inſtit. tit.*

M 2 *de*

*de iur. perſon. cæterique Interpretes.* (7) *In Leg.* 3. *ff. de cap. diminut. Vulpian. in Leg. ſervitutem* 209. *ff. de reg. iur.* (8) *Connan. in commentar. Iur. Civil. lib.* 2. *cap.* 3. (9) *Leg.* 2. *ff. de reſtit. in integr.* (10) *Auth. ſed hodie Cod. de donat. inter Vir. & Uxor. Leg. quidam ff. de pœnis Rot. Roman. dec.* 492. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* (11) *Rot. ibid.* (12) *Caball. reſolut. criminal. caſ.* 264 *per tot.*

---

### *De legitima patronorum tutela.*

EX interpretatione XII. Tabularum legitima patronorum tutela deſcendit, ſcilicet ex mente legis, quia Patroni ad hæreditatem liberti decedentis in pupillari ætate vocantur; ergo tutelæ onus ſubire debere intelligendum eſt, quamvis quoad eos nil de tutela expreſſe cautum legatur.

---

### *De legitima parentum tutela.*

EX Caſus ſimilitudine emergit legitima parentum tutela, etenim ſicut Patronus, qui ſervum Pupillum manumiſiſſet, eius Tutor erat, eadem ratione Pater, qui filium ſuum Pupillum emancipabat, eius Tutor fiebat.

At cum iure noviſſimo, ut ſupra obſervatum fuit, ſublata eſt differentia inter filium emancipatum, & in poteſtate exiſtentem quoad tutelas, & ſucceſſiones, ideo hæc legitima parentum tutela evanuit, & in eius locum legitima agnatorum tutela ſucceſſit.

---

### *De fiduciaria tutela.*

FIduciaria tutela eſt cum defuncto parente emancipatore, emancipati impuberis Tutores fiebant fratres maiores quibus tutela deferebatur propter fiduciam, quam de illis Lex habebat; at cùm ſublata fuerit differentia emancipationis, & Patriæ poteſtatis, ut dictum fuit, fratres non fiduciarii, ſed legitimi Tutores ſunt: hic oritur, quod hodie duæ tantum ſpecies ſunt legitimæ tutelæ, nempe agnatorum, & patronorum, cum ſub prima parentes, & fratres filii emancipati comprehendantur.

De

*De Attiliano Tutore, qui Lege Iulia, & Titia dabatur.*

TEſtamentaria, legitimaque deficiente tutela olim Romæ a Prætore Urbano, & a maiore parte Tribunorum Plebis ex Lege Attilia, in Provinciis vero a Præſidibus Provinciarum ex Lege Iulia, & Titia Tutor dabatur. A Iuſtiniano tamen ſancitum fuit a quocumque Magiſtratu una cum Epiſcopo, ſeu Antiſtite (facultatibus tamen Pupillorum ſolidos quingentos non excedentibus) conſtitui poſſe. Tutela hæc ſubſidiaria dicitur, & caſus quibus Tutori dativo locus eſt, duo ſunt ſummi, & præcipui. Primo ſi nullus plane ſit Tutor, vel ex teſtamento, vel ex Lege, alter ſi ſit, & impediatur, aut quia teſtamentarius ſit a tutela remotus, vel excuſatus, vel adhuc ſperari poſſit, quia dies, vel conditio ſub qua datus eſt non advenerit, vel hæreditas adita non fuerit, aut captivus evaſerit: ſub conditione tamen a Iudice Tutor dari nequit.

NOTÆ.

In Ætruria quoad Tutores dativos viget Lex diei 8. Iunii 1769. de qua actum fuit.

Provinciales: unde apud Apuleium *lib.* 1. *pag. mihi* 13. liberis tuis Tutores Provinciales.

A Magiſtratu „ Ex quo fit, quod Tutor dativus debet eſſe ſubiectus iuriſdictioni Iudicis eum dantis, & habere domicilium in loco, ubi Pupillus degit, vel unde oriundus eſt vel ubi bona ſita ſunt; ulterius notandum quod omnes Tutores, qui dari poſſunt a Teſtatore, poſſunt dari a Iudice excepto ſervo, & debitore, vel creditore Pupilli, *Oinot. h. t.*

Quia Teſtamentarius „ remoto, vel excuſato Tutore, vel quoquo modo deficiente non ſit locus legitimo, ſed dativo, quod obtinet, etiamſi Tutor datus ſit ab habente poteſtatem in actu minus ſolemni, vel etiam filio exheredato.

Vel hæreditas adita non fuerit „ hic opportune obſervandum eſt pro clariori huius rei intelligentia, quod aliqui putant teſtamentarium Tutorem tutelam exercere non poſſe, prius quam hæreditas adita non fuerit ex quo actu, teſtamenti vim totam pendere exhiſtimant, & per conſequens teſtamentarium Tutorem neminem dici poſſe ante aditionem, adeoque prius Pupillo Tutorem Attilianum a Iudice decernendum eſſe ad explendum aditionis actum, quo peracto Attilianus Tutor hæreditatem ſic adi-

tam

tam Tutori teſtamentario tradat auctoritate Iudicis, decretoque interveniente, quibus adimpletis plena dicto teſtamentario Tutori adminiſtrandi poteſtas tributa aſſeritur. Hinc eſt quod plura ſolemnia præſcribunt non ſolum, ut teſtamentarius Tutor legitime conſtitutus, ſed & cæteri Tutores adminiſtrare poſſint, & hæc enumerantur videlicet, confectio Inventarii ſolemniter, ac legitime faciendi, idoneæ cautionis præſtatio; & ſi agatur de Matre, & Avia, promiſſio de non tranſeundo ad ſecunda vota; quibus præmiſſis iuxta aliquorum Doctorum opinionem diſtinguendum ſic eſt; quod aut agitur de hæreditate adeunda ab extraneo hærede relicto ad excluſionem filii impuberis, cui a Patre utique Tutorem conſtitui poſſe probatum fuit, vel de illa adeunda ab ipſo filio tamquam Patris hærede. Primo enim caſu planior res eſt, ſed non abſque contraditione, quia quamdiu pendet aditio, tamdiu in ſuſpenſo ſunt omnia, & non adita corruunt. In ſecundo ſecus eſſe contendunt, quia tunc ipſo iure filius hæres eſt ſtatim a morte Patris, & ſic tutela confirmatur, nec alius Tutor dandus eſt a Magiſtratu, neque confirmandus teſtamentarius, niſi forte de eo agatur, qui datus ſit in actu minus ſolemni, etenim confirmare, ut inquit *Heinecc. inſtit. tit.* §. 298. „ in iure noſtro eſt Tutore non recte dato defectum iſtum ſupplere „ nam Tutores a Patre dati, ex eo tempore Tutores eſſe incipiunt, & curandi perſonam Pupilli, atque eius bona adminiſtrandi poteſtatem habent, ex eo quia Pater familias *uti legaſſit ſuper familia, pecunia, tutelave ſuæ rei ita ius eſto*; nil obſtante quod iure Prætorio filio data ſit poteſtas abſtinendi, quia ſuitas pro aditione eſt. Practici vero neſcio an rectius amplectentes theoriam tenent indiſtincte a quocumque Tutore ſolemnia prædicta eſſe adimplenda, & præcipue accipiendam eſſe adminiſtrationem ſibi traditam a Tutore Attiliano ad legitime gerendum, niſi forte Teſtator expreſſe in teſtamento facultatem tribuerit adminiſtrandi abſque ulla alia ſolemnitate.

Conſtat ergo dationem Tutoris Attiliani procedere, ſi Hæres inſtitutus ( id eſt cum de Hærede extraneo agitur ) hæreditatem adire detrectet, eo quia quandiu pendet aditio, tandiu in ſuſpenſo ſunt omnia, ac propterea ultra caſibus iam expreſſis Tutoris Attiliani datio ad eum caſum referri poſſe videtur, ſcilicet, cum Tutoris confirmatio pendet ab aditione facienda a quocumque alio hærede inſtituto præter pupillum, nam ſecus eſt ſi Pater filium ſuum impuberem hæredem inſtituat, eique Tutorem deſignet, quia tunc ipſo Iure hæres eſt defuncto Patre §. 2. *in fin. inſtit. tit. de hæred. qualit. & differ.* & ſic Tutela con-

confirmatur, nec alius Tutor dandus eſt a Magiſtratu *Vinn. in §. Sed et ſi inſtitut. eod. tit. ſub num.* 3. *Leg.* 14 *ff. de ſuis, & legitim.* „ ibi „ In ſuis hæredibus aditio non eſt neceſſaria, quia ſtatim ipſo Iure hæredes exiſtunt „ *Bartol. in Leg ſi nemo ff. de Teſtam. tut.* „ ibi „ Exiſtentia ſui hæredis confirmat datio-„ nem Tutelæ „ *& in Leg. Neceſſarius ff. de acquir. hæred. & in Leg. ſi filius, qui Patri ff. de vulg. & pupill. &c ibique Dinus, & Faber*, & hoc adeo verum eſt, quod clarioris notæ interpetres putant Tutorem recte dari a Patre filio exhæredato, nec eſſe neceſſariam Iudicis confirmationem, cum per exhæredationem filius non deſinat eſſe in poteſtate Patris, in qua Tutoris datio nititur *Leg. filium* 20. *in princip. ff. de bonor. poſſeſſ. contra Tab. Noodt. ad h. t. ff Harpreſt in §. permiſſum inſtit. h. t. num.* 12. *Connan. in comment. iur. civ. libr.* 10. *cap.* 5.

Ex præmiſſis ( ni fallor ) conſtat falſo laborare ſuppoſito illos, qui opinantur Tutoribus teſtamentariis non eſſe permiſſum tutelam exercere, niſi prius Attilianus tutor acceſſerit, qui pupilli nomine hæreditatem adeat, illamque Tutoribus teſtamentariis tradat eo actu, quo confirmantur a Iudice, ſeu Notario ex ea ratione, quod teſtamentum vires ſuas habere incipiat ab aditione, quæ interdicta ſupponitur teſtamentariis Tutoribus, quaſi quod Tutores non ſint prius quam hæreditas ſit adita, & ideo procedendum eſſe vaticinantur ad electionem Tutoris Attiliani, qui eodem momento transferat omnem poteſtatem in Teſtamentarium, quod ſane ſupervacaneum eſt, cum teſtamentarii Tutoris Poteſtas pendeat ex Lege a Teſtatore præſcripta iuxta regulam ( diſponat Teſtator, & erit Lex ) nam ab eo dati Tutores ex eo tempore Tutores eſſe incipiunt, & curandi perſonam pupilli, atque adminiſtrandi eius bona poteſtatem habent, *Harpret. inſtit. tit. de tutel in §. Sed ſi emancipato num.* 24. ergo pater inutilem eſſe hoc caſu dationem Tutoris Attiliani, quam perperam deſignat *Formul Florent.* cum neque Textus id exprimat, immo expreſſe contra ea, quæ ibi præſcribuntur, id fieri pateat ex dicto *Harpreſt. in §. Si cui nullus inſtitut. de Attil. tutor. num.* 2. „ ibi „ Caſus autem in quibus Tutori dativo eſt locus ſunt duo ſummi, & præcipui „ ſi nullus plane ſit Tutor, vel ex Teſtamento, vel ex Lege; alter caſus ſi ſit aliquis, & impediatur, *ibique Vinn. num.* 1. Certum tamen eſt, quod ſupradicta regula limitanda fortaſſe videretur ad terminos, *Legis ſi qui a Patre ff. de confirm. tutor. vel curator* nempe ſi ageretur de Tutore dato ab eodem in actu minus ſolemni, quo caſu confirmandus eſſet a Iudice abſque inquiſitione, vel ab alio, cui a Lege non fuit

tri-

tributa facultas, & non iis quibus dandus erat, quia tunc eſſet confirmandus cum inquiſitione, *Leg. Tutores ff. de confirmat. tutor. vel curat. Bruneman. ad comment. ad Pand. lib.* 26. *tit.* 3. *de confirm. tutor. idem ad Leg.* 1. *num.* 1. 2. *e* 3. *Cod. eod.*

Quæ huc uſque tradidimus adeo vera ſunt, quod *Borgnin. Cavalcan. in ſuo tract. de tutor. & curat. num.* 67. monet indiſtincte „ ibi „ Debent etiam Tutores, & Curatores in adeunda hæreditate minoris videre an damnoſa, vel lucroſa ſit, & ſi cognoſcant illam damnoſam debent cum Beneficio Legis, & inventarii adire, quæ hæreditas ſi pupillus eſt infans debet adiri per Tutorem, & ſi fuerit maior infantia, tunc ipſe adire debet cum auctoritate Tutoris, vel Patris, *Montan. de tutor. cap.* 30. *num.* 120.

Ulterius probatur quod ſupra firmatum fuit ex *Form. Senen.* qui formulam dationis Tutoris Attiliani extendit iuxta caſus expreſſos in Textu, & eos explicat in notis poſt dictam formulam *Orlandin. in ſumm. pag.* 66. *t.* eamdem formulam exhibet, quibus in locis numquam præſcribitur dari Tutorem Attilianum, teſtamentarium habenti

Quidquid ſit ſuper hoc articulo ad vitandas controverſias poterit providus Notarius ſuadere Teſtatori, quod det Tutori nominato liberam poteſtatem adminiſtrandi, atque adeundi hæreditatem abſque ullo Iudicis Miniſterio, aut decreto, quo caſu evaneſcunt omnes difficultates ad tradita in *Pract. Pap. in form. Libelli ad reddend. rationem tutelæ, Epitom.* 2. *num* 19. *uſque ad* 20. „ ibi „ Benefacerent Notarii, ſi in Teſtamentis apponerent, quod Tutor ſua auctoritate ſine alterius ſuffragio „ poſſit ipſa bona pupilli attingere, & adminiſtrare.

Pro coronide addendum cenſeo, quod nulla Lex præſcribit, ut iam fuit obſervatum, quod alius Tutor habendi conſtituatur, & quod non ſit caſu prædicto Tutoris Attiliani datio neceſſaria, ad rem extat *Deciſio in lib motiv.* 118. *a* 18.

---

## *Qui Teſtamento Tutores dare poſſint, & quibus &c.*

PArentes, qui Pupillos in poteſtate habent, ſive in Teſtamento, ſive in codicillis (1) poſſunt Tutorem conſtituere liberis ſuis impuberibus, etiam poſthumis ſine diſcrimine ſexus; Avus quoque Nepotibus ſuis Tutores dare poteſt; ſi nimirum non ſint in poteſtatem Patris recaſuri: Mater vero

ro cum non habeat filios in poteſtate Tutorem illis dare non poteſt, ſi tamen eos hæredes inſtituerit, tutoremque dederit, Prætor inquiſitione præmiſſa poterit illum confirmare ex defeċtu Patriæ Poteſtatis filiis emancipatis, ſive naturalibus Tutor a parentibus dari non poteſt; confirmatur tamen per Iudicem, qui ſine inquiſitione confirmare tenetur (2). At cum Tutoris datio in Patria Poteſtate conſiſtat, recte filio exhæredato Tutor a Patre decernitur, ut mox fuit obſervatum, ſed ex aliquorum opinione erit a Magiſtratu abſque inquiſitione confirmandus (3).

Ut intelligatur, quibus dentur Tutores deſcendentium genera diſtinguit Imperator: Liberorum, & poſterorum nomine omnes compræhenduntur, ſive filii, ſive nepotes, ſive poſtumi &c. filiorum nomine veniunt filii, & filiæ, ſed non nepotes, & e contra.

(1) *Leg. 2 Cod. de confirm. tutor.* (2) *ad Text. in Leg. Pater filio hæredi* 4. *ff. de teſtam. tut.* (3) *Leg. quia a Patre ff de confirmat. tutor. Oinot. in §. permiſſum num.* 11. *inſtit. h. t. Rot. par.* 18. *recent. dec.* 297.

NOTÆ.

Pater poteſt dare Tutorem, etiam in diſpoſitione inter vivos, & in Teſtamento imperfecto *Leg. 2. Cod. de confirmat. tutor. Gutierez. de tutor. cap. 6. num.* 4. nequit tamen electionem Tutoris in alterius arbitrium conferre, *Montan. de tu. cap.* 10. *n.* 3. & ſi unus ex Tutoribus Teſtamentariis deceſſerit, vel ſe excuſaverit, vel ex cauſa remotus fuerit, quandiu unus ſupereſt non admittitur in locum defuncti excuſati, vel remoti, legitimus, ſed alius datur a Iudice, *Leg. ſub condit. §. fin. ff. de teſt. tutor. Montan. cap.* 13. *num.* 9. quia inter Tutores Teſtamentarios non datur Ius accreſcendi ad *Text. in Leg. ſub condit. ff. de teſtam.* & quamvis queſitio ſit arbitraria pro facti qualitate decidenda *Franc. dec.* 214. attamen in dubio pro ſubrogatione dictum arbitrium interponendum eſt, ut ex *dicta. dec.* niſi Teſtator alias diſpoſuerit.

Tutor in Teſtamento non poteſt dari impuberi ab eo, qui illum in poteſtate non habeat, & ſic ab extraneo, niſi iſte extraneus dare volens Tutorem inſtituat hæredem impuberem, quo caſu ſubſtinetur datio, & eſt aliis præferendus maxime in bonis ab illo relictis; indiget tamen confirmatione Iudicis cum inquiſitione, & ſatiſdatione ad *Text. in Leg. Pater filio hæredi* 4. *ff. de teſtam. tutor. Gratian. diſcept. for. cap.* 462. *n.* 23. *& cap.*

 680.

680. *per. tot. Montan. de tutor. cap.* 8. *num.* 37. *Rot. par.* 9. *rec. dec.* 171. *num.* 1.

---

## *Qui Teſtamento Tutores dari poſſint.*

IN Teſtamento Tutores dari poſſunt tam Patres, quam filii familias (1) dari tamen non poſſunt cæci, muti, ſurdi, mentecapti, neque Iudæi, vel Pagani homini Chriſtiano, neque excomunicati, neque illi, qui hæredes inſtitui non poſſunt de quibus in ſecunda parte &c.

Sponſus, quoque non poteſt eſſe Tutor Sponſæ ſuæ.

Nec miles armatæ militiæ, niſi forte detur Tutor ſui commilitonis. Mulieres inſuper arceantur a Tutela, exceptis tamen Matre, & Avia, dummodo renuntient ſecundis nuptiis, & Senat. Conſulto Velleiano, ut iam dictum fuit (2) reiiciendi ſunt quoque a Tutela debitores, & creditores Pupillorum, inimici capitales, & illi, qui habent aliquod grave intereſſe cum Patrimonio Pupilli (3). At ſi debitum, inimicitia, ſeu grave intereſſe innotuerit Teſtatori, & his non obſtantibus huiuſmodi perſonas Tutores elegerit, neutiquam a Tutela removeri poterunt (4). Minores vero, ac furioſi non ſunt abſolute removendi, nam iſti recte in Teſtamento Tutores dantur, hac tamen Lege, quod minor, & furioſus tutelam adminiſtrare incipient, ille cum maior fuerit factus, hic cum mentis compos eſſe cœperit (5).

Religioſi tam ſeculares, quam regulares recte Tutores non erunt (6).

(1) *Leg. fil. fam. ff. qui ſunt ſui, vel alieni iuris Oinot. inſtit. tit. lib.* 1. *tit.* 14. *qui Teſt. tutor. dare poſſunt num.* 14. (2) *auth. matri, & aviæ Cod. quando mulier. tut. offic.* (3) *Afflict. dec.* 2. *e* 7. *Gratian. diſcept. for. cap.* 28. *n.* 28. *& quod hoc locum non habeat in patre, matre, & avia, ſed procedit tamen in eſtraneis Rot. dec.* 34. *par.* 13. *rec.* (4) *Rot. dec.* 435. *num.* 14. 15. 17. *e* 18. *par.* 5. *rec. Guttier. de tutel. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 1. 73. *§. furioſus inſtit. qui tut. dar. poſſunt.*

### N O T Æ.

Clericus, Teſtamentarius Tutor, nec dativus, etiamſi velit, eſſe poteſt, ſecus eſt ubi agitur de tutela miſerabilium perſonarum, aut accedat Superioris diſpenſatio, & quo caſu *vid. De*

*Luc.*

*Luc. in ſumm. de tutor. & curat. n.* 29. Verum Præsbiteri, Diaconi, & Subdiaconi poſſunt eſſe legitimi Tutores Iure Agnationis, & Cognationis, nec tamen inviti coguntur *Carol. de Graſſ. de effect. clericat. effect. 76. n. 1. Grat. diſcept. for. cap. 57. n. 52. Rot. Rom. rec. dec. 116. num. 18. par. 4. tit. 2.; in Æſtruria tamen ex Lege diei 2. Martii 1769.* §. 9. quibuſcumque privilegio Clericali gaudentibus vetitum eſt tutelam, & curam exercere, ac fiduciarios hæredes eſſe, abſque ſummi Imperantis aſſenſu.

---

### *An ſub conditione Tutor dari poſſit.*

TEſtamentarius Tutor dari poteſt ſub cõnditione ad certum tempus, & ex certo tempore, certæ tamen rei non datur, quia Tutor datur perſonæ, non rebus, utilis tamen certæ rei datio eſſe poteſt propter diffuſum in diverſas regiones Patrimonium.

### *Appendix.*

In praxi tutela dividua eſt eo præcipue caſu, quo pupillus habeat res ſuas in ditiones diverſas, in quibus a propriis Magiſtratibus Tutor dari ſolet, eo quia tantæ finguntur eſſe perſonæ, quot ſunt diverſa patrimonia *Rot. dec. 12. num. 41. par. 9. tom. 1. ibique De Luc. in ſumm.*

---

### *De ſupectis Tutoribus.*

EX Tutoribus prædictis alii ſuſpecti ſunt, & non admittendi, alii tamquam ſuſpecti poſt ſuſceptam tutelam removendi, alii excuſandi, at qui admittendi ſint ſuperius viſum fuit, nunc vero de removendis agendum ſupereſt. Suſpecti Tutores omnes evadere poſſunt, ſive Teſtamentarii, ſive Legitimi, ſive Dativi.

Suſpecti ſunt, qui non ex fide tutelam gerunt, qui depravatis moribus ſe oſtendunt, mores igitur, non paupertas Tutorem ſuſpectum reddunt, eumque a ſuſpicione non eximunt divitiæ; qui data pecunia tutelæ miniſterium conſecuti ſunt, qui latitant ne pupillo neceſſaria decernant! multæ aliæ ſuſpicionis cauſæ emergere poſſunt prudentis Iudicis arbitrio decernendæ: Verum animadvertendum eſt, quod ſi legitimus Tutor ſuſpectus

fuerit, accuſari poterit, attamen propter neceſſitudinem, quæ inter Tutorem, & Pupillum intercedit, optime conſultum erit Curatorem ei potius adiungi, quam eumdem notata fide removere (1).

At ſi lis inter Tutorem, & Pupillum exarſerit, alius Tutor non erit aſſignandus, ſed Curator in locum eius, quo interveniente Iudicium peragitur, atque eo peracto Curator eſſe deſinit.

Suſpectos Tutores accuſare quilibet de populo poteſt, dummodo probus ſit, & integræ fidei.

Accuſatio contra Tutorem ſuſpectum vocatur crimen, ſeu criminatio ſuſpecti, & dividitur in civilem, & criminalem.

Civilis eſt quando remotio tantum petitur, criminalis quando agitur, ut Tutor declaretur infamis, eique arbitraria pœna infligatur: prædicta accuſatio dicitur quaſi publica, quia omnes eam inſtituere poſſunt, exceptis Pupillis, minoribus abſque conſilio coniunctorum, vel Iudicis auctoritate, ac mulieres, niſi in ductæ videantur pietate, non excedendo ſexus verecundiam, poſſunt etiam Tutorem ſuſpectum accuſare alii Tutores ſuſpecti (2).

Mortuo reo ante ſententiam, vel quovis modo finita Tutela, vel cura extinguitur cognitio ſuſpecti, tendens ad remotionem; poſſunt tamen hæredes eius innocentiam, & famam oppoſitis probationibus purgare.

(1) *Harprecht. in §. oſtendimus inſtit. tit. de ſuſpect. tutor. n.* 2. *e* 3. (2) *Leg.* 1. *§. penult. Leg.* 3. *in princ. ff. de ſuſpect. tutor. Leg.* 2. *Cod. de his qui accuſare poſſunt.*

---

## *De excuſationibus Tutorum.*

EXcuſatio hic eſt allegatio iuſtæ cauſæ ob quam quis, vel non cogitur, vel non eſt idoneus ad ſuſcipiendam, vel proſequendam tutelam, aut curam.

Cauſæ quibus excuſantur Tutores, vel Curatores ad ſubveniendum memoriæ epilogantur his carminibus.

Excuſat tutela triplex iuriſque poteſtas „ natorum numerus, Fiſcalis cura, ſenectus „ æger, inops, ignarus, abeſt, docet, hoſtis, & actor.

Hæc tamen variæ poſſunt eſſe prudentis Iudicis arbitrio determinandæ, quamvis pro regula generali expoſita videantur in præcedentibus verſibus.

Qui

Qui teſtatori promiſit tutelam, vel curam adſumere, nullatenus ſe excuſare valet, niſi ex nova cauſa non previſa.

Qui plures propoſuit cauſas una non probata poteſt ad alias confugere.

NOTÆ.

De profeſſione artium liberalium, agit *Harpreſtus in §. idem Grammatici inſtit. b. n. 1. & ſeqq. De Luc. in ſum. de tutor. & curat. num.* 27.

De Collegiis, & corporibus opificum, diſſerit *Heinecc. exercit.* 8. *Leg. Adminiſtrantes ff. b. t. Menoch. de arbitr. caſ.* 65 *num.* 7. *e* 10.

Advocatos excuſationis Privilegio gaudere conſtat ex conſtitutione Theodoſii relata in *Leg. ſancimus la prim. Cod. de advoc. diverſ. Iudic. Roland. a Valle conſ.* 66. *num.* 37. *libr.* 1. *Urceol. dec. Flor.* 2. Excuſatio tamen proponenda eſt intra quinquaginta dies a die, quo cognoverunt ſe datos eſſe Tutores ad *Text. in Leg. ſcire §. quinquaginta ff. de excuſat. Tutor. Urceol. dicta dec. Quoad Paupertatem vid. Oinot. inſtit. tit. de excuſat. Tutor. §. Sed propter num.* 1.

Tutela, & Cura munus publicum eſt, & perſonale adeoque etiam inviti illud ſubire coguntur.

---

## *De auctoritate Tutorum.*

QUO ſpectat ad auctoritatem Tutorum, eorum Poteſtas eſt, illa vis quam in perſona pupillorum defendenda, rebuſque eorum adminiſtrandis recipiunt, auctoritatem autem preſtare eſt approbare negocium illud, quod a pupillo præſente Tutore fit, nam pupillus aliis non obligatur ſine Tutoris auctoritate.

Prædicta auctoritas neceſſaria eſt in his actibus, in quibus obligationes mutue naſcuntur, ut in emptionibus, & venditionibus; eaque intervenire debet in ipſo actu negocii, vel ſtatim perfecto negocio, ante quam alius actus extraneus intercedat, poſt tempus vero, vel per Nuncium interpoſita auctoritas nil operatur; neceſſe eſt enim, quod Tutor præſens ſit animo, & corpore (1), quia auctoritas verbis interponi debet; quod ſi Pupillus ſine Tutoris auctoritate contraxerit, neutiquam obligatur, quamvis is qui cum eo contraxit obligetur, adeoque notandum eſt, quod in his cauſis in quibus conditionem ſuam meliorem facit,

cit, neceſſaria non eſt Tutoris auctoritas, attamen non poteſt Pupillus abſque Tutoris auctoritate hæreditatem adire, licet lucroſa appareat; nam latens æs alienum quandoque poſſet Pupillum in grave præiudicium trahere (2).

Addendum inſuper eſt, quod pupillus obligatur abſque auctoritate Tutoris, ſi iam pubertati proximus, aliquid dolo fecerit ex. gr. ſi cum fraude puberem ſe eſſe aſſeruerit, ſecundo ſi obligatio ex re ipſa veniat abſque conſenſu, ex. gr. ſi alienis rebus detrimentum intulerit.

Ulterius nota, quod nequit interponi Tutoris auctoritas, quotieſcumque Tutor directe, & principaliter fieret Procurator, ut viſum eſt exemplo litis, quæ inter eum, & Pupillum inſurrexerit.

(1) *Vinn. in §. Tutor autem inſtit. lib.* 1. *tit.* 21. *num.* 1. (2) *Vinn. eod. tit. in §. neque tamen.*

NOTÆ.

Quamvis pro regula tenendum ſit, quod Tutor, vel Curator teneantur utilia facere, & inutilia prætermittere, id tamen rigoroſe non eſt intelligendum, eo quia attentis circumſtantiis poterit etiam rem Pupilli donare, (1) ſi id exigat qualitas Pupilli, uſus regionis, & ſimilia, (2) atque elemoſinas facere (3) Idem quoque dicendum eſt circa reinveſtimenta facienda, hinc eſt quod iudaice non ſit procedendum (4).

Quo vero ſpectat ad venditionem rerum Pupillorum, quamvis regulariter hæc facienda ſit ſubhaſtatione mediante (5) hæc tamen de conſuetudine non requiri tradit idem, dummodo præcedat æſtimatio, & Iudicis Decretum.

Tutor nequit alienare bona ſtabilia Pupilli ſine Decreto Iudicis (6) maxime attento Statuto Florentino. (7) Et datur Pupillo hæredique eius reivindicatio talium rerum adverſus quemcumque Poſſeſſorem (8).

Opportune hic obſervandum, cui nam Pupilli educatio ſit demandanda, & quo in loco facienda. Pro generali regula ſtatuendum eſt, quod illa ſpectat ad Matrem (9), ſpreto etiam aliquando Teſtatoris, mandato niſi tranſierit ad ſecunda vota, vel ſuſpicio ſit eſſe tranſituram, itemque educatio exercenda eſt in loco ubi validius iura Pupilli defendi poſſunt abſque impenſa, ſeu ſaltem tenuiori Patrimonii diminutione. (10) Interdum tamen Patruo potius, quam Matri Pupilli educatio decernenda eſt (11).

Verum ſi agatur de Pupillo educando penes proximiores Agnatos, qui eidem morienti ſucceſſuri ſint etiam de mandato Teſtatoris, poterit Iudex iuſtis de cauſis alibi illum educandum com-

committere (12). His tamen non obſtantibus educationis materia tota Iudici arbitraria eſt, atque locorum obſervanda conſuetudo (13).

Queri etiam ſolet ad *Leg. Pupillus ſi fari ff. de acquir. hæredit. & ad Leg. pro hærede ff. eod.* an in contractibus, qui fiunt a Tutoribus, ſeu Curatoribus circa res Pupillares neceſſaria ſit Pupilli, vel minoris præſentia, & ſtatuendum eſt, quod Pupillus maior ſeptennio in contractu, & alienatione ſuorum bonorum intervenire debeat (14) ſecus contractus eſt nullus (15).

(1) *Leg. cum plures* 13. *§. Tutor ff. de admin. Tut.* (2) *Onat. de contract. tom.* 2 *tract.* 17. *diſp.* 50. *ſub n.* 5. (3) *Urceol. conſult. for. cap.* 55 *n.* 5. (4) *De Luc. de Tutor. diſcurſ.* 6. *n.* 52. *de credito* 103. *ſub n.* 7. (5) *Urceol. d. conſult.* 55. *n.* 20. *&* 21. *Ciarlin. controv.* 207. *ſub n.* 47. *&* 49. (6) *Leg. ſi fundus* 13. *§. quamquam, & tot. tit. ff. de reb. eor. qui ſub tutela &c. Leg. etiam* 13. *Cod. de præd. & aliis rebus &c. Voet. d. tit. de reb. eor. &c. Rot. Noſtra in Piſana Retractus* 7. *Auguſti* 1744. *cor. Meoli in Theſaur. ſelect. dec.* 3. *tom.* 4. *num.* 2. (7) *lib.* 2. *rubr.* 15 *& reformat.* 10. *Auguſti* 1665. *de qua in Arcis S. Caſſiani Evictionis* 28. *Septembr.* 1763. *cor. D. Advoc. Quintilio Pellegrini art.* 1. *in princ.* (8) *Voet. loc. ſupra cit. num.* 10. (9) *Leg.* 1. *&* 2. *ff. ubi Pupillus educari debeat De Luc. de tutel. diſcurſ.* 4. *n.* 23. *&* 24. (10) *Rot. deciſ.* 589 *n.* 8. *part.* 5. *tom.* 2. (11) *De Luc. de Tutor. diſcurſ.* 21. *n.* 2. *&* 4. (12) *Rot. d deciſ.* 589. *part.* 5. *num.* 1. *tom.* 2. *dec.* 208. *num.* 14. *part.* 6. *deciſ.* 12. *num.* 6 *part.* 8. (13) *De Luc. de Tutor. diſc.* 21. *Menoch caſ.* 178 *Marzimed. examinat.* 38. *& deciſ.* 61. *&* 62. (14) *Conſtant. ad Statut. Urbis annotat.* 44. *art.* 1. *n.* 52. *tom.* 2. *De Comitib. deciſ. Sen.* 28. *num.* 29. *Rot. Roman. deciſ.* 461. *num.* 11. *part.* 18. *tom.* 2. (15) *Piſtorien. Dotis* 17. *Maii* 1657. *cor. Canoſſa* contra hanc opinionem plures adfert auctoritates *Rota Noſtr. in Florentina Executionis Laudi* 13. *Septembris* 1715. *cor. Urbani*, firmans quod ſaltem ſuſtineatur actus, abſque tali præſentia, quouſque non probetur eum non fuiſſe illi utilem; at ſi ſeptemnio minor ſit Pupillus poterit Tutor ſolus, actus illos explere.

Florentiæ in hac ſpecie adeſt reformatio Magiſtratus Pupillorum diei 20. Auguſti 1565. cum adiunctione uſque ad annum 1661. ubi hæc præſcribuntur in *rubr* 9. „ *Che quanto alle Fanciulle non ſiano tenute intervenire a detti atti* „ *E quanto ai maſchi devino intervenire alla celebrazione di tali iſtrumenti, avendo finito anni ſette della loro età, trovandoſi abitare familiarmente nella Città Granducale; ma ritrovandoſi nello Stato, o fuori del Dominio*

Digitized by Google

*minio ſia lecito agli Ufiziali celebrare da per loro tali iſtrumenti* ». Quod quidem intelligendum eſt de Tutoribus ſervatis ſervand. &c.

---

## *De ſatiſdatione Tutorum.*

SCiendum inſuper eſt, quod Tutor priuſquam adminiſtrationi ſe immiſceat tenetur coram Iudice præſtare iuramentum ſe facturum utilia pro Pupillo, & ſatiſdare de prætermittenda damnoſa (1). Satiſdatio enim eſt cautio, quæ fit datis fideiuſſoribus rem Pupilli ſalvam fore, quamvis bona Tutoris ſint tacite Pupillo obligata. Tenetur inſuper inventarium conficere rerum omnium quæ in patrimonio Pupilli inveniuntur, niſi illi fuerit a Teſtatore remiſſum. (2) Attamen non omnibus indiſtinčte Tutoribus cavendi onus iniungitur; Tutores enim teſtamentarii nullimode ſatiſdare tenentur (3) neque Tutores dati ex inquiſitione (4).

Quod ſi plures teſtamento, vel ex inquiſitione Tutores dati fuerint, tunc vel adminiſtrator, a Teſtatore nominatus fuit, vel Iudice inquirente, & eorum voluntas ſervabitur: vel non, & ſi unus ex illis offerat ſatiſdationem, is adminiſtrabit, vel neque ſatiſdatio intervenit, & tantum ille adminiſtrabit, quem Tutorum maior pars elegerit, vel in eligendo diſſentient, & tunc Iudex eliget ex his adminiſtratorem; vel neque Iudicis electioni conſentient, & tunc omnes in ſolidum adminiſtrabunt; animadvertendum tamen eſt, quod etſi facta fuerit adminiſtrationis diviſio, omnes tenentur in ſolidum favore Pupilli (5).

(1) *Leg.* 1. *ff. qui ſatiſd coguntur.* (2) *Rot. part.* 10. *recent. decif.* 192. *num.* 2. *Borgnin. Cavalcan. de Tutor. n.* 207. *& Rot. part.* 11. *recent. decif.* 69. (3) §. 1. *inſtit. tit. de ſatiſdat. Tutor. ubi Oinot. num.* 10. *Mauro de fideiuſſor. part.* 1. *ſect.* 3. *capit.* 11. *in fin. Maraut. part.* 4. *diſt.* 16. *num.* 52. (4) *Gratian. diſceptat. for. cap.* 13. *per tot. Montan. de Tutor. cap.* 32. *regul* 7. *num.* 97. (5) *Leg. diei* 23. *Leg. tres Tutores ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. De Luc. de Tutor. diſcurſ.* 5. *num.* 6. *Rot. decif.* 69. *num.* 6. *& ſeq. part.* 11. *recent.*

### NOTÆ.

Quando Tutor liberatur a confectione inventarii, non intelligitur liberatus ſaltem a ſimplici nota (1), ſecus vero dicendum eſt, ſi ampliſſima reſultet liberatio quæ dictum caſum comprehendat, & quod de inventario dicitur, de rationis redditione di-

dicendum eſt, quia liberatus ab ea, eximitur a ſcrupuloſa tantum niſi etiam ab illa liberatus fuerit, quo caſu a dolo præſumpto, hoc eſt in omittendo, non a dolo vero in committendo liberatus intelligitur, cum delinquendi anſam præbere vetitum ſit (2).

Quoad inventarium certum eſt illud fieri poſſe a Tutore teſtamentario per publicum tabellionem, & ſic extra iudicium ſecundum communem opinionem, ſeu conſuetudinem, ut teſtatur *Papienſ. in prax. in forma libelli* quo agitur ad reddendam rationem tutelæ in verbo ſed ultra *num.* 12. inventarium tamen fieri debet quam primum poteſt *Leg. Tutores Cod. de adminiſtr. tutor.*

Plures Tutores conſtituti tenentur in ſolidum favore Pupilli actione tutelæ, vel ex ſtipulatu rem Pupilli ſalvam fore, vel hypotecaria, (3) etiamſi unus adminiſtraverit, niſi id factum fuerit mandato Iudicis (4) deinde tenentur ſatiſdare rem Pupilli ſalvam fore. (5) Horum autem bonis excuſſis, ſi nondum ſatisfieri poſſit, actioni ſubſidiariæ locus erit, quæ datur tantummodo in tutela legitima, & ſimpliciter data non in aliis ſcilicet teſtamentaria, vel ex inquiſitione contra Tutorem quem dicunt improprium, id eſt contra Magiſtratum, ſeu contra eos eorumque hæredes, qui ſatiſdationem ſolent exigere (6) & datur Pupillis, cæteriſque perſonis, quæ ſub tutela, vel cura fuerunt, eorumque ſucceſſoribus.

Tutor conventus uti valet beneficio ordinis, opponens, quod antea conveniatur, qui male adminiſtravit, vel beneficio ceſſionis (ſi omnes male adminiſtrarunt) excipiens, quod quiſque conveniatur pro rata illati damni, quo caſu ſi unuſquiſque ſolvendo non ſit, ſolvit unus ex illis, petitque ut Pupillus illi cedat actionem tutelæ, cuius ope ſi alii Tutores ad meliorem fortunam pervenerint, poſſit ab iis ſolutum repetere.

(1) *Rot. part.* 10. *recent. deciſ.* 192. *num.* 2. (2) *Leg. quidam decedens in princ. ff. de adm. & peric. Tutor. Rot. dec.* 762. *num.* 8. *part.* 2. *& deciſ.* 331. *num.* 1. *part.* 3. *& deciſ.* 69. *n.* 5. *par.* 11. *recent.* (3) *Leg. pro ſocio* 20. *ff. de adminiſt. Tutor. Rot. part.* 11. *recent. deciſ.* 61. *n.* 6. (4) *Magon. deciſ. Florent.* 74. *num.* 6. *Rot part.* 13. *recent. dec.* 47. *num.* 15. (5) *Leg. non quaſi* 4. *§. illud ff. rem Pupilli, ſeu adoleſcentis ſalv. for.* (6) *Leg.* 1. *§. non tantum ff. de admin. Tutor. conveniend. Montan. de tutor. cap.* 39. *num.* 124.

### *Quibus modis tutela finiatur.*

TUtela demum finitur quoad Pupillum quavis capitis diminutione, de qua inferius, veluti arrogatione, quæ minima eſt, deportatione, quæ eſt media, ſervitute, & captivitate, quæ eſt maxima. Ratio enim cur capitis diminutione Pupilli tutela finiatur, ea eſt, quia per eam Pupillus deſinit eſſe ſui iuris, & tranſit in poteſtatem Patris adoptivi, ſeu adrogantis: in Tutore autem minima capitis diminutio tutelam non delet, ſed maxima, & media tantummodo, eo, quia filius familias non prohibetur eſſe Tutor, ut iam obſervatum fuit. Finitur tutela eventu conditionis, per excuſationem propoſitam, & admiſſam per remotionem Tutoris ſuſpecti; morte demum naturali, ſeu Pupilli, ſeu Tutoris: expirat ſiquidem tutela adveniente pubertate, adeoque citius in fœminis, quam in maſculis, cura tamen Iure Communi non minus erga illas durat quam erga maſculos.

### *De Tutorum redditione rationum.*

HIS itaque, conſtabilitis videndum ſupereſt quid facere debeat Tutor finita tutela, & ſuper hoc ſtatuendum eſt, quod Tutor ſicut cæteri omnes rerum alienarum Adminiſtratores rationem de adminiſtratis reddere debet, reſtituendo quodcumque reliquum penes eum remanſerit de rebus ad Pupillum ſpectantibus.

NOTÆ.

Cum certo iure conſtitutum ſit Tutorem teneri ad reddendam rationem, hinc oritur, quod teneatur inventarium conficere, librumque adminiſtrationis conſcribere; hoc tamen ſi omiſſum fuerit, poterit per æquipollens ſuppleri cum ſufficiat quod Tutor poſſit quocumque modo rationem reddere, (1) adeoque poterit id facere etiam ſine libris, & inventario, nec contra eum datur iuramentum in litem, ſi probet alia bona non extitiſſe, præter illa, de quibus paratus eſt reddere rationem (2) ex quo tamen infertur quod Tutor non liberatur a confectione librorum, ac inventarii, quæ omnia tenetur facere ratione officii, ut (3) & concluditur, quod aliquando poſſit etiam ſine ipſis rationem reddere, ac ulterius infertur, quod alteratio in libris Tutoris non arguit

illos

illos de falſitate, ex quo ſine illis ut dictum fuit ratio reddi poſſit, ut ex notatis in (4)

At ſi Tutoris non ſatis probata fuerit fidelitas præſcribunt iura, quod Pupillus factus adultus ius habeat iurandi in litem contra Tutorem, quod iuramentum nil aliud eſt, quam dicti maioris aſſertio præiudicii ſibi a Tutore illati, quare iſtud iuramentum vim plenæ probationis habere ſolet contra Tutorem, attamen præſtandum eſt cum præcedente Iudicis taxatione, & confirmandum per ſententiam (5). Sciendum tamen eſt, quod contra Patrem legitimum filii adminiſtratorem, remedium iuramenti in litem non admittitur (6).

(1) *Urceol. conſult. for.* 55. *num.* 10. *Rot. Roman. dec.* 107. *n.* 3. *part.* 18. *recent.* (2) *Montan. de Tutor. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 46. *Rot. part.* 11. *recent. deciſ.* 165. *num.* 15. *&* *part.* 14. *deciſ.* 150. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 108. *num.* 21. (3) *deciſ.* 99. *Ludoviſ.* *&* *Rot. Roman. deciſ.* 165. *num.* 16. 17. *&* 19. *part.* 11. *recentior.* (4) *Addit. ad deciſ.* 99. *Ludoviſ. in adnot. ſub num.* 8. (5) *Menoch. de arbitr. caſ.* 208. *num.* 5. *quid ſit late explicat De Luc. diſcurſ.* 89 *quo caſu, & contra quem detur vid. Ridolphin. in prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 150. *ad num.* 229. (6) *De Luc. de alienat. diſcurſ.* 87. *de tutor. diſc.* 10. *num.* 9. *ibique in adnotat.*

---

## *De Tutoribus honorariis.*

CÆteris ſupra notatis Tutorum ſpeciebus ſpecies altera addi poſſe videtur, honorariorum Tutorum ſcilicet.

Pro generali regula dicendum eſt, quod honorarii Tutores dicuntur illi, qui dantur cauſa notitiæ, & ut magis Pupilli protegantur, (1) nam Tutores quidam dantur, ut gerant quidam notitiæ cauſa (2) qui quamvis ſe non immiſceant in adminiſtratione (3) (excuſſis prius facultatibus eorum, qui geſſerunt) tenentur in omnibus reſpicientibus adminiſtrationem ſicut cœteri Tutores (4) ac pro male geſtis bona eorum ſunt tacite hypotecata favore Pupillorum (5), adeoque etiam inventarium facere tenentur, (6) verum ſi de his agatur qui pure, & ſimpliciter honorificentiæ cauſa tantum, ſed principaliter ex cauſa protectionis, & cuiuſdam talis qualis ſuperintendentiæ ſupra Tutores deputentur, vel conſilii cauſa ad nihilum tenentur, niſi forte de poſitivo dolo conſtaret (7).

De utriuſque huius ſpeciei Tutoribus ſcilicet ſimplicis con-



ſilii,

ſilii, aut proprie honorarii, & improprie honorarii, qui habitualem ſaltem adminiſtrationem habent vidend. (8)

(1) *Guttierez. de Tutoribus cap.* 17. (2) *Leg. quod ſi forte* §. *ſunt quidam ff. de ſolution. id eſt quidam, qui habent actualem adminiſtrationem, quidam habitualem* (3) *Leg. ad Cod. de Epiſcop & Cleric.* (4) *Leg. quæ* §. *idem Paulus ff. de teſtament. Tutor.* (5) *Leg. pro offic. Cod. de adminiſtrat. Tutor.* (5) *Guttierez. de Tutor. capit.* 1. *num.* 109. (6) *Guttierez. loc. cit. cap.* 6. *num.* 109 (7) *De Luc. de Tutor. diſcurſ.* 5. *num.* 7. 8. *&* 9. (8) *Piſana. Tutelæ* 1. *Septembris* 1741 *coram. D. Audit. Meoli, & alia Piſana Tutelæ* 10. *Septembris* 1748. *cor. D. Advocato Guerrazzi.*

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus.*

QUeri ſolet a Practicis an in omni Tutore ad hoc ut legitime adminiſtret, neceſſarium ſit Iudicis Decretum, qui eidem hanc auctoritatem tribuat, & affirmative reſolvit *Papienſ. in prax.* in forma libelli, quo agitur ad reddendam rationem tutelæ §. *in ſuo ultimo num.* 19. *litt. K*, quare monet, quod optime facerent Notarii ſi hanc clauſulam ( de voluntate tamen Teſtatorum ) apponerent ſcilicet: quod Teſtator decrevit, & ordinavit Tutorem poſſe propria auctoritate, & ſine alicuius ſuffragio, vel Iudicis decreto bona Pupilli adminiſtrare, & quamvis hæc cautela optima mihi videatur ad vitanda iurgia, attamen opinor illam locum habere iuxta locorum ſtylum, & in illis Tutoribus, qui a Iudice confirmandi ſunt, non vero in teſtamentariis nullam indigentibus confirmationem; eo quia ex eo tempore quo Tutores eſſe incipiunt curandi perſonam Pupilli, & adminiſtrandi bona poteſtatem habent, ut ex *Harpreſt.* ſuperius citato, quod ſecus eſt in illis qui confirmatione mediante Tutores fiunt, quia Tutores confirmati appellantur dati *Ulpian. in fragment. inſtit. tit.* 11. *de tutelis* §. *teſtamento quoque in fin.* cui ſententiæ ſuffragari videtur *Cuiacius inſtit. tit. de tutelis in* §. *ſed ſi emancipatio n.* 24.

In decernendis Tutoribus Honorariis caveat Notarius explicare ( iuxta tamen mentem Teſtatoris ) an intelligat quod iſti Tutores debeant eſſe ſimpliciter Honorarii abſque ullo onere, vel cum aliquo onere explicando qualitatem oneris.

De

## *De Curatoribus §. I.*

CUm in principio ſuperioris tituli obſervatum fuerit, quod ibi agebatur de adminiſtratione, & adminiſtratoribus conſequens eſt, quod ea quæ præſcribuntur ( paucis exceptis de quibus agemus inferius) in materia Tutorum optime congruant Curatori, cæteriſque adminiſtratoribus.

In his tantummodo differt Curator a Tutore, ſcilicet quod Tutor datur impuberibus, Curator puberibus; ſecundo Tutor principaliter datur perſonæ, ſecundario rebus: Curator vero principaliter rebus, acceſſorie perſonæ; tertio Tutor datur invitis, Curator volentibus (1) quarto teſtamento Tutor dari poteſt non item Curator, & ratio eſt, quia quæ in teſtamento ſcribuntur pendere non debent ab alieno arbitrio (2), nam curatio puberum ex eorum arbitrio pendet, & Patria poteſtas non extenditur ultra pubertatem (3) Quinto Tutor univerſo patrimonio datur ſolum propter ætatem, & propter alias cauſas datur Curator: ſeptimo Tutorem habenti alius Tutor dari nequit, Curator dari poteſt habenti Curatorem: octavo Tutor a Pupillo finita tantum tutela recte convenitur, Curator etiam pendente cura: Nono Tutorem filio non petens Mater punitur: Curatorem non petens non punitur: decimo Tutoris origo eſt ex *Leg. XII. Tabular.* Curatoris minorum ex conſtitutionibus Principum (4).

(1) *Niſi ad litem §. 1. inſtit. h. tit. Leg. illud 5. cum Leg. ſeq. ff. de Tutor. & Curator. datis ab his* (2) *Leg. illa inſtitutio 32. ff. de hæred. inſtituen.* (3) *Oinot. inſtit. h. tit. §. qui dare num. 7. habenti Curatorem* (4) *§. furioſi 3. inſtit. h. tit. Leg. 1. ff. de Curator. Leg. furioſo, & aliis.*

### NOTÆ.

Minor interdum invitus cogitur a Prætore Curatorem accipere, ſcilicet quando aliquis cum minore, vel minor cum alio litem inſtituere velit; quando qui Tutor fuit rationem reddere petit ne cum minore agens iudicium reddat eluſorium, quia minor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio *tot. tit. Cod. de liberis daud. Tut. vel Curat.*

Cura

## §. II.

CUra definitur poteſtas in bona, & negocia eius, qui propter ætatem, morbum, furorem, profuſionem, aut ſimiles cauſas ea per ſe adminiſtrare nequit a Lege, aut Magiſtratu data, vel, ut ex *Vinn.* poteſtas iure conſtituta ad curandas res eius, qui quoquo modo rebus ſuis ſupereſſe non poteſt.

Duplex cura eſt, legitima, & dativa. Legitima quæ ex Lege XII. Tabularum, proximis agnatis defertur ad cuſtodiam furioſorum, & prodigorum. Honoraria, ſeu dativa, quæ vel morbo perpetuo laborantibus, ut mutis, ſurdis, vel denique puberibus, ſeu minoribus vigintiquinque annis a Magiſtratu conſtituitur, imo hodie omnes Curatores dativi eſſe videntur argumento *Text. in §. furioſis inſtit. h. t.* nulli namque Curatores teſtamentarii ſunt. (1) Datus enim Curator in teſtamento confirmandus eſt ab Iudice cum inquiſitione (2) niſi eſſet datus furioſo, prodigo, vel mentecapto, quia tunc valeret datio (3) atque addendum, quod Curator datus in teſtamento, ſi adminiſtraverit, poteſt conveniri actione negociorum geſtorum (4) nam, quando Teſtator dedit Curatorem, & adultus non petiit dicitur, quod talis datio non arctavit illum ad gerendum, & per conſequens ſi geſſit, ſponte videtur geſſiſſe.

(1) *Leg.* 1. *§. ult. ff. de conf. Tut. Leg. Curatorem* 6. *Cod. de negocior. geſt.* (2) *Leg.* 1. *§. ult. ff. de confirmand. Tut. vel Curat. Oinot. inſtit. h. tit. num.* 6. (3) *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 225. *Montan. de Tutorib. cap.* 29. *num.* 13. *Rot. part.* 1. *recent. deciſ.* 470. *num.* 2. *vid. Formular. Senen. in not. ad form. Curiæ teſtamentariæ pag. mihi* 392. (4) *Gratian. capit.* 335. *per tot. Montan. de Tutorib. cap.* 29. *num.* 1.

## *De Curatoribus Pupilli* §. III.

CAſus, in quibus Pupillo habenti Tutorem dandus Curator eſt, iſti ſunt, videlicet. Si Tutor ob ignaviam, ſimplicitatem, aut ſimilem cauſam ad tutelam exercendam inhabilis ſit, quia tunc non eſt removendus, ſed Curator dandus (1) ſi ſe a tutela excuſaverit ad tempus (2) ſi bona Pupilli adeo diſſita ſint ob loco-

locorum diſtantiam, & Tutor eadem non poſſit adminiſtrare, atque de hoc apud Iudicem conqueratur (3).

(1) *Leg. ſolet ff. de tutelis, & Leg. pietatis Cod. de Juſpect. Tutorib.* (2) *Leg. quæſitum ff. de tutelis.* (3) *Leg. Tutores §. Patruus ff. de adopt. Tutor.*

---

*De Curatore maiorum 25. annis §. IV.*

VItia, ob quibus etiam maioribus 25. annis Curator dandus eſt ſex enumerantur, nempe furor, dementia, prodigalitas, (1) mutus, ſurdus, vel perpetuo morbo laborans, omnibus vero iſtis Curator dandus non eſt niſi impedimento cognito, (2) cæcus autem Curatore non indiget. Romanæ Leges, & Statutum Florentinum *rubr.* 118. *lib.* 2. ius tribuunt coniunctis inſtandi pro ſupponendo aliquo Curatoribus (3), maxime ſi minor ſit (4), & pro ut inferius videndum ſupereſt.

(1) *Montan. de Tutorib. cap.* 28. (2) *Leg.* 1. *&* 2. *Cod. de Curat. furioſor. Gratian. diſcept. for.* 225 *num.* 2. *Cavaler. dec.* 273. *num.* 33. *Ridolph. in prax. cap.* 5. *num.* 97. (3) *ad Text. in Leg.* 1. *ff. de poſtulando.* (4) *Florentina Nullitatis Donationis de Buinis* 28. *Septembris* 1770. *cor. de Riccis art.* 1. *num.* 10.

---

*De Curatore ventris, ſeu naſciturorum §. V.*

SI Pater familias deceſſerit, Uxoremque reliquerit prægnantem & Tutorem teſtamentarium, qui nequit niſi poſt partum æditum tutelam ſuſcipere, quia non natus perſona non eſt, hoc caſu dandus erit Curator, qui bona naſcituri adminiſtret, & hic dicitur Curator ventris Cauſa. (1) Mater ſtatim ac vir deceſſit, poteſt petere ventris Curatorem (2).

Addendum, quod ſi Mater eligi non inſteterit, huiuſmodi Curatorem poterit citari a creditoribus Viri ad legitime ventrem defendendum, ſeu Curatorem petendum (3).

(1) *Leg.* 1. *§. quoties ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo Montan. de Tutor. cap.* 27. *num.* 13. *cap.* 19. *num.* 11. (2) *Leg.* 2. *§. confeſtim, & §. quod ſi ff. ad Senatus Conſult. Tertyllianum.* (3) *Leg. ſi illud ff. ad Leg. Aquiliam.*

De

### *De Curatore hæreditatis iacentis &c. §. VI.*

JAcens alia poteſt eſſe hæreditas, vacans alia; iacens eſt, cuius extat hæres, ſed nondum adita fuit (1), & hæc repreſentat perſonam defuncti (2).

Hæreditas vacans eſt cuius nullus ſucceſſor ſperatur, (3) quo caſu non reprehefentat perſonam defuncti, ſed illius bona dicuntur vacantia (4). Inſtantibus ergo creditoribus hæreditati iacenti, ſeu vacanti dandus a Iudice Curator eſt (5).

In hac ſpecie citari debent omnes, qui ſucceſſionem prætendere poſſunt (6) etſi incerti ſint citari debent per publicum edictum. (7) Hæreditati quoque hæredem habenti dari poteſt Curator, nempe cum hæres ſit creditor defuncti, & contra hæreditatem iura ſua velit experiri (8) debet enim dari Curator hæreditati, quem hæres convenire poſſit; intellige tamen de hærede cum beneficio Legis, & inventarii.

(1) §. *placebat inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ.* (2) *Leg. hæreditas ff. de acquir. rer. dom.* (3) *Leg. fin. ff. de ſucceſſ. ædict. Rota deciſ.* 728. *num.* 15. *part.* 1. *diverſor.* (4) *Leg.* 1. §. *in bona ff. de iur. Fiſci* (5) *Leg.* 2. §. 1. *ff. de Curator. hæredit. dandis.* (6) *Alexand. conſ.* 207. *num.* 1. *lib.* 5. *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 414. (7) *Capyc. dec.* 27. (8) *Leg. nec cum ff. de furtis.*

---

### *De Curatore abſentis, & decocti §. IV.*

CUrator quoque datur abſenti, & quomodo (1) datur patrimonio decocti, cui ſit interdicta adminiſtratio, (2) itemque Eccleſiæ vacanti. Adminiſtrator bonorum abſentis, cuius mors vel vita anceps eſt, proximior conſanguineus eſt, qui admittitur ad capienda bona, cum cautione de illis reſtituendis (3).

(1) *Menoch. de arbitrar. caſ* 150. *n.* 15. *& ſeq.* (2) *Montan. de Tutor. cap.* 28. *n.*66. *& ſeq. Salgad. in labyrint. creditor. par.* 1. *cap.* 2. (3) *Munoz. de ratiocin. cap.* 6. *num.* 47. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 44. *num.* 11.

o§(o)§(o)§o

De

### *De Patris cura in bonis filiorum §. VIII.*

CErtum eſt quod iure veteri filius fam. nil proprium habebat, præter ea, quæ ratione militiæ armatæ, vel, ut aiunt, togatæ acquirebat, ſed ex noviſſimis conſtitutionibus Iuſtiniani, iure illo ſublato, parentibus relictus fuit tantummodo uſusfructus (quem legalem vocant) in bonis adventitiis filiorum ſub Patria poteſtate degentium; ex hoc enim nova emerſit adminiſtrationis ſpecies, pro qua Pater non tenetur regulariter rationem reddere, niſi doloſe adminiſtraverit, ſive uſusfructus ad eum non ſpéctaverit. (1) Verum ſi adminiſtraverit uti Tutor, & Curator filii, vel ſi Caſtrenſia, vel quaſi Caſtrenſia, adminiſtraverit rationem reddere debet (2).

(1) *Montan. de Tutor. cap.* 38. *n.* 19. *& ſeq.* (2) *Munoz. Eſcobar. de ratiociniis adminiſtratorum cap.* 3. *n.* 23. *&* 24.

NOTÆ.

Pater non tenetur cavere, ſicut cæteri uſufructuarii, *Leg. cum oportet §. autem Leg. fin. §. ſi autem Cod. de bon. quæ liber. Maur. de fideiuſſor. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 19. *n.* 34.

Contra Patrem legitimum adminiſtratorem, ſicuti contra quoſcumque Adminiſtratores reales, & neceſſarios competit hypotheca legalis a die ſuſceptæ adminiſtrationis, non autem a tempore quo actus malæ adminiſtrationis fiat, *Montan. de Tutor. cap.* 31. *effect.* 2. *n.* 15. *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *De Luc. de Tutor. diſcurſ* 10. *n.* 9. *&* 11. *Marzimed. dec.* 19. *n.* 1.

### *De aliis adminiſtratoribus privatis §. IX.*

SUb nomine adminiſtratorum privatorum, veniunt inſtitores, factores, aliique quomodolibet aliena negocia, ſeu rem privati, iure famulatus, ex conventione, vel ex quaſi Adminiſtrantes qui ſicut ceteri procul dubio rationem reddere de eorum geſtis, & adminiſtratis tenentur (1) libroſque edere; illud tamen pro regula ſtatuendum eſt, quod privatus adminiſtrator etiam ſine libris rationem reddere poteſt. At ſi iſte alias legitime rationem reddere poſſit, nec conficere libros, nec eos edere tenebitur; quod ſi ratio ſine libris reddi nequeat, hoc caſu privatus etiam, ſicuti publicus, & conficere, & edere libros tenebitur. (2) De variis adminiſtratorum ſpeciebus fuſe agitur in *Florentina Pecunia-*

*ria ſuper pœnis contumaciæ 9. Septembr.* 1719. *cor. Venturini* §. 4. ubi præſertim, quod alii ſunt perpetui, alii temporales. Perpetui quovis anno perfecte rationem reddunt. Temporales alii ſunt Procuratores ad certum negotium, & ſtatim eo completo reddunt rationes etiam ſine libris, alii ſunt plurium rerum, & nequeunt completa parte adminiſtrationis in unaquaque re rationes reddere, verum ſolent in ſingulis rebus calculum tranſmittere.

(1) *Rot. part.* 19. *recent. dec.* 32. *num.* 1. (2) *Rot. part.* 13. *recent. dec.* 291. *num.* 3. *Ludoviſ. deciſ.* 274.

NOTÆ,

Bona adminiſtratoris privati favore domini &c. tacite obligata non ſunt, ut firmat late *Noguerol. allegat.* 1. *ex n.* 30. *Salgad. in labyr. credit. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 28.

Itemque notandum rationem reddendam eſſe in loco adminiſtrationis geſtæ, ſed hoc prudentis Iudicis arbitrio ex qualitate perſonarum, & ex rei adminiſtratione, locique circumſtantiis limitandum *Sabell. in ſumm.* §. *adminiſtrator n.* 1. *&* 10. *fol.* 76. *De Luc. ind. general. verb. rationum redditio fol.* 505.

Notandum inſuper Adminiſtratorem ante redditam rationem præſumi de credito ſatisfactum; quid vero de credito extra adminiſtrationem contracto vidend. *Caſareg. de commerc. diſcurſ.* 150. *per tot. tom.* 3. & ſupra relati.

Ex *Stat. Florent. lib.* 2. *rubr.* 97. pro creditis ex adminiſtratione dependentibus competit hypotheca ſuper bonis adminiſtratoris, etiam tacitum mandatum habentis *Rot. Noſtra lib. mot.* 80. *a* 209. *& lib.* 84. *a* 58. *& lib.* 85. *a* 36. *& recentius in Cauſa Salviati, e Zambi, ut ex ſententia Magiſtratus CC. Legis ad relationem olim Canc. Archi.*

Requiſita legitimæ adminiſtrationis iuxta *Textum in Leg. cum ſervus ff. de condit. & demonſtrat. traduntur in Emporien. Academiæ, & prætenſæ redditionis rationis* 13. *Septembris* 1766. *coram Meoli*.

Actio pro rationum redditione competit non ſolum Domino, ſed cuique habenti intereſſe *Noguerol. allegat.* 172. *num.* 9. *Rot. Rom. cor Cavaler. dec.* 98. *num.* 6. *Rot. Florent. cor. Urceol. deciſ.* 47. *num.* 12. *verſic. ſicut &c. procul dubio ob Statutum Mercantiæ lib.* 2. *rubr.* 85.

Florentiæ quoad dandos Tutores, & Curatores viget Lex diei 8. Iunii 1767. tenoris videlicet „ Dovrà pertanto il predet-„ to Magiſtrato da oggi in poi, per ciò che concerne i Pupilli „ della Città, e dominio Fiorentino mancanti di Tutore teſta-

mea-

„ mentario, preſe in quanto occorra, ed atteſe le informazioni
„ dei reſpettivi Giuſdicenti, ai quali ſieno ſoggetti, provvedere
„ i medeſimi di Tutore, o Tutori legittimi, e in difetto, o per
„ la non idoneità di eſſi, i Tutori dativi; e per i prodighi, de-
„ menti, ed altri di ſopra accennati deputerà in ugual modo i
„ Curatori, uſando dell'iſteſſe regole, e cautele oſſervate fin quì
„ nel deputare sì agli uni, che agli altri gli Attori „.

Neque eſt prætermittendum, quod ea quæ conſtituuntur de ſatiſdatione, de onere conficiendi inventarium, rationem reddendi, excuſationemque petendi, circa Tutores locum habent indiſtinĉte dum agitur de Curatoribus *inſtit. tit. de excuſat. Tutor. vel Curator.* ibique *Oinot. Vinn. Perez.* cæterique inſtitutiſtæ.

# LIBER SECUNDUS.

## *De rerum diviſione, & acquirendo earum dominio.*

## *TIT. I.*

Cum ad perſonas, ad res, ad actiones ius omne pertineat, ut dictum fuit in fine libri primi, & cum uſque adhuc dictum fuerit de perſonis opportune hic de rebus dicendum ſequitur, & acquirendo earum dominio.

Prima igitur rerum diviſio eſt, quod quædam corporales ſunt incorporales quædam; ex his quædam ſunt in noſtro Patrimonio, quædam extra, id eſt quædam in noſtris bonis, quædam non.

Quæ ſunt in noſtro patrimonio vocantur res ſingulorum, & quæ cuique ex variis cauſis acquiruntur; quæ vero extra noſtrum patrimonium ſunt ſubdividuntur in res omnium communes, publicas, univerſitatis, aut nullius.

Res omnium communes ſunt, quæ in nullius dominium pervenerunt, ut aer, aqua profluens, & Cœlo cadens, mare, & littora maris.

Publicæ res ſunt, quæ in alicuius populi poteſtate, ſeu dictione verſantur, quarum tamen uſus ſpectat ad ſingulos, ut Portus, perennia flumina, & viæ.

Res univerſitatis ſunt, quæ non ſingulorum, ſed plurium ſub aliquo Civitatis Collegio, ſive univerſitate contentæ exiſtunt veluti theatra, & ſimilia.

Res nullius, prout hic accipiuntur, ſunt illæ, quæ ab ho-

 mi-

minum poteſtate, & promiſcuo uſu exemptæ, ut res Sacræ, Sanctæ, & Religioſæ.

Res Sacræ ſunt, quæ rite, & ſolemniter Deo per Pontifices conſecratæ &c. quales edes ſacræ, donaria, & ſimilia Divino Cultui dicata.

Religioſus proprie loquendo, prout tradit Textus eſt locus ille, ubi humanum Cadaver ſepultum eſt.

Res Sanctæ in ſtrictiſſima ſignificatione prout hic important ſunt quæ aliqua ſanctione ab iniuria hominum defenſa atque munita ſunt, ut mœnia, Portæ Urbium, quæ per pœnam capitalem contra violatores defenduntur.

Res ſingulorum, natura tales non ſunt ſed longeva occupatione, aut victoria fiunt.

Plures ſunt modi acquirendi rerum dominia, tum Iure Gentium, tum Iure Civili; ſunt tamen, qui cum Vinnio ad duo tantum reduci poſſe putant inſpecto Iure Gentium, id eſt ad factum noſtrum, ſive occupationem, vel ad vim & poteſtatem rei noſtræ.

Occupationis ſpecies ſunt venatio, aucupium, piſcatio, & apprehenſio earum rerum, quæ dominum habere deſierunt, quæve nullius ſunt, ſive quæ dominorum voluntate transferuntur.

Venatione, aucupio, & piſcatione, feræ beſtiæ acquiruntur; ferarum beſtiarum appellatione veniunt omnia animalia, quæ in terra, mari, & in aere vagantur.

Huiuſmodi feræ ſive in proprio, ſive in alieno fundo capiantur, occupantis fiunt, licet Dominus fundi prohibere poſſit ingreſſum in fundum proprium, venandi cauſa, & agere actione iniuriarum contra eum, qui vi ingrediatur. Prædicta animalia noſtra ſunt, quandiu ſunt in noſtra cuſtodia, & poteſtate, nam ſi in naturalem libertatem redierint, iterum fiunt occupantis; Naturalem autem libertatem recuperaſſe intelliguntur, cum amplius in conſpectu noſtro non ſunt, vel difficilis earum perſecutio eſt. Verum ſi fera ab aliquo fuerit vulnerata, attamen eiuſdem non fit, niſi ab eo capta ſit.

Inter feras beſtias enumerantur apes, pavones, & columbæ, ac propterea de his idem Ius procedit, niſi fuerint manſuefactæ, id eſt habeant conſuetudinem eundi, & redeundi; nam quouſque hanc retinent, eo uſque ſunt poſſidentis, & hanc deſerviſſe cenſentur, cum amplius non redeunt, quod Iudicis arbitrio decidendum relinquitur; manſuetæ, quamvis a nobis turbatæ caſu avolaverint, ſeu aufugerint, ubicumque reperiuntur noſtræ ſunt, & qui eas detinuerit animo lucrandi furtum committit. Oc-

Occupationis ſpecies eſt etiam captivitas, unde quæ ab hoſtibus iuſto bello capiuntur Iure Gentium capientium fiunt.

Lapilli, & omnia, quæ in maris litore inveniuntur, occupatione acquiruntur. Quæ nullius nunquam fuerint Iure Gentium inventoris evadunt, quæ vero alterius fuerunt, & in naufragio eiecta ſecus litus inveniuntur non fiunt inventoris, ſed permanent eorum, a quibus fuerunt eiecta. Ad acquiſitionem dominii huiuſmodi rerum ſolus viſus non ſufficit, ſed requiritur etiam apprehenſio *Leg. 3. ff. de acquir. poſſ.*

Vi quoque, & poteſtate rei noſtræ Iure Gentium acquirimus, cuius ſpecies fœtura eſt, nam quæ ex noſtris animalibus naſcuntur noſtra ſunt.

Altera ſpecies acquiſitionis ex vi, & poteſtate rei noſtræ dimanantis acceſſio eſt, cuius ſpecies eſt alluvio, videlicet: Incrementum latens: quando ſcilicet flumina paulatim fundo noſtro, aliquid adiciunt, ita tamen, ut ſenſu percipi nequeat, & quantum, & quando adiiciatur; agri tamen aggeribus limitati Ius alluvionis non conſtituunt, etenim ſemper proprios terminos retinent, & propterea, quod iis adiicitur, eodem Iure cenſentur, quo Flumen.

In abreptione tamen ſecus res eſt, ſcilicet cum ſolus a fluminis impetu avellitur; pars enim, quam flumen detrahit ex tuo prædio, & vicini prædio adiicit, tua permanet, niſi cum fundo vicini coaluerit, & unum continuum fecerit, cuius coalitionis argumentum eſt ſi arbores abreptæ, ſive quæ in abrepta parte ſunt radices egerint in fundo vicini, poſt coalitionem vero ne ad prætium quidem actio competit rei avulſæ Domino, quia videtur eam pro derelicta habuiſſe.

Inſula in mari nata ſit occupantis, nata vero in flumine ſi ſit in medio fluminis communis eſt pro modo latitudinis prædiorum proximiorum Poſſidentium, ſi tamen dicta prædia fuerint illimitata; Si autem uni parti magis quam alteri ſit proxima, eorumdem dumtaxat eſt, qui ab illa parte poſſident prædia, & ſi in aliqua parte diviſum flumen deinde agrum aliquem in formam inſulæ redegerit, eius manet cuius fuerat ante.

Si flumen, naturali alveo relicto, alio fluxerit, & novum alveum occupaverit, alveus derelictus ſit poſſidentium prædia prope ripam, ſicuti inſula, & novus alveus fit Iuris publici; inundatio tamen ſpeciem agri non mutat, unde ager alicuius a flumine inundatus manet eius, cuius ante fuerat.

Pariterque acquirimus de Iure Gentium ſpecificatione, ita dicta, quia eſt formatio novæ ſpeciei ex aliena materia. Si quis igi-

Igitur ſuo nomine, & bona fide ex aliena materia novam opus, & ſpeciem conficiat, quæ in rudem priorem materiam redigi nequeat, veluti oleum ex alienis olivis eius Dominus fit quia cum talis nova ſpecies, quæ antea non erat, nullius ſit, Iure Gentium occupantis fit, & ſpecificatum fit ſpecificantis; quod ſi ſpecies de novo facta in priorem materiam poſſit reſolvi, vas conflatum ex alieno metallo non fit ſpecificantis, ſed remanet Domini materiæ, qui tamen ſpecificanti cum bona fide tenetur impenſas reficere, etenim bona fide ceſſante, aut nova ſpecies poteſt reduci ad priorem materiam, vel non, ſemper cenſetur ſpecificator ſuam operam donaſſe.

ſi bona fide, ſuccurritur Domino purpuræ per conditionem ſine cauſa, vel ad exhibendum

Purpura aliena, veſtimento noſtro contexta, licet prætioſior ſit veſtimento, eidem cedit Iure acceſſionis, quare Dominus purpuræ eius dominium amittit, ſive bona, ſive mala fide contexta fuerit. Si autem mala actio furti, & conditio furtiva ad perſequendam rem noſtram competit. In coniunctionibus ex. gr. incluſione, intextura, implumbatura feruminatione, acceſſorium regulariter ſequitur principale. Principale intelligi ſolet pars maior, ſi partes æquales ſint, habetur pro principali pars prætioſior: ſi etiam valor æqualis ſit, quiſque redit ad rei ſuæ dominium..

Confuſione etiam acquirimus, cum duo pluresve materiæ, dominorum diverſorum eorum voluntate, aut etiam fortuito confunduntur, ita ut unum corpus conſtetur, quod corpus commune fit inter dictos Dominos, limitatur tamen ubi fortuito confundantur materiæ diverſæ, quæ facile poſſunt ſeparari, ut pura plumbum Caii, cum argento Titii, quo caſu confuſum non fit commune, ſed Dominis competit actio ad materiam recuperandam.

Acquirimus mixtione etiam vi, & poteſtate rei noſtræ; differt autem a miſtione confuſio, quia confuſio eſt eorum, quæ ita miſcentur, ut una alteram ingrediatur, & viciſſim alterius partem in ſe accipiat, veluti oleum, cum oleo: mixtio eſt, cum miſcentur corpora, quæ adhuc inter ſe diſcreta ſunt, adeoque vi, & poteſtate rei noſtræ nobis non acquiruntur, ſed ſolum ex Dominorum voluntate, citra quam quilibet Dominus materiam conſequitur actione in rem, quod ſi difficilis ſeparatio ſit, officio Iudicis unicuique reſtituenda materia ſua eſt, non ſolum in pondere, & menſura, ſed etiam in qualitate, & adiudicatione pecuniæ pro meliori conditione.

Poteſtate rei noſtræ per coniunctionem acquirimus, res, quæ rebus noſtris iunguntur, cuius ſpecies eſt edificatio; quidquid enim ædificatur ſolo cedit, & Domino ſoli acquiritur; quare ſi quis ex

Digitized by Google

ex aliena materia, ſive bona, ſive mala fide ædificaverit, alienæ materiæ dominium acquirit, nec poteſt Dominus materiæ tignum vindicare, aut agere ad exhibendum; Intereſt enim Reipublicæ ædificia non deſtrui, ædificio enim manente Dominus tigni habet actionem de tigno iniuncto, qua conſequitur duplum ſuæ materiæ, verum ſi edificium dirutum fuerit, hanc Dominus poterit vindicare.

Si quis e contra ex ſua materia in alieno ſolo ædificaverit, Domino ſoli ædificium acquiritur, ſi mala fide id fecerit, tunc præſumitur donaſſe, ſed ſi bona fide fecerit, & ſit in poſſeſſione ædificii, Dominus ſoli tenetur expenſas reficere, ſi vero non ſit in poſſeſſione illi dumtaxat ſuccuritur ex æquitate. Videtur ſolo coerere etiam id quod conſtruitur ſuper pariete, quæ ſolo incumbat. Qui ædificaverit in ſolo litigioſo, vel bona fide empto, videtur feciſſe ad tuenda Iura ſua, vel ad propriam commoditatem, adeoque diruto ædificio poteſt materiam vindicare.

Eodem Iure acceſſionis planctæ, & ſata nobis acquiruntur, cum cedant ſolo, ſi eidem coaluerint, quia tunc fiunt pars fundi; planctæ autem fiunt communes ſi partim in fundo vicino, partim in noſtro radices egerint, domino tamen planctæ præſtanda æſtimatio eſt.

Scriptura pariter chartæ cedit, ac domino chartæ, quod non procedit in pictura, cui tela, vel tabula cedit, niſi fuerit in re immobili, ſacta; fructus perceptio ex aliena re, bona fide poſſeſſa, fiunt poſſidentis, & hic eſt modus acquirendi dominii de iure naturali; de fructuario autem in propria ſua ſede agemus nunc vero videndum ſupereſt quid Iuris ſit de Theſauro.

Facto noſtro acquiritur Theſaurus, qui definitur: quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius memoria non extat; & Dominum non habet, qui idcirco cum nullius ſit Iure Gentium fit inventoris, & quidem in totum ſi in proprio fundo inveniatur, ſive data opera, ſive fortuito, dummodo non ſit uſus incantationibus; in totum etiam acquiritur inventori, ſi inveniat in loco Sacro, vel Religioſo, ſed ſolum fortuito, nam ſi faciat data opera nihil acquirit, in alieno autem, veluti in Civitatis aut Fiſci loco. inventus Theſaurus pro dimidia tantum inventori acquiritur, & pro dimidia domino loci, ſi fortuito inventus ſit ſi autem data opera acquiritur in totum domino ſoli; per traditionem enim acquirimus dominium rei corporalis, ſicuti emptione, de qua ſuo loco dicendum remanet.

Demum nobis acquiruntur res pro derelicto habitæ, per occupationem, ſive mobiles ſint, ſive immobiles.

NOTÆ.

Fundus proprius intelligitur, hoc loco etiam ille, in quo alius habet uſumfructum, niſi agatur de emphiteuſi.

Pleriſque in locis Theſaurus extrahi nequit abſque Principis licentia, dari ſolita ſub aliquibus conditionibus, ac præſertim, ut tertia pars Theſauri Principi tribuatur.

De rebus amiſſis non pro derelicto habitis quid faciendum ſit examinat *Vinn h. t.*

De diferentia inter opera, quæ fiunt in alveo & quæ fiunt in ripa ad defenſionem propriorum bonorum, tum ad terminos Iuris communis, tum *Leg. Civitatis Florentiæ vid. Florentina Ripæ muniendæ* 20. *Novembr.* 1764. *cor. Querci.*

Qui propriam ripam munire vult tenetur præſtare per decennium cautionem de damno infecto *Motiv. Domini Audit. Anton. Mormorai* 7. *Iulii* 1745. nam nocere non debet vicinis prædictis *Florent. Ripæ munien.* 30. *Settemb.* 1750. *c. Bizzarrini.*

Communitates contribuere tenentur ad ripas reficiendas. Relatio ſex Iudicum *Rotæ* 17. *Maii* 1694. circa expenſas reparationis.

Tignum a tegendo dictum *Leg.* 1. §. 1. *ff. de tigno* iuncto, eoque nomine omnes materiæ, ex quibus ædificia fiunt *Leg.* 7. §. 10. *ff. de acquir. rer. dom.*

NOTÆ.

*Ad verbum dominium.*

Dominium, ut videre eſt penes auctores multiplex eſt, & primo directum ſcilicet, & utile. Directum eſt illud, quod cum proprietate coniungitur; utile, quod reſpicit uſumfructum.

De diſtinctione inter dominium naturale, & civile, opportunius agitur in materia dotis.

De dominio publico ſupremo, aut eminenti diſſeritur a ſcriptoribus Iuris Gentium. Dominium fictum dicitur, quod fictione tribuitur ex. gr. Procuratori ſuper lite revocabile ex. gr. quod acquiritur ab emente cum pacto reſolutivo. Dividitur etiam dominium in univerſale, & ſingulare, quia res privatorum aliæ univerſales ſunt, cuiuſmodi eſt hæreditas, & plerumque dos, aliæ ſingulares, id eſt in unica ſpecie, aut in individuo conſiſtentes, ex. g. equus, tabula &c. illud de his rebus quæ antea in patrimonio noſtro non fuerint, dupliciter acquiri poteſt; Iure Naturæ, ſeu Gentium, & Civili.

Res aliæ corporales ſunt, aliæ incorporales. Corporales ſunt, quæ

Digitized by Google

quæ materiali corpore conſtant, hæc bifariam ſortiuntur diviſionem, quod nempe aliæ ſint animatæ, aliæ inanimatæ, ut fundum, ac ulterius dividuntur ſcilicet in mobiles, immobiles, & ſemoventes; incorporales pariter ſunt, quæ non habent corpus, & intellectu tantummodo percipiuntur, ut Iura, actiones &c.

Piſcatio tam in mare, quam in fluminibus, lacuſque in Italia plerumque prohibita eſt, & inter regalia Iura connumeratur *De Luc. de feud. diſc.* 2. *num.* 7. quod reperitur in litore maris in pleriſque regionibus pertinet ad Fiſcum, vel Principem.

Aquæ fluminis publici poſſunt in uſum privatum diverti, ſi id contingat abſque publici uſus detrimento, ſed hoc eſt a Principe impetrandum *Gab. tract. de aquis qu.* 6. 7. *per tot.*

Pariter Portus viæque publicæ hodie plerumque ſunt inter regalia numerandæ, ratione præcipue vectigalium *De Luc. de feud. diſcurſ.* 2. *num.* 3.

Mare adiacens Territorio Principis reputatur illi ſubiectum, *Monacen. commiſſi* 30. *Iulii* 1746 *cor. Berti.*

Temporibus noſtris ex univerſali fere nationum conſenſu Principes Ius habent ſuper maria ad tuendos ſubditos a peſte, a Piratis, a delinquentium fraudibus, & hoſtibus.

Res communes ſæpe non differunt a publicis.

NOTÆ.

*Ad verbum Regalia.*

Regalia Iura dicuntur hæc ſcilicet; Ius gladii, Ius Legis condendæ, bona publicandi, gabellas, ſeu vectigalia imponendi de quibus vidend. *Sabell. in ſum. in verb. Princeps* §. 45. *n.* 59. quæ maiora, & quæ minora ſint *vidend. apud Peregr. de iure fiſci lib,* 11. *tit.* 2. *n.* 100. *Franc. dec.* 275. *Rocca cap.* 66 *&c.*

Regalia non præſcribuntur ſolo lapſu temporis immemorabilis, quamvis minora ſint præſertim ex *Edicto diei* 15. *Iunii* 1580. aliiſque conſtitutionibus, & conſuetudinibus ſuppreſſi officii della Parte, nec poſſideri valent a privatis, niſi ex conceſſione Principis *Seravizien. conceſſionis Gratiæ* 12. *Septembris* 1772. *coram Salvetti.*

De regalibus plura, & quando præſcribantur, *Roland. conſil.* 3. *Actolin. reſolut.* 32. *Menoch. conſ.* 2. *lib* 1. *Siſlin. de regalib. libr.* 1. *cap.* 5. *Matheu, & Sanz. de regim. Regni Valentiæ cap* 6. §. 1. *Caſtill. contr. de Tertiis cap.* 7. 18. 21. *e* 22. *Maſtrill de Magiſtrat. libr.* 1. *cap.* 19. *Guttierez de gabellis quæſt.* 5. *Fontanell. dec.* 217. *De Valent. diſſert.* 16. *e* 17. *Maer. dec.* 101. *par.* 3. *& deciſ.* 158.

## NOTÆ.

### *Ad §. Confuſione.*

Notandum, quod hodie nullimode audit Forus quæſtiones reſpicientes ſcilicet confuſionem, novam ſpeciem &c. nam hæc potius reſpiciunt materiam melioramentorum ad tradita per *De Luc. de feudis diſcurſ.* 88. *num.* 3. *de fideicom.* 132. *n.* 21. *in conflict. obſerv.* 230. *de regalib. diſc.* 59. *num.* 5. *de emphitheuſis diſcurſ.* 11. *num.* 91.

### *Ad §. Fructus.*

Fructus in genere dicitur, quævis utilitas, quæ vel ab aliqua, vel per alicuius rei occaſionem percipitur.

Sciendum, quod fructus alii ſunt naturales, qui ſcilicet ſponte ſua prodeunt, alii induſtriales, hoc eſt provenientes ex induſtria, & cultura, ut frumentum *Oinot. in §. ſi quis a non domino num.* 3. *h. t. Menoch. de arbitr. caſ.* 210. *per tot.* Induſtriales fructus, qui ſint explicat etiam *Gallus de fruct. diſp.* 2. *art.* 1. *n* 11. *&* 23. ſunt qui addunt mixtos, ſcilicet prodeuntes partim ex natura rei, partim ex induſtria, ut olea; itemque addunt quartum genus, ſcilicet civilium, qui non veniunt ex re, ut penſiones domorum, ſed ex proviſione hominis, *Leg. prædiorum ff. de uſuris.*

In hac materia obſervandum eſt, quod fructus dicuntur illi, qui ſuperſunt deductis expenſis *Rot. dec.* 419. *par.* 12. *rec.* iſtique ſi percipiantur a poſſeſſore bonæ fidei eiuſdem fiunt, nec refert quod bona fides ſit poſitiva, ſed ſufficit quod abſit mala fides, adeoque qualiſcumque titulus, etiam putativus, dummodo non ſit iniquus, poteſt ſufficere ad faciendos fructus ſuos *Rot. dec.* 320. *&* 528. *p.* 2. *rec. Anſald. dec.* 98. *per. tot.* & hoc caſu non tenetur dictus poſſeſſor ad eorum reſtitutionem, niſi a die litis conteſtatæ *Rot. dec.* 422. 431. *&* 455. *par.* 10. *rec.* tenetur tamen illos compenſare cum expenſis, & melioramentis in re poſſeſſa factis *Martimedic. dec.* 99. *per tot.* ſi tamen poſſideret cum titulo valde oneroſo *Tuſch. litt. F. concl.* 490.

Quando, & a quo tempore fructus alicuius fundi, percepti a poſſeſſore tam bonæ, quam malæ fidei compenſari debeant cum melioramentis ad *Theoricam in Leg. ſumptus* 49. *ff. de rei vindicat. vid. Angel. de impenſ. & melioram. art.* 7. *&* 12. *Berſano de compenſat. cap.* 2. *qu.* 18. *Excobar. de ratiociniis computat.* 13.

*Gra-*

*Gratian. diſcept. for. cap* 193. *Menoch. de recuperand. remed.* 15. *num.* 573. *Peregr. de fideic. art.* 50. *a num.* 54.

Quod uſque adhuc dictum eſt procedit quoad fructus conſumptos, ſive naturales ſint, ſive induſtriales, niſi aliquis ex illis factus ſit locupletior, quod eſſet in ſpecie probandum ab allegante *Geriſpin conſ.* 57. *e* 58. *per tot. Franc. dec.* 31. *per tot.* ubi an in dubio præſumatur factus locupletior *Tuſch. d. concl.* 490.

At malæ fidei poſſeſſor nullos fructus facit ſuos, ſive extent, ſive non *Rot. dec.* 153. *par.* 11. *& dec.* 2. *per tot. & dec.* 59. *par.* 12. ubi dicitur, quod tenetur etiam ad fructus, qui percipi poterant *vidend. Geriſpin. dict. conſ.* 57. *e* 58. ubi diſtinguit inter fructus naturales, & induſtriales oſtendendo induſtriales ut plurimum non venire in condemnatione etiam a die litis conteſtatæ, & quando veniant *Rot. dec.* 50. *par.* 17. *rec.*

An, & quando peti valeat immiſſio etiam pro fructibus decurrendis ad *Theoricam Bartoli in Leg. etſi inutiliter n.* 2. *Cod. de fideicom. vid. Conſtant. vot.* 412. *n.* 3. *Tondut. de prevent. iudiciali par.* 3 *cap.* 7. *num.* 4. *Rot. Rom. cor. Bich. dec.* 311.

*Ad §. Melioramenta.*

Agendo nunc aliquid de melioramentis, ſcire oportet melioramenta variam pati diviſionem; ſunt enim alia neceſſaria, alia utilia, alia voluptuoſa: Primi generis rem a peremptione præſervant, ut eſt refectio Domorum ruinam minantium, & ſimilia.

Secundi generis ſunt, qui rei valorem, aut fructus augent ut reductio ad culturam rei incultæ.

Tertii demum generis ſunt illa, quæ nec fructus, nec valorem augent ſed oblectamentum, & ornatum.

In melioramentis, tam primi, quam ſecundi generis a meliorante, qui prætendat de illis ſolutionem, ſtatus antiquus probandus eſt (1) & ulterius quantum impenſum, & quantum melioratum, ut dominus rei habeat electionem inter utrumque reficiendi (2).

Verum utilia malæ fidei poſſeſſori non ſunt reficienda, ſecus vero dominium reſolubile habenti, veluti emphitheutæ, & fideicommiſſario, contra quos non compenſantur cum fructibus perceptis (3) ubi etiam quod attenditur eſtimatio illorum de tempore reſtitutionis *Franc. dec.* 109. imo fructus melioramentorum, donec prætium fuerit ſolutum ſpectant ad meliorantem, illiſque probatis in genere melioranti competit retentio (4) cui tamen erit aſſignandus terminus unius menſis ad ſpecifice liqui-

dandum, quo elapſo nec liquidatione facta concedenda erit actori immiſſio cum onere præſtandi cautionem de iis reficiendis facta liquidatione; quæ cautio non ſufficit quando probata fuerunt tam in genere, quam in ſpecie (5).

Melioramenta ulterius neceſſaria reficienda ſunt, cuicumque poſſeſſori, nec in eis reficiendis proceditur cum regula, quod ſit reficiendum quid minus inter impenſum, & melioratum (6).

Qui plura deſiderat in hac materia, videat (7) ubi an poſſeſſor contra creditorem (8).

Pro regula notandum, quod bona fides valde utiles parere poteſt effectus ( ut obſervatum fuit in materia perceptionis fructuum, & melioramentorum ) qui ex rigore Iuris non admitterentur, quare ſolutio facta procuratori revocato, ignorata revocatione, aut putativo hæredi ſubſlinetur, ut ex (9).

(1) *Rot. dec.* 399. *num* 47. *part.* 5. *rec. & dec.* 120. *part.* 9. *num.* 25. (2) *Rot. ubi ſupra, & dec.* 318. *par.* 11. *dec.* 363. *par.* 12. *rec. Bich. dec.* 129. *num.* 21. *Rot. poſt Urceol. de tranſact. dec.* 29. *n.* 12. *&* 13. (3) *Magon. dec. Lucenſ.* 33. *num.* 34. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 32. *n.* 3. *&c.* (4) *Leg. in aeram in fin. ff. de condit. indebiti Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 1. *Rot. dec.* 206. *dec.* 513. *num.* 12. *par.* 4. *rec. tit.* 1. *Bich. dec.* 179. *num.* 7. (5) *Rot. dec.* 764. *num.* 6. *part.* 3. *& dec.* 238. *n.* 11. *&* 12. *par.* 13. *rec.* (6) *Rot. Rom. dec.* 455. *num.* 1. *&c. par.* 39. *tom.* 2. *rec.* (7) *De Luc. de legit. & detract. diſcurſ.* 35. *ubi magiſtraliter materia pertractatur. Palma dec.* 464. *n.* 97. *tom.* 5. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *dict. De Luc. de legit. diſcurſ.* 20. *num.* 33. *de feud. diſc.* 27. *num.* 2. *Pacion. de locat. cap.* 9. *& cap.* 34. §. 4. *num.* 19. *Rot. dict. dec.* 455. *par.* 9. *rec.* (8) ubi an poſſeſſor contra creditorem in Salviano melior. rei ratione antiquum valor. offerre poſſ. *& De Luc. de credit. diſc* 54. *n.* 7. *e* 8. (9). *Paulut. diſſert.* 57. *per tot. tom.* 2.

## *Ad §. Traditio.*

Ex *Vinn. inſtit. h. t. in §. per traditionem* Traditio, vel vera eſt, quæ naturalis datio appellatur, & in re mobili eſt de manu in manum translatio; in re ſoli in poſſeſſionem inductio, vel ficta, quæ dicitur brevis manus, ex quo patet, quod vera traditio ea eſt, cum quis habens poteſtatem alienandi ex iuſta alienationis cauſa rem corporalem in alium transfert (1) diximus rem corporalem, quia res incorporales proprie non traduntur, ſed loco traditionis in his præſtatur patientia (2), & dicitur hoc caſu quaſi traditio. Dicimus ex iuſta cauſa, ſcilicet titulo ad tranſ-

transferendum dominium idoneo, ex. gr. venditione, donatione &c. abſque ea cauſa traditio non dat dominium. Sola tamen cauſa illa regulariter non præbet Ius in re abſque traditione, quæ propterea dicitur modus acquirendi, qualis in rebus nullius eſt occupatio.

Quando titulus, & cauſa propriæ acquiſitionis impugnari valeat (3).

Ficta traditio ea eſt, quæ fit per clauſulam conſtituti, cum nempe venditor pro emptore, ſe poſſidere conſtituit (4) ex quo oritur, quod cum traditionibus non nudis pactis dominia transferantur, ſecundus emptor &c. cui facta fuerit dicta traditio, vel vera, vel ficta, præfertur illi, cui facta non fuit, quod procedit in aliis contractibus (5).

Dicitur etiam ficta, & brevis manus, hoc modo ſcilicet, quando res noſtras vendimus, aut donamus ei, cui antea eaſdem res tradideramus, ſed titulo ad transferendum dominium inhabili, puta depoſiti; tunc enim fingitur, quod iam traditum fuerat pro nunc tradi; vel traditio fit ſymbolo, & ſic facta eſt, cum traditur aliquod ſignum loco traditionis, veluti clavis horrei pro frumento, quod eſt in horreo (6). Ita ceſſio Iurium, vel conſignatio Inſtrumentorum, aut Scripturarum eſt loco traditionis (7). De traditione per conſignationem clavium plura habentur in (8)

(1) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 27. *art.* 1. *num.* 8. *tom.* 1. (2) *Olea de ceſſ. iurium tit.* 1. *qu.* 4. *n.* 13. *Caſareg. de commerc. diſc.* 56. *num.* 30. *diſc.* 70. *num.* 35. *& ſeqq. tom.* 2. (3) *vid. Theoricam Bart. in Leg. ſi ſervus plurium §. ſi hæreditas ff. de legat.* 1. *ubi quod regula eſt negativa vid. Bonfin. de iur. fideicom. diſput.* 40 *num.* 19. *& ſeqq. Rot. noſtr. in Florent. Fideicomm. de Fabbrinis* 5. *Septembris* 1720. *§. conſideravit tamen cor. Caſareg. & in Florent. Primogen. de Dragomannis* 9. *Septembris* 1730. *cor. Urbani §. locus enim* (4) *Conſtant. dict. annot. Sabell. in ſumm. §. conſtitutum n.* 5. 12. 18. 24 (5) *Pacion. de locat. cap.* 11. *num.* 10. *& ſeqq. Sabell. §. emptor num.* 43. (6) *Oinot. inſtit. h. t. §. ſi quis n.* 1. *pag.* 103 (7) *Donell. ad tit.* 17. *lib.* 8. *Cod in Leg. cum conſtet.* 2. *pag.* 1078. (8) *in Smirnen. ſeu Liburnen. Pignoris, & Hypothecæ* 15. *Septemb.* 1767. *cor. Marchi.*

*Ad §. Theſaurus.*

Hodie de conſuetudine univerſali Theſaurus inter regalia connumeratur, & ad Fiſcum pertinet *Covarruv. regul. peccatum part.* 3. *§.* 2. *num.* 4. *de reg. iur. in* 6. *Paul. Chriſtin. dec.* 16. *in fin. & deciſ.* 17. *n.* 12.

In

In Hætruria vigent ordinamenta anni 1750. publicata edicto anni 1762. quæ iubent tertiam Theſauri partem ad Fiſcum ſpectare detractis tamen impenſis in Theſauro factis, *Florentina Theſaur. ſeu Executionis Obligationis 26. Iulii* 1770. *coram Salvetti pag.* 12.

Qui Theſaurum inventum retinet doloſe, poteſt criminaliter ad extraordinariam pœnam conveniri *d. deciſ. pag.* 11.

---

## DE REBUS CORPORALIBUS, ET INCOPORALIBUS.

### *T I T. II.*

ADdendo nonnulla ad ea, quæ alias incidenter expoſuimus, dicendum remanet, quod res corporales ſunt, quæ materiali corpore, ſeu ſiſico conſtant; incorporales vero, quæ etiam intellectuales dici poſſunt in ſola mentis perceptione conſiſtunt, neque tangi poſſunt, nec materialiter videri unde illud Lucretii.

„ Tangere enim, & tangi niſi corpus nulla poteſt res.

Cuius generis ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt, ut hæreditas, uſusfructus, obligatio, *Leg.* 1. §. 1. *de rer. diviſ.* unde eſt, quod hæc proprie non poſſideantur, vel tradantur *Leg.* 49. *ff. de verb. ſignif.* ideoque obligationes, iura & actiones, nec mobilia, nec immobilia dicuntur *Leg.* 7. §. 4. *ff. de pecul. &c.*

Corporales res ſi transferri non valent de loco, ad locum dicuntur immobiles, ſi autem transferri poſſunt, mobiles vocantur.

Immobiles aliæ ſunt natura, aliæ iure, ſcilicet ad perpetuam utilitatem, aut ornamentum rei immobilis deſtinatæ, mobiles aliæ ita dicuntur in ſpecie, aliæ ſemoventes. Inter corporales res recenſetur etiam pecunia, licet dicatur quantitas. Res autem incorporales dividi poſſunt in qualitates, & quantitates.

---

## DE SERVITUTIBUS URBANORUM, ET RUSTICORUM PRÆDIORUM.

### *T I T. III.*

SErvitus hoc loco nil aliud eſt quam „ ius in re aliena conſtitutum, quo Dominus in re ſua aliquid pati, vel non facere tenetur in alterius perſonæ reive utilitatem „ huiuſmodi ius ſervitu-

tis

tis appellatur, quia re mediante, res contra ſuam naturam cogitur alteri ſervire a Domino ſuo.

Duplex ſervitus eſt „ alia realis „ cum ſcilicet res rei ſervit, de qua hic agimus „ perſonalis alia „ cum res immediate ſervit perſonæ, de qua infra.

Realis, quæ prædialis etiam dicitur, ſubdividitur in prædiorum ruſticorum, & prædiorum urbanorum.

Prior eſt quæ inhæret prædiis ruſticis, altera urbanis, ſcilicet Ædificiis ſive in Urbe, ſive ruri ſint, ad differentiam locorum ruſticorum, quæ ſunt loca vacua ædificiis, ſive ſint ruri, ſive in Urbe.

Prædiorum ruſticorum ſervitutes novem enumerantur a Iuſtiniano videlicet. „ Iter, actus, via, aquæductus, aquæhauſtus, pe„ coris ad aquam appulſus, ius paſcendi, ius calcis coquendæ; ius „ arenæ fodiendæ „.

Iter eſt ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum niſi ageretur equitandi gratia, ſic enim ducere non prohibetur iter habens *arg. Leg. 7. de ſervit. ruſtic. prædior.*

Actus „ ius agendi iumentum, vel vehiculum per fundum vicini, & quidem ſarcinas portans, quod non contingit in habente iter tantum, quare qui habet actus, habet etiam itineris ſervitutem.

Via eſt „ ius agendi, & ambulandi hominis; adeoque continet, & iter, & actum, ac propterea poteſtatem ligna, lapideſque per fundum vicini trahendi, & ferendi haſtam rectam, id eſt exercitum, dummodo ſine fructuum devaſtatione fiat, reliquæ vero ſervitutes per ſe patent, nec clariori explicatione indigent.

At tantummodo animadverti volumus, quod ex vi huiuſmodi ſervitutum nil amplius prætendere poſſumus, quam quod requirit prædii noſtri neceſſitas.

NOTÆ.

*Ad ſervitutes prædiales.*

Prædium, aut fundus dicitur quævis res immobilis, quæ poſſideri poteſt, prædium dominans dicitur illud, ad cuius utilitatem ſervitus ſuper alio prædio imponitur, & hic poſtremus vocatur ſerviens; in ſervitutibus prædialibus hæc duo prædia ſemper neceſſaria ſunt.

Videtur dici poſſe prædium ruſticum etiam ædificium deſtinatum recollectioni, aut conſervationi fructuum, & ad alios

uſus

uſus agreſtes; urbanorum vero etiam viridarium, & alius fundus voluptati, aut magnificentiæ deſtinatum.

Itineris ius conſtitui non poterat minoris latitudinis duorum pedum. Pedis menſura, cui menſuræ nobis cognitæ æqualis ſit, *vid. Prateus in Leg. inter actum* 12. *ff. de ſervitut.*

Ius tranſeundi per alienum fundum abſque circumſtantia eundi ad fundum noſtrum eſt potius ſervitus innominata ex genere perſonalium ſervitutum.

Iumenta ſunt animalia, quæ dorſo aliquid geſtando homini ſerviunt, armenta ſunt quæ arando iuvant.

Vehiculum eſt currus truſatilis unius Rotæ, qui manu vehi poteſt.

Grex eſt quantitas minutorum pecudum.

Iure communi actus conſtitui nequit minoris latitudinis quatuor pedum. Quoniam vero plerumque ſervitutis ſubſtantia a conventione ducit originem, ideo actus conſtitui poteſt etiam ita ut non comprehendat ius agendi vehiculum, vel ſolius voluptatis cauſa deambulandi.

Ex Lege XII. Tabularum via in porrecto, id eſt in recta linea nequit eſſe anguſtior octo pedum, & in anphractu, hoc eſt in curva linea, vel in angulo ſexdecim.

In ſervitute iuris paſcendi, ſi genus, aut numerus pecudum conventus non ſit, poſſunt duci quotquot volumus, modo nulla infectione laborent, aut non opponatur conſuetudo aut uſus Patris familias, aut notabile detrimentum conſtituentis, ipſe etiam poteſt ſuos greges in eodem loco paſcere, ſi paſcua ſufficiant, aut certe ſi agatur de ſervitute compaſcui, qua quiſque vicinorum, poteſt ſuos greges paſcere in proximis alienis paſcuis.

---

### *De ſervitutibus urbanorum prædiorum.*

EX urbanorum prædiorum hic quinque enumerantur ſcilicet, ſervitus „ oneris ferendi „ Tigni immittendi „ ſtyllicidii, vel fluminis recipiendi, aut avertendi „ altius tollendi, vel non tollendi „ & luminibus officiendi.

Servitus oneris ferendi eſt ius, quo paries vicini onera alterius vicini ædificii cogitur ſuſtinere, itaut propriis etiam impenſis teneatur reficere parietem dicto oneri ſuſtinendo imparem, quod eſt peculiare huius ſervitutis, cum in aliis ſola patientia præſtetur, ac proinde dicitur ſervitus ſpuria, aut anomala. Ratio

tio eſſe videtur neceſſitas conſervandi dominii, cui reficiendi onus adnexum eſt.

Servitus tigni immittendi eſt ius quo in parietem vicini licet immittere tignum, id eſt trabem.

In hac ſervitute locum non habet parietis refectio *vid. Vinn. h. t.*

Servitus ſtyllicidii eſt avertendi a ſua æde in domum, vel tectum alterius ſtyllicidium, vel flumen e proprio tecto decidens, aut non avertendi; & ideo duplex dicitur, affirmativa ſcilicet, ut avertendi, negativa altera id eſt non avertendi. Styllicidium eſt aqua pluvialis ſtillatim e tecto decidens. Flumen aqua pluvialis in canales recepta, & fluenter dimanans e tecto.

## NOTÆ.

Servitus altius tollendi, vel non tollendi affirmativa eſt alia, negativa alia. Prior eſt, quando Domino ædis licet ſuam domum altius tollere; negativa quando hoc non licet invito vicino, quæ tamen ſervitus negativa locum non habet ubi Lege municipali contra naturalem ædificandi poteſtatem cautum eſt, ne ædificia ultra certam menſuram adſtruantur.

Nota hic, quod ædificium extolli poteſt uſque ad ſydera, ſed ſi lumina vicini obſcurentur, relinquendum eſt ſpatium legitimum. *Praten. Ædificii* 25. *Septembris* 1732. *cor. Novelli*. Quando hæc libertas limitetur favore Monaſterii, Hoſpitalis, aut alii loci publicæ utilitati inſervienti *Florent. Altius tollendi* 17. *Februarii* 1758. *cor. Bizzarrini*.

Quando domus diviſa eſt in plura ſolaria, & pertinet ad plures Dominos, poteſt Dominus ſolarii inferioris aperire portas, & feneſtras invito Domino ſuperioris, modo ſuperiori muro non noceat, & figere in muro proprio tectoria, & mœniana, quæ proſtent, ſive promineant, ac ponere, & deponere pegmata, ut populares celebritates conſpiciantur *Senen. petitæ demolitionis* 23. *Maii* 1764. *coram Brogiani examinatur Lex anni* 1747. *confirmatoria alterius anni* 1531. prohibens ædificia conſtruere intra primum ab Urbe lapidem *Florentina Iur. Fodiendi* 27. *Maii* 1754. *cor. Soldani*, animadvertendum tamen eſt, quod prædictæ Leges 17. *Maii* 1531. & 14. *Decembris* 1720. & 25. *Februarii* 1547. abrogatæ remanent ex Motuproprio S. R. C. *diei* 3. *Martii* 1777. „ ivi „ *e vuole in avvenire, che ciaſcuno poſſa liberamente anco dentro al miglio edificare Caſe, e botteghe, ed in quelle attualmente eſiſtenti eſercitarvi qualunque arte, e meſtiere, ed aprirvi qualunque ſorte di negozio dall' altre Leggi permeſſo, ſenza pagamento di veruna taſſa* „.

Servitus luminibus non officiendi eſt ius, quo vicino lumen e Cœlo veniens, vicinus adimere prohibetur, quo non ſolum prohibetur altius non tollere, ſed etiam arborem luminibus officientem in platea plantare: ille autem, cui vetitum eſt altius tollere poteſt arborem, aut ſylvam ante prædium dominans plantare *Vinn. h. t.* ubi etiam examinatur in quo differat ſervitus luminum ab iſta ne luminibus officiatur.

Qui apud Vicinum ædificat etiam in parte poſteriori ſi hic adſint feneſtræ, ad capiendum lumen, ſpatium decem pedum relinquere debet.

In Etruria in uſu non eſt, quod relinquatur certum ſpatium inter parietem lateralem vicini, & ædificium nec præfinitum eſt ſpatium relinquendum inter frontem domus vicini, & ædificium *Praten Ædificii* 25. *Septembris* 1732 *cor. Novelli*.

Servitus proſpectus, ſive proſpectui non officiendi eſt qua quis prohibetur quodlibet facere, quod vicino impediat proſpectum non ſolum impediendo lumen, ſed etiam ex parte inferiori dictum proſpectum auferendi, veluti plantando arbores.

Addi etiam poteſt ſervitus proiiciendi, qua cogitur vicinus permittere, ut per proprium fundum coementa, & alia, ad alienum fundum transferantur; non autem ut aliquid ab alieno in proprium proiciatur.

Item ſervitus protegendi qua vicinus impedire nequit, quo minus ſuper eius fundum extendamus tectorium, quod noſtra operit ædificia.

Conſtituuntur ſervitutes, tum ruſticæ, quam urbanæ per quodcumque contractum, per ultimam voluntatem, per adiudicationem, & conſuetudinem, ſeu præſcriptionem.

Quinque modis amittuntur ſervitutes. Primo negligentia non utentis per tempus conſtitutum, quod eſt decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. Secundo rei ſervientis interitu, nam quod ædificio reædificato priſtina ſervitus redit non ex iure, ſed ex utilitatis cauſa conſtitutum *Lege* 19. §. 3. *ff. de ſervitut. prædior. urbanor.*

Tertio acquiſitione dominii, ſeu confuſione rei ſervientis; res enim ſua nemini ſervit *Leg.* 1. *ff. quib. mod. ſervit. amittatur.*

Reſoluto quoque iure concedentis, amittitur ſervitus, cum nemo plus iuris transferre poſſit, quam ipſe habet, ut fideicommiſſarius.

Quinto pacto, & lege ſervituti conſtitutæ adiecta, iſti namque modi communes ſunt omnibus ſervitutibus.

Præterea ſciendum eſt omnes ſervitutes prout luri conformius

mius eſt habere cauſam perpetuam, & eſſe continuas, ſcilicet habitudine, quatenus eſt in poteſtate domini prædii dominantis, ſemper, & quoties vult agere, ire, ambulare, & omnes alias ſervitutes exercere. Perpetuum ergo hic dicitur, quod profluit vel ex facto noſtro, vel ex cauſa naturali licet continuum non ſit. Cauſa ſervitutis vocatur, quod a fundo noſtro arcere, vel in eum ducere volumus ex. gr. in ſervitute aquæductus, cauſa eſt aqua.

Ulterius animadvertendum eſt, quod ſervitus prædii ruſtici per ſolum non uſum amittitur, quia conſiſtit in exercitio, & ſolo facto eius, cui debetur; ſervitus autem prædii urbani, tunc amittitur, cum præter non uſum prædii dominantis intervenerit factum contrarium eius, qui dominus eſt prædii ſervientis, ratio eſt, quod urbana ſervitus nihil habet exercitii, ſed in ſola patientia conſiſtit eius, qui eam debet.

*Appendix*.

Servitus eſt concludenter probanda eo quia in dubio libertas eſt præſumenda; probataque ſervitute ſtricte erit interpretanda, nec regulariter extendenda (1).

Notandum, quod ſervitutes aliæ ſunt nominatæ, aliæ innominatæ. Nominatæ eſſe dicuntur quæ a iure proprium nomen ſortiuntur, ut iter, actus, via; Innominatæ, quæ non habent ſpeciale nomen, ut quando aliquid conſtituitur in alieno fundo, quod de iure fieri non poterat, veluti facere feneſtram in muro vicini (2) aliæ adfirmativæ, aliæ negativæ (3).

Continua ſervitus dicitur illa, quæ ſine hominis facto, vel miniſterio continuam habet durationem, ut onerum ſubſtentatio. Diſcontinua, quæ percutit factum hominis, vel animalium, ut puta tranſitum, vel uſum putei &c. & quamvis diſcontinua ruſticis congruere videatur, urbanis quoque congruit, ut ſupra dictum eſt de aquæ hauſtu.

Urbanæ aliæ ſunt adfirmativæ, ut altius tollendi, aliæ negativæ, ut altius non tollendi.

Ruſticæ enim omnes ſunt adfirmativæ, & per negationem non conſtituuntur (4).

Servitutes ruſticæ, ſi conſtituantur ad utilitatem prædii urbani fiunt urbanæ, & ſervitutes urbanæ, ſi ad ruſtici prædii utilitatem conſtituantur, ruſticæ fiunt.

In ſervitutibus etiam urbanis requiritur vicinitas non menſuranda ex coniunctione, aut finibus, ſed ex commoditate, & uſu. Igitur prædium, ſive ſpatium inter duo prædia poſitum non nocet vicinitati, quotieſcumque liberum ſervitutis uſum non impediat. R 2 Con-

Conſuetudine, ſeu præſcriptione acquiritur ius ſervitutis, & item ſciendum eſt, quod quædam ſunt ſervitutes adfirmativæ, in quibus poteſt eſſe uſus per modum facultatis a Iure gentium conceſſæ, ut ire per fundum vicini, ibique venari (5), & hoc caſu, ut quis conſtituatur in quaſi poſſeſſione, non ſufficit unicus actus, ſed continuatus per triginta dies animo acquirendi ſervitutem, ſciente, & patiente Domino (6).

Quædam ſunt ſervitutes adfirmativæ, in quibus uſus non conſiſtit in mera facultate a iure naturali conceſſa, ſed ubi actus geruntur per modum debiti, ſeu præſumptione ſervitutis, ut immittere tignum in parietem vicini, aut aquam ducere ex alterius fundo, nam hoc a iure prohibetur (7), & tunc ut quis conſtituatur in quaſi poſſeſſione unicus actus ſufficit ad præſcribendum, patiente tamen, & ſciente Domino (8).

Redeundo ad id, quod reſpicit primam partem huius diſtinctionis, ſcire oportet quod cum agitur de actibus facultativis, id eſt a iure gentium permiſſis, & quos quiſque facere poteſt, abſque iuris reſiſtentia, etiamſi ſecuti fuerint per mille annos per eos non acquiritur ſervitus (9).

Excluſa ſcientia, & patientia domini ſervientis fundi, nemo præſcribit ſervitutem, niſi probet de uſu tanti temporis, cuius initii memoria non extat, vel de longiſſimo tempore triginta, vel quadraginta annorum, vel niſi habeat titulum a tertio, qui putabatur dominus fundi, nam in iſtis caſibus neceſſarium non eſt probare ſcientiam, & patientiam adverſarii, ſed ſtante titulo procedit præſcriptio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſi alia concurrant requiſita de quibus *Rot. deciſ.* 416. *part.* 14. *recent.*

Ultra patientiam, & ſcientiam Domini ſervientis fundi, & ultra animum acquirendi ſervitutem in eo, qui illam prætendit de quibus ſupra &c. ad præſcribendam ſervitutem requiritur bona fides, quæ bona fides ſtante titulo, vel curſu triginta annorum præſumitur, niſi mala probetur (10).

Requiritur ulterius tempus continuatum, nam ſi agatur de ſervitute habente cauſam continuam vel quaſi continuam præſcribitur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, niſi agatur contra Eccleſiam, quia tunc requiruntur quadraginta anni, ſi vero agatur de ſervitute habente cauſam diſcontinuam præſcribitur ſolum tempore immemorabili, intelligendo de ſervitutibus realibus; nam perſonales, quæ ſcilicet debentur a re perſonæ, vel ſtante titulo, non obſtante cauſa diſcontinua præſcribuntur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, ſi alia requiſita non deficiant, & de quibus (11). Ve-

Verum per hæc tria vitiata remanet poſſeſſio, ſi nempe vi, aut clam, aut precario ſit acquiſita, cum ſic nec de vicini animo ſervitutem ab alio acquiri compertum ſit, nec de patientia conſtare poſſit, imo potius in contrarium dicendum eſt, *Oinot. inſt. h. t. §. fin. n.* 10. 11.

In dubio tamen inter conſanguineos, & vicinos, & etiam amicos, actus præſumitur factus non iure proprio, nec ſervitutis, ſed ſimplicis familiaritatis iure (12).

Ulterius notandum eſt, quod ſanius conſilium eſt diuturnæ poſſeſſionis beneficium, ſi aliorum habeat argumentorum fomentum præſumptæ tituli probationi applicare, quam ad nudæ præſcriptionis præſidium recurrere, ubi bene concluſa immemorabilis, vel non vitioſa centenaria non aſſiſtat (13): ſervitus ulterius non acquiritur ex facto, & patientia domini utilis, vel Conductoris, vel Coloni (14).

Servitutem realem debens regulariter non tenetur ad aliquas expenſas, ſed tantum præſtare patientiam, excepta ſervitute oneris ferendi, quam debens tenetur ſuis expenſis manutenere (15) qui cuncta in hac materia diſputanda videre cupiat adeat (16).

(1) *Surd. conſ.* 27. *num.* 7. *Carpan. ad Statut. Mediolani cap.* 33. *num.* 12. (2) *Oinot. h. t. n.* 5. *pag.* 105. *aliæ dicuntur dividuæ idem in addit. litt. C aliæ continuæ, aliæ diſcontinuæ Oinot. loc. cit. §. fin. n.* 15. 16. *&* 17. (3) *Idem in §. prædior. urban. num.* 2. (4) *Oinot. loc. cit n.* 23. (5) *§. fere inſtit. de rer. diviſ. Leg. per agrum Cod. eod.* (6) *Rot. dec.* 101. *num.* 10. *dec.* 398. *num.* 7. *& dec.* 416 *num.* 13. *part.* 14. *recent.* (7) *Leg. aquam Cod. eod.* (8) *Leg. quoties ff. de ſervitut.* (9) *De Luc. de ſervitutib. diſc.* 25. *num.* 2. *& diſc.* 31. *Rot. deciſ.* 425. *n.* 8. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* (10) *Rot. deciſ.* 348. *&* 394. *part.* 17. *recent. & de requiſitis Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.* 5. *num.* 18. *& ſeq. Surd. dec.* 177. *per tot. Rot. part.* 4. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 101. *& part.* 14. *deciſ.* 398. *num.* 4. (11) *Oinot. inſtit. h. tit num.* 6. *Rot. dec.* 300. *part.* 9. *recent. & dec.* 347. *per tot. dict. part.* 9. *deciſ.* 119. *num.* 25. *part.* 12. *recent.* (12) *Menoch. de arbitr. caſ.* 160. *num.* 17. *& ſeq. Altograd conſ.* 12. *num.* 24. *lib.* 1. *Pax Iordan. Lucubrat. volum.* 3. *lib.* 14. *num* 24. *& num.* 407. *in fin.* (13) *De Luc. de ſervit. diſcurſ.* 2. *&* 3. (14) *Oinot. inſtit. h. t. in §. ideo autem num.* 3. (15) *Leg. quoties* 1. *in fin. ff. de ſervit. Sabell. reſolut. cap.* 16. *n.* 9. *&* 10. *cap.* 79. *& cap.* 97. *n.* 13. (16) *Cepolla in ſuo tract. de ſervit. De Luc. eod. tit. in ſumma, & diſcurſ.*

DE

Digitized by Google

# DE USUFRUCTU,

## *TIT. IV.*

TRES enumerantur ſpecies perſonalium ſervitutum „ uſusfructus „ uſus „ & habitatio.

Uſusfructus „ eſt Ius alienis rebus utendi, fruendi, ſalva earum ſubſtantia „ hinc oritur, quod in rebus propriis uſusfructus formalis non cadit; dicitur utendi, & fruendi ad differentiam ſervitutis uſus, quæ tribuit tantummodo Ius utendi ad neceſſitatem, non autem fruendi, id eſt percipiendi omnem utilitatem ex re fructuaria, quomodolibet provenientem, diciturque ſalva earum ſubſtantia; quia fructuarius uti debet re fructifera tamquam bonus Pater familias, ita ut eius ſubſtantia deterior non fiat.

Ultima voluntate, & contractu uſusfructus conſtituitur quemadmodum præſcriptione, & ſententia Iudicis in Iudicio familiæ hærciſcundæ, & communi dividundo.

Conſtituitur in omnibus rebus, a quibus aliqua utilitas percipi poteſt, dummodo uſu non conſumentur, nam in rebus quæ uſu conſumuntur, ut oleo, frumento, quarum uſus fit conſumptione, verus uſusfructus non conſtituitur, ſed tantummodo improprius, & inde quaſi reſolvitur in mutuum.

Pluribus modis finitur uſusfructus, & primo morte naturali uſufructuarii; eſt enim Ius perſonale ad hæredes non tranſmiſſibile, ſecundo morte civili, id eſt maxima, & media capitis diminutione; Tertio non utendo per modum, & tempus quo conſtitutus eſt, veluti ſi habeas uſumfructum prædii, & illo utaris, ſed non fruaris, & hoc facias ignoranter nam ſi ſcienter ſecus eſt.

Per tempus id eſt per decennium inter præſentes, & per vicennium inter abſentes; quarto extinquitur cedendo uſumfructum Proprietario, Extraneo autem cedendo non extinguitur.

Quinto per conſolidationem, cum fructuarius acquirit proprietatem rei fructuariæ. Sexto interitu rei fructuariæ, nam uſusfructus eſt Ius in corpore, quo ſublato ipſe corruat neceſſe eſt.

### NOTÆ.

#### *Ad tit. de Uſufructu.*

A practicis uſusfructus alter cauſalis, alter formalis dicitur; cauſalem dicunt illum, qui iungitur cum dominio, & proprietate,

tate, id eſt, qui a domino fundi percipitur: formalem vero, qui nil aliud eſt „ quam perſonalis facultas utendi, & fruendi „ de redditibus alieni fundi ſalvo dominio, ac proprietate do- „ mini directi „ (1) Datur etiam uſusfructus legalis, & ille eſt, quem Lex defert Patri in bonis adventitiis filii ſui ſub poteſtate exiſtentis, de quo infra fuſius agemus

Reſervatio uſusfructus rei donatæ ſibi facta a donante cum facultate alienandi in caſu indigentiæ, an importet uſumfructum cauſalem. *ad Text. in Leg. proculus ff. de uſufructu vid. Florent. Succeſſ. 6. Aprilis cor. Bizzarrini, & Florent. Succeſſ. 25. Iulii 1760. cor. Querci, e Guſci*. Et an cauſalis pariter dici debeat uſusfructus ſucceſſive alteri ſimpliciter relictus ad regulam *Text. in Leg. qui filiab. ff. de legat.* 1. *vid. dict. Florent. Succeſſion. cor. Bizzarrini*.

Hic igitur de formali agimus notando generaliores regulas, quæ plerumque reſpiciunt uſumfructum omnium bonorum, quæ regulariter aptari æque non poſſunt uſufructui particulari, quamvis eamdem naturam ſortiatur, & ex parte aliqua eodem Iure cenſeatur.

Primum igitur ſciendum eſt uſumfructum omnium bonorum ſola bona comprehendere, quæ ad Teſtatorem ſpectant. Ad hoc enim excluduntur bona fideicommiſſo ſubiecta, feudalia, & emphytheutica (2) & an, & quando cenſeatur etiam relictus in bonis fideicommiſſis, & emphiteuticis tradit Urceulus (3) tenetur tamen uſusfructuarius inventarium conficere cautionemque præſtare (4) de qua ſeorſim in ſua ſede agemus, & quamvis non teneatur ad æs alienum, tenetur tamen pati, quod deducatur, & ſolvatur (5) ſicuti tenetur ad legata annua (6) pariterque ad expenſas temporaneas neceſſarias in re, non autem reſpicientes perpetuam utilitatem, & fundi conſervationem (7) itemque ad reficiendas vias (8), quod procedit ſi huiuſmodi expenſæ non ſint magnæ, ita ut per eas reddatur inutilis uſusfructus (9); tenetur inſuper collectas, & taleas, cæteraque fundi onera ſolvere, niſi tanta collectarum ſolutio eſſet, quæ æquivaleret perceptioni fructuum, nam tunc integra ſolutio ſpectat ad proprietarium (10), & ad ſolutionem canonis rei emphyteuticæ, quatenus ad eum eiuſdem rei uſusfructus pertineat (11) quatenus vero rem notabiliter melioraverit, melioramentorum dominus non efficitur (12) quamvis expenſas in meliorando factas recuperare poſſit, quatenus fundus, vel domus ſit inde pretioſior effecta.

Quod attinet ad amiſſionem uſusfructus eo pendente, amittit uſusfructuarius Ius ſuum doloſe verſando circa uſumfructum, puta deteriorando, & occultando res aliquas (13). Eo-

Eodem modo uſumfructum amittit, ſi eo non utatur per decennium inter preſentes, & vicennium inter abſentes (14), & caſu quo præſtiterit conſenſum in alienatione rei uſufructui ſubiectæ (15).

Uſusfructus cum ſit Ius quoddam Perſonale, non poteſt cedi, nec in extraneum transferri niſi accedente conſenſu proprietarii (16) poſſet tamen commoditas fructuum percipiendorum cedi etiam ſine dicto conſenſu (17). Et ita de ſimilibus Iuribus dicendum pro generali regula eſt (18). An vero Ius perſonale ex cauſa neceſſaria cedi poſſit (19). Ex voluntate domini, ſeu teſtatoris uſusfructus in ſubſtitutum tranſire poteſt atque ita relinqui, ut per fideicommiſſum reſtituatur, *Florent. Maioratuum 9. Septembris* 1707. *cor. Bizzarrini pag.* 37. & quando ſecus *Caſtil. de uſufructu lib.* 1. *cap.* 30.

Iuxta Legem Manuum mortuarum anni 1769 „ §. 32. uſuſ„ fructus non facit conditionem. Verum hæc Lex non comprehendit diſpoſitiones ante illam factas, & executas, *Florent. Pecuniaria* 8. *Martii* 1774. *cor. Manſilli* de uſufructu faciente conditionem habentur nonnulla in *Florent. Succeſſ.* 25. *Iulii* 1760. *cor. Illuſtriſs. DD. Querci, e Guſci*. Nota poſtremo ad varios Iuris effectus vita computanda eſt, vel iuxta *Textum in Leg. hæreditatum ff. ad Leg. Falcidiam*, vel ad terminos regulæ, & conſuetudinis *Hoſpitalis S. M. Novæ de Florentia Florentina Fideicomm. ſuper taxatione Dotium* 11. *Septembris* 1773

(1) *Oinot. in* §. 1. *inſt. h. t. De Luc. de ſervitut. in ſumm. num.* 39. (2) *Rot. dec.* 329. *num.* 1. *par.* 10. *rec.* & 375. *num.* 1. *par.* 1. (3) *Urceol. conſult. for. cap.* 45. *num.* 8. *e* 28. (4) *Oinot. in* §. *inſtituitur num.* 4. *eod tit. Rot. dec.* 239. *num.* 11. *par.* 12. *rec.* (5) *Magon. deciſ. Florent.* 59. *n.* 5. (6) *Franc. deciſ.* 483. (7) *Garzia de expenſis, & melioram. cap.* 10. & 11. *per tot.* (8) *De Luc. de regalib. diſc.* 140. *num.* 5. (9) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 32. *art.* 2. *num.* 120. (10) *annot. ad dec.* 636. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.* (11) *dec.* 361. *n.* 12. *par.* 10. *rec.* (12) *dec.* 116. *n.* 9. 10 *e* 35. *par.* 6. *rec.* (13) *Marzimedic. examinat.* 55 & *dec.* 90. (14) *Leg. corruptum Cod. de uſufruct. Gratian. diſcept. for. cap.* 807. *num.* 11. (15) *Duran. dec.* 449. *num.* 5. (16) §. *finali ubi Gloſſa inſtit. de uſufruct.* (17) *Neguſant. de pignorib. par.* 2. *memb* 3. *num.* 9. (18) *Caball. in ſumm.* §. *uſusfructus* (19) *Palm. deciſ.* 356. *num.* 27.

*De cautionibus ab uſufructuario præſtandis, & de effectibus cautionis non præſtitæ, & an de ea præſtanda admittenda ſit liberatio.*

EX præmiſſis compertum eſt uſumfructuarium ad cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & finito uſufructu bona reſtituendi præſtandam teneri proprictarii favore, quare hic opportune exponenda videtur ſecunda uſusfructus diviſio, nempe quod alius ſit proprius, alius improprius; proprius conſiſtit in rebus, quæ uſu non conſumuntur, ſed ſalva earum remanet ſubſtantia, nec in dominium uſusfructuarii tranſeunt. Improprius vero, vel quaſi uſusfructus conſiſtit in rebus, quæ uſu conſumuntur, ut eſt frumentum, pecunia, veſtes, & ſimilia, quæ tranſeunt in dominium uſusfructuarii, præſtita alternative cautione, aut de reſtituenda re eiuſdem qualitatis, & bonitatis, cuius erat res fructuaria, quæ uſu conſumitur, aut de reſtituenda illius extimatione (1). Quo vero ad animalia exiſtentia in fundo hæreditario uſufructui ſubiecto præſtanda pariter eſt cautio de ſubrogandis capitibus in caſu deficientiæ, & de utendo ad arbitrium boni viri (2) plura ad examinandum quomodo uſusfructuarius rerum mobilium cavere debeat *vid. apud De Luc. de ſervitut. diſc.* 53.

Hic obiter agi poſſet de cautione mutiana, de qua fuſe agemus ſub titulo de legatis, de hac pro nunc noſſe ſufficiat, quod locum habet actio, quæ ante mortem legatarii nata non fuiſſet (3), & an duplex cautio, ſcilicet Mutiana, & alia præſtanda ſit a muliere legataria in actu adeptionis poſſeſſionis vid. (4)

Cum ita dubitari nequeat, quod uſusfructuarius teneatur cautionem præſtare (5) conſequens eſt uſufructuarium poſſidente proprictario non facere fructus ſuos, niſi cum interpellaverit cautionemque obtulerit (6), & inventarium confecerit (7) atque ut hæres dicatur conſtitutus in mora ad tradendum uſumfructum requiritur eiuſdem petitio, & oblatio fideiuſſoris (8).

Verum ubi uſufructuarius ſit pauper, ſed bonæ conditionis, cogi non poſſe ad cautionem præſtandam (9). Attamen utrique parti conſulendum eſſe eo caſu tradunt Doctores per dimiſſionem bonorum apud hæredem, vel apud extraneum, qui previa cautione de uſufructu reſpondeat (10). Dives enim an ad dictam cautionem præſtandam teneatur, res apud Doctores anceps eſt, obligationem tamen perſonæ divitis, & notoriæ idoneitatis ſufficere tradit *De*

*Luc.* (11). Illud ſpeciale animadvertendum eſt ex aliquorum Sententia, nec a Teſtatore huiuſmodi cautionem remitti poſſe (12) quamvis poſſit per hæredem (13) ſed ut opinor, rectius alii ſentiunt per Teſtatorem poſſe remitti ea potiſſimum adhibita cautela, per quam Teſtator tribuat uſufructuario liberam adminiſtrandi facultatem bona uſufructui ſubiecta, ut ex (14). Et optime ponderat *De Luc.* (15), ubi ait hoc regulandum eſſe prudentis Iudicis arbitrio „ nam non adeſt maior ratio, quia hæc „ liberatio vetita ſit Teſtatori in caſu iſto, & non prohibeatur „ relative ad Tutores, qui ex notis Iuribus liberari poſſint, & „ ab inventarii confectione, & a rationum redditione, ut in titulo de tutelis habetur.

(1) *Leg. 3. ff. de uſufructu Leg. ſi vini ff. ear. rer. quæ uſu conſumuntur Rot. dec* 229. *num.* 20. *e* 21. *par.* 5. *tom.* 1. *rec.* (2) *Sabell. reſol.* 38. *num.* 27. *Surd. dec.* 67. (3) *Oinot. in §. Si quis ita inſtit. tit. de verb. obblig. num.* 2 (4) *De Luc. de ſervit. diſc.* 51. *n.* 8. (5) *tot. tit. ff & Cod. de uſufruct. & quando uſufruct ec. Mauro de fideiuſſorib. par.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 19. *per tot.* (6) *Rot dec.* 87. *num.* 1. *e* 29. *par.* 9. *tom.* 1. *& dec.* 99. *num.* 3. *e* 4. *par.* 12. *rec.* (7) *Altograd. conſ.* 104. *num.* 16. *&c. Gratian. diſcept. for. cap.* 696. *num.* 12. (8) *Rot. dec.* 259. *num.* 14. *e* 26 *par.* 7. *rec.* (9) *Rot. dec.* 325. *num.* 10. *par.* 13. (10) *Rot. deciſ.* 194 *num.* 20. *& dec.* 259. *num.* 22. *par.* 7. *rec.* (11) *De Luca de ſervit. diſc.* 51. *num.* 7. (12) *Franc. deciſ.* 497 *per tot.* (13) *Rot. dec.* 324. *num.* 27. *par.* 11. *rec.* (14) *dec.* 129. *num.* 1 *par.* 15. *rec.* (15) *De Luca de legat. diſc.* 39. *num.* 11. *& in conflict. obſervat.* 131.

---

*De uſufructu Patri debito in bonis adventitiis filii.*

CErtum in Iure eſt, ut ſparſim alibi in hoc opuſculo tradidimus, dari uſumfructum legalem, ſeu, ut aiunt, uſumfructum Patris in bonis adventitiis filii ſub Patria Poteſtate degentis, ita ut ille veniat ſub hypotheca omnium bonorum ad favorem creditorum Patris (1), quo caſu tamen in ſubſidium ſunt detrahenda alimenta pro filiis, & patre, ante quam Creditores Patris illum conſequantur (2) Nec poteſt uſusfructus extingui, nec renunciari in fraudem creditorum; fallit tamen regula in multis caſibus, tam relative ad mentem diſponentis, quam relative ad naturam bonorum quorundam, vel relative ad Legis

diſ-

diſpoſitionem, de quibus omnibus fuſe agit *De Luc. de ſervit. diſc.* 60. *e* 64. Quo ad primum non debetur Patri uſusfructus ſi ex contrario Iudicio, vel expreſſo, vel tacito Teſtatoris; id appareat. Verum ſi agatur de materia coniecturali, coniecturæ debent eſſe urgentes, & non equivocæ, ſufficiunt tamen ad probandam teſtatoris voluntatem teſtes ſingulares, at ex quibus circumſtantiis, & coniecturis id deducatur (4).

Quo ad ſecundam partem fallit regula in bonis feudalibus, in quibus Patri non acquiritur uſusfructus (5) in bonis, quæ per Principem filio donantur (6), in bonis quæſitis a filio familias Clerico poſt clericatum (7), ut alio in loco fuſius dictum fuit, nec debetur in illis bonis, in quibus filius una cum Patre ſuccedit (8), nec in bonis, quæ filius acquiſivit cum vinculo fideicommiſſi (9) nec in bonis relictis filio temporaliter, donec altera perſona oriatur (10), nec in bonis pro dote traditis (11), & eo caſu, quod uſusfructus fuerit filio relictus cum conditione, quod Pater non habeat (12). Quando Pater noluit adire hæreditatem filio delatam (13). Si Pater contrahat inceſtuoſas nuptias (14). Si filio relictus fuerit tantum uſusfructus (15). Poſtremum ſi peculium quæſitum fuerit filio ob culpam, vel Patris contraventionem (16), vel idem neget alimenta filio (17).

(1) *Urceol. conſul. for. cap.* 14 *per tot.* (2) *Arias De Meſa variar. reſol. libr.* 2. *cap.* 37. (3) *Rot. par.* 18. *rec. dec.* 140. *per tot. vidend. conſultatio Aloiſii Manſi impreſſa penes Sabell. in ſum. § uſusfructus* (4) *Rot. loc. cit.* (5) *Boer. dec.* 199. *num.* 2. *Michalor. de fratrib cap.* 3. *num.* 32. (6) *Leg. cum multa Cod. de bonis quæ liberis Rot. par.* 10. *rec. dec.* 54 *num.* 3. (7) *De Luc. de ſervit. diſc.* 60. *n.* 10. (8) *Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 3. *n* 53. *authent. item hæreditas Cod. de bonis, quæ liberis Bald. conſ* 324. *vol.* 5. *Surd. conſ.* 116. *Florent. Uſusfructus Septembris* 1691. *cor. Venturini §. Baldus &c Florent. Fideicom. de Ferronis* 15. *Maii* 1737. *cor. Venturini pag.* 34. (9) *De Luc. de fideicomm. diſc.* 242. *num.* 4. (10) *De Luc. de ſervit. diſc.* 63. *num* 6. (11) *Michalor. de fratrib. par.* 1. *cap.* 3. (12) *Mickal. loc. cit.* (13) *Michalor. ubi ſupra* (14) *Michalor. dict loco* (15) *idem Michalor.* (16) *Michalor. dict cap.* 3. (17) *Leg. penult. Cod. de patr. poteſt. Boer. dec.* 196. *num.* 51.



Digitized by Google

### *De uſufructu mulieri per virum relicto.*

MAriti decedentes quandoque uxores ſuas reliquunt *donna, e madonna*, vel *donna, e madonna, ed uſufructuaria*, vel *uſufructuaria di tutti i beni*, vel ſimpliciter uſufructuaria; ſi mulier fuerit relicta uſufructuaria omnium bonorum, & Teſtator habeat filios, & deſcendentes, eoſque iſtituat hæredes regulariter veniunt eidem præſtanda tantummodo alimenta, & non totalis uſusfructus, ut aiunt ex conſuetudine Bulgari ita interpetrantis (1) verum ſi hæres inſtitutus fuerit extraneus, tunc mulier totum capit uſumfructum (2). Notabile quoque eſt, quod ſi mere fuerit relicta uſufructuaria, debet mulier de manu hæredis capere alimenta *Roland. a Valle conſ* 74. *& Cavalcan.* loco inferius citando *num.* 38. ſi autem eſt relicta domina, & uſufructuaria poteſt capere alimenta propria auctoritate.

Ulterius animadvertendum ad effectum de quo infra dicemus, quod idem eſt dicere relinquo uſufructuariam, quam dominam, & maſſariam, vulgo *donna, e madonna*, vel gubernatricem, & adminiſtratricem bonorum meorum, quia in his caſibus, exiſtentibus liberis eiuſdem matrimonii, ut ſupra obſervatum fuit intelliguntur relicta alimenta (3) eo, quia verbum domina importat tantum præeminentiam, & non dominium in domo, & verbum *uſufructuaria tantum* importat non verum uſumfructum, ſed quamdam alimentationem conſuetam, & modo quo dixiſſet *dominam tantum*, vel *uſufructuariam*, ea ratione quia non eſt veroſimile, quod Teſtator voluerit filiis ſuis relinquere inane nomen hæredis (4).

Nec reſtringitur ad ſola alimenta, quando Teſtator diſcretive locutus eſt (5)., & ideo quando relinquit uxorem dominam, & maſſariam, & uſufructuariam omnium bonorum, ac univerſæ hæreditatis, tunc dividendus eſt uſusfructus cum filiis (6).

(1) *Gloſ. magiſtralis in auth. hoc loco Cod. de ſecund. nupt. Papienſ. in forma libelli, quo uxor agit ad dotem in Gloſ. donec num.* 5. *Borgnin. Cavalcan. de uſufruct. mulier. relict. lib* 1. *cap.* 1. *ſub num.* 18. (2) *dict. Cavalcan. ſub num.* 24. *loc. cit.* (3) *Cavalcan. dict. cap. num.* 39. *Rot. dec.* 349. *par.* 10. *& deciſ.* 117. *par.* 11. *& dec.* 503. *num.* 3. *par.* 14. *rec. & de verbo domina, & maſſaria, vid. Alexand. conſ.* 428. *in fin. vol.* 3. *Decio conſ.* 454. *num.* 1. 3. (4) *Pract. Papienſ. in forma libelli, quo uxor agit ad dotem §. donec ſub num.* 5. *Cavalcan. loc. cit.* (5) *Rot. deciſ.* 290.

290. *num.* 4. *& dec.* 349. *par.* 10. *dec.* 117. *par.* 11. *dec.* 502. *num.* 3. *par.* 14. *rec.* (6) *dec.* 117. *num.* 16. *par.* 11. *rec. Peregrin. dec.* 38. *num.* 7. *dec.* 192. *num.* 6.

*Gabella.*

Regulariter viduæ ſimpliciter relictæ Tutrici, & Adminiſtratrici non debentur ex Patrimonio viri alimenta, *Rot. Florentin. poſt Girond. de gabell. dec.* 42. *num.* 12. attamen deberentur in ſubſidium ſi non haberet aliunde, puta ſi non haberet, nec dotem, nec extradotalia, nec patrem, nec Matrem, nec fratres a quibus poſſet alimenta percipere, *Rot. Rom. dec.* 30. *num,* 29, *par.* 18. *recent.* quo caſu non deberetur Gabella nam quando alimenta dantur in ſubſidium a Lege, & non a Teſtatore, non debetur Gabella, *dict. dec. ſub num.* 11. At quando fuit relicta adminiſtratrix abſque onere reddendi rationem eidem debentur alimenta *dict. dec. num.* 12.

Ex Statuto *Gabellar. Florentiæ rubr.* 29. de uſufructu mandatur tertiam partem ſolum Gabellæ integræ ſolvi de legato relicto cum onere habitandi cum filiis, aut nepotibus *dict. dec. n.* 19. vel agatur de alimentis legatis, vel de uſufructu.

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus.*

MOnendum ſupereſt, quod legata prædicta quandoque fiunt, ſi Mulier vidua permanſerit, vel dummodo honeſte, & caſte vivat, quare perſcrutanda eſt mens Teſtatoris, ne forte diſpoſitio evadat contra eiuſdem voluntatem.

Si agatur de legato facto Mulieri, ſi caſte, & honeſte vixerit, ſi dicta Mulier tranſierit ad ſecunda vota non amittit legatum, quia etiamſi ſit in Matrimonio dicitur caſte vivere (1).

Legatum quoque factum ſi vidua permanſerit, quamvis ſecundo nubat debetur (2), quia ſufficit etiam momento viduam extitiſſe ad purificandam conditionem.

Quapropter ſi Teſtator voluerit, quod Uxor non conſequatur legatum ſi ad ſecundas nuptias convolaverit, debent apponi verba hæc: *donec, & quamdiu vidua permanſerit*; nam hoc caſu non debetur legatum ſi ſecundo nupſerit.

Liberatio a confectione inventarii indicat verum uſumfructum Uxori relictum (3).

Cavendum eſt in extenſione legati uſusfructus non incipere lega-

legatum a relinquenda re, ſeu bona, quia ubi legatum incipit a re, & bonis, proprietas dicitur legata non obſtante adiectione uſusfructus (4).

Itemque ſciendum quod quando in legato uſusfructus adeſt prohibitio alienandi cenſetur etiam relicta proprietas (5).

(1) *Altograd. conſ. 65. num. 1. lib. 1. Rot. deciſ. 95. per tot. part. 12. & dec. 502. per tot. part. 14. recentior.* (2) *Mantica de coniecturis ultimar. voluntat. lib. 11. tit. 19. num. 17.* (3) *Rot. deciſ. 502. num. 6. part. 14. recent.* (4) *Rot. part. 13. recent. deciſ. 160. num. 3.* (5) *Rot. part. 9. recent. deciſ. 289. reliqua vide ſub tit. de legat.*

## DE USU, ET HABITATIONE.

### *T I T. V.*

Uſus *eſt ius alienis rebus utendi ſalva earum ſubſtantia*. Ab uſufructu præcipue differt, quia uſusfructus dat etiam ius fruendi, uſus vero ſolum utendi, & quidem ad neceſſitatem, & quotidianum uſum tantummodo uſuarii, unde habens uſum fundi poteſt ſolum uti frugibus, lignis &c. quantum ſufficiens ſit ad uſum quotidianum, æſtimandum ex conditione, & dignitate perſonæ; hinc oritur, quod uſuarius non poteſt vendere vel locare commodum percipiendi fructus, cum in uſu conſideretur perſona utentis non ita in uſufructu, & quoniam in uſu datur ius utendi ad quotidianum uſum uſuarii, atque eius familiæ, quæ habet uſum ædium, eas alteri locare nequit, ſed ipſe poteſt ibi habitare cum Uxore liberis, ſervíſque, ac hoſpitem recipere; iumenti pariter uſuarius, ipſe ſolum uti poteſt eiuſdem miniſterio, & opera; non autem ius ſuum in alium transferre.

Quia lana, lac, & fœtus animalium inter fructus recenſentur, uſuarius Pecorum &c. nec lana, lacte uti poteſt, ſed ſolum dictis animalibus ad ſtercorandum proprium agrum.

Habitatio *autem eſt ius habitandi in domo aliena ſalva domus ſubſtantia*, differt ab uſu ædium, quia plus iuris confert, quam ille; nam ob hanc ſervitutem ædes nedum habitari, verum etiam poſſunt locari, & præterea quia nedum in ædibus, ſed etiam in prædiis, in pecoribus &c. poteſt conſtitui; habitatio tamen in ſolis ædibus.

no-

Digitized by Google

NOTÆ.

Uſuarius tenetur ſatisdare eodem modo, quo uſusfructuarius *Leg. huic §. ſed ſi uſus ff. uſuſruct. quemadm. cauſetur Oinot. hoc tit.* ſicuti ille, cui habitationis uſus relictus fuerit *Leg. ſi habitatio ff eodem.*

Uſuarius non poteſt alteri locare commoditatem uſus *Leg. ſed neque locabunt ff. de uſuſruct.* niſi alioquin inutilis eſſet uſus, vel niſi tam ſpatioſæ domus uſus relictus ſit, ut portiuncula uſuarius contentus ſit *Leg. cæterum in princ. ff eod.*

Relicto uſu domus reſtringitur ad naturam uſus, ut ſcilicet cui relictus eſt non poſſit alteri locare, verum cui relicta fuerit domus habitatio, eam poteſt alteri locare *Oinot. ubi ſupra.*

---

## *De intratura.*

INtratura, ſeu ius uſus ſecundum (1), nil aliud eſt, quam ius ſuperficiarium; quod acquiritur ab Artifice conducente apothecam alterius Dominis ſubiectam ob exercitium in ea factum per quoddam determinatum temporis ſpatium. Novum ius hoc dici poteſt, quod plerumque viget Piſis, Senis, Florentiæ, ubi præcipue omnia artium Statuta diſponunt, quod quisquis ſubiectus fuerit dictis artibus, ac matriculatus (nam qui non eſt matriculatus nullo gaudet privilegio, ut (2)), conduxerit apothecam, ſeu tabernam, eamque tenuerit, puta, per quinquennium, acquirat contra Dominum intraturam (3) cuius vi a tali loco nequeat expelli, ſi penſionem ſolvat, vel dicto iuri non renunciaverit, huc uſque dicta pro generali regula tradita ſunt, quia non omnia artium prædictarum Statuta uniformia extant, adeoque in caſus contingentia iuxta normam uniuſcuiuſque procedendum eſt (4) his præmiſſis dicimus.

Intraturam aliam magnam vocari, aliam parvam certum eſt: magna eſt ea, quæ oritur ex conventione, aut ex lapſu decem annorum, quæ longi temporis, vel longiſſimi dicitur, puta 20. 30. 40. annorum, & acquiritur etiam de Iure Communi, ad tradita (5).

Quæ tamen opinio (pace tantorum virorum dixerim) non ſatis tuta mihi videtur, cum certum ſit, nil de hoc a iure communi cautum legi, nam *Gloſſ in Leg. 6. verbo Aritrarii ff. de naut. Caupon. & ſtabul.* quæ tamquam fundamentum huiuſmodi opi-

opinionis adfertur, toto cœlo diſtat ab hac materia, nec de aliquo privilegio quidquam ibi agitur, habita etiam ratione, ut aiunt, ad avviamentum, quod ſatis patet iuxta ea, quæ dicenda ſunt in *tit. de locat. & conduct.* cum de antiquo Conductore, relative ad novum agitur ad normam *Text. in Leg. ne cui Cod. locati.*

Parva eſſe dicitur, quæ provenit ex Statuto, & quæ acquiritur per exercitium quinquennale, ut ex (6)

Utraque ex his dicitur ſe habere ad inſtar dominii ſuperficiei non longe diſtans ab emphyteuſi (7) quod vendi, & alienari poteſt (8). Etenim conſideratur quædam ſpecies ſervitutis alienabilis, & ideo in hac materia non conſideratur locatio, (9) ſed exercitium *Florentina Intraturæ* 31. *Martii* 1772. *cor. Illuſtriſſimo D. Audit. Roſſi pag.* 3. Quapropter acquiritur in bonis emphyteuticis, Eccleſiaſticis *Florentina prætenſæ Prælationis ſuper Intratura* 30. *Septembris* 1750. *coram Angiolini*, fideicommiſſo ſubiectis &c. etiamſi Artifex habeat aſſictum ab eo cui prohibita eſt locatio (10)

Intratura parva non poteſt alienari, nec cedi ſine conſenſu Locatoris, quod non procedit, ſi alienatio facta ſit in alium eamdem artem exercentem, nam tunc conſenſus Domini non requiritur (11).

Poteſt tamen Conductor ſublocare apothecam in qua habet Intraturam, non obſtante pacto in contrarium inito, dummodo concurrat licentia Domini quam denegare non poteſt *d. dec.* 24. *num.* 1. animadvertendum tamen eſt, quod non datur Intratura Intraturæ, adeoque, ſubconductori non acquiritur Ius Intraturæ (12).

Addendum quoque quod hoc ius competit etiam Artifici, qui apothecam diſdixit, & renunciavit (13) quia per hoc non intelligitur iuri intraturæ renunciaſſe, ut firmatum fuit per Conſules Fabricant. in cauſa (14) ex allata ſuperius ratione, quod ſcilicet ſit ius alienabile, & conſiſtens in avviamento mediante induſtria Conductoris a quocumque alio iure, ut dixit (15) ac propterea ſi Dominus voluerit Conductorem expellere, vel pro ſe exercitium exercere, aut penſionem Conductor non ſolverit, Dominus tenetur æſtimationem Intraturæ ſolvere Conductori (16) quod tamen non procedit ex diſpoſitione omnium Statutorum, ſed aliquorum tantummodo.

Notandum tamen eſt ſocio non exercenti artem non competere ius Intraturæ, ut patet ex *Motiv. Dom. Advoc. Carneſecchi de die* 3. *Decembris* 1671. ubi firmatum fuit, Dominum Antonium de Panſis nullum ius habere cum illo de Fantinis Socio, ex quo ipſe non exercuerit in dicto negocio propriam induſtriam

per-

perſonalem, licet pro medietate poſuiſſet capitale, eo quia Intratura reputetur, quoddam ius perſonale ratione exercitii actualis.

Dicendum inſuper eſt, quod aliquando etiam domus inherens apothecæ ſubiecta eſt ſervituti intraturæ, quam gaudet Conductor, & id accidit quando agitur de illis ſtantiis ad quas non eſt aditus, niſi per eaſdem apothecas iuxta (17)

Illud ſpeciale eſt in hac materia quod Artifex acquiſitioni iuris prædicti renunciare nequit, & ſi renunciaverit nulla eſt renunciatio ſi facta fuerit abſque Decreto Conſulum, ut accidit iuxta diſpoſita a Statuto Fabricantium; tenet tamen renunciatio facta abſque ſolemnitatibus poſt acquiſitam intraturam, ut pronunciatum fuit de anno 1623. 22. *Maii* (18) ubi deciſum fuit ad terminos Statuti Artis S. Mariæ, vulgo *detto della Seta rubr.* 16. *lib.* 2. *tit. delle botteghe*.

Neque prætermittendum eſt, quod non ſemper verificatur ob non ſolutionem Canonis, Intraturæ ius amitti, quia hoc procedit, quando adſit pactum huiuſmodi (19) in apoca locationis, & præciſive ſi agatur de Statuto Artis Fabricantium ex *rubric.* 13. *cap.* 8.

Et quod dicta Statuta de Intratura diſponentia ligent etiam Eccleſiaſticos decrevit. Clariſſima Practica Secreta in Cauſa *Presbyteri Romuli Cappellani, & Silveſtri Sutoris al Canto al Diamante* (20).

Notandum obiter eſt, quod Statutum Fabricantium in hac materia nil aliud diſponit, quod Locator nolens ulterius detinere in ſua apotheca Conductorem habentem Intraturam debeat eidem diſdictam facere per ſex menſes ante quam cogatur diſgumbrare, & ſi dictus Locator noluerit ad proprium uſum uti dicta Apotheca, ſed eam alteri locare, debeat eam detinere clauſam per duos annos continuos, cautionemque præſtare de hoc faciendo, ut reſolutum fuit (21).

Nota quod ſi agatur de furnaci, diſdicta debet fieri per unum annum antea ut ex dicto Statuto.

(1) *Soccin. Sen. conſ.* 50. *vol* 2. *num.* 3. (2) *Ex mot. diei* 3. *Octobris* 1741. *coram Excellent. Domino Franciſco de Guerrazzis*. (3) *De Comitib. dec. Florent.* 24. *num.* 60. (4) *De Comitib. d. deciſ* 24. *num.* 61. & 62. (5) *De Comitib. d. dec. num.* 7. (6) *Magon. deciſ. Florent.* 112. *Urceol. deciſ.* 24. *num.* 1. loquentium de Statuto Artis Fabbricantium. (7) *Soccin. ſen. conſ.* 50 *n.* 12. *Fulgoſ. conſ.* 240. *in princ.* quod Intratutarius pariſicetur Uſufructua-

rio, emphyteutæ, aut Superficiario *vid. motiv. diei* 17. *Novembris* 1570. *coram Barbiſon. lib. mot.* 32. *a* 350. *verſ. & æquiparatur, Florentina Diviſionis utilium* 23. *Septembris* 1758. *in tom.* 2. *Theſaur. Ombroſ.* (8) *De Comit. d. deciſ. n.* 20. *& Florentina Intraturæ* 31. *Martii* 1772. *cor. Roſſi pag.* 4 (9) *Urceol. deciſ.* 18. *ſub n.* 51. *De Comit. d. dec.* 24. *num.* 9. (10) *De Comit. dict. dec. n.* 14. (11) *d. dec. n.* 23. *&* 24. (12) *Lib. mot.* 29. *a* 70. *in motiv. diei* 3. *Decembris* 1568. *Urceol. d. dec.* 18. *num.* 33. (13) *De Comitib. d. dec. n.* 8. (14) *lib. mot.* 99. *a* 47. *in motiv. diei* 26. *Ianuarii* 1618. (15) *Lib. motiv. a* 100. *num.* 243. (16) *Rot. Florent. motiv.* 104. *a* 265. *in Florentina Intraturæ diei* 9. *Februarii* 1625. *& lib.* 29. *a* 204. *motiv. diei* 23. *Ianuarii* 1567. (17) *præd. motiv. Dom. de Carneſecchis in Cauſa Panſi diei* 3. *Decembris* 1671. *art.* 17. *Caſtrenſ. conſ.* 24. *verſic vero; Anſald. dec.* 60. *num.* 23. *tom.* 1. *Manſ. conſ.* 186. *n.* 14. *tom.* 2. *Sanminiat. controv.* 40. *n.* 11. *num.* 1. (18) *Ex relatis a Domino de Carneſecchis in Cauſa Mancini, e Bicchierai, & in Cauſa Franceſchi, e Fantoni in d. motiv. Florentina Locationis coram Roſſi* 5. *Aprilis* 1775. *pag.* 11. *& ante illum Florentina Intraturæ* 6. *Septemb.* 1723. *cor. Urbani* (19) *De Comitib. d. deciſ. Florent.* 24. *n.* 91. (20) *Filtia* 7. *e* 16. *relata per Dominum de Carneſecchis in d. motiv* (21) *A Domino Aſſeſſore Altoviti in Cauſa Pettinelli, e del Bruno ſub die* 5. *Februarii* 1677. *& in Cauſa Borghigiani, e Palmieri, ut patet ex motiv. diei* 30. *Auguſti* 1725. *Domini Aſſeſſor. de Libris ſub die* 28. *Septemb.* 1751. *a Domino Cancellario Montordi in Cauſa Medici, e Berretti, ut conſtat ex motiv. eiuſd. typis impreſſo.*

Quod ius intraturæ non ſubiaceat ſanctionibus Legum Manuum mortuarum firmatum fuit in *Volaterrana Locationis, quoad prætenſam Allodialitatem* 18. *Iunii* 1776. *coram Domino Auditore Morelli ubi allegatur etiam alia Deciſio Domini Auditoris Roſſi.*

---

## *De retractu.*

hoc ius in Etruria ſublatum fuit ex nova conſtitutione

HOc ius nil aliud eſt „ quam facultas, ſeu Poteſtas recuperandi ſive retrahendi ex manu Emptoris rem Immobilem, quæ per eum inſcio, ſeu invito vicino, vel conſorti empta fuit „ Illudque aliquando vocatur ius Prothomiſeos, Retractus, vel Recompræ, a retrahendo, vel redimendo iuxta conſuetudinem, & uſum

uſum loquendi diverſarum Provinciarum (1). Hoc ſane ius condomino prius, ſive conſorti, poſtea confinanti competit, & ante alienationem ius congruum appellatur, poſt vero ius retractus; in plures illud dividi poſſet ſpecies. Nos vero de prælativo tantum, ſeu legali agemus, qui ex Statuto Florentino promanat in *rubr.* 109. *lib.* 2. „ ibi „ nulla perſona debeat alienare, vel concedere, aut acquirere inter vivos aliquam rem immobilem communem cum aliqua perſona conſorte, vel aliquam rem immobilem, iuxta aliquam perſonam muro communi mediante, tenens in ea fructum, uſum, vel habitationem, aliquo titulo inter vivos concedere, vel acquirere.

Ex quibus Doctores communi voto firmant ius illud non ſolum conſorti competere, ſed cuicumque habenti ſuper re immobili iura, & actiones; hinc oritur quod retractus competit etiam emphyteutæ, habenti ſervitutem (2) Intraturam &c. illud quoque locum habet in datione in ſolutum, in venditionibus factis mediante ſubhaſtatione (3). Verum notabile eſt, quod in hoc datur præventio, & gratificatio, ita ut venditor poſſit eligere conſortem, ſeu confinantem etiam in modico, & ſic Florentiæ pro inconcuſſo iudicandi ſtylo obſervatur (4) ad excluſionem illius, qui maiorem extenſionem coniunctionis habet (5).

Sciendum inſuper eſt, quod ex vi dicti Statuti, ſi quis vendere velit abſque periculo retractus, debet prius aſſignare conſorti, ſeu vicino iudicialiter tamen, quod eſt pro forma *Marradien. Retract.* 15. *Decembris* 1615. *cor. Olea*, terminum unius menſis ad deliberandum, an emere velit, quo elapſo, & nulla ſequta ex parte intimati declaratione, poterit cuicumque vendere: verum ſi conſors voluerit emere, & de pretio non conveniat, poteſt petere æſtimationem rei, quia retrahens habet electionem emendi pro pretio iam conſtituto, vel deveniendi ad novam æſtimationem ad mater. vidend. *Corradin de iur. prælation. quæſtion.* 2. *num.* 3 & ſic deciſum fuit Florentiæ *a Magiſtratu CC. LL. in Cauſa Ronconi, e Caſalini ſub die* 24. *Aprilis* 1742. *a Domino Auditore Marco Philippo Bonſini, & ab innumeris aliis quos prætermittimus.* Qui plura deſiderat videre poterit (6).

In permutatione locum non habet retractus (7). ibi nec ex hoc Statuto competit prælatio in contractu permutationis, vel aliis contractibus &c. (8) quod numquam datur retractus ubi Retrahens non poteſt dare eamdem rem, ſeu ſpeciem, quam dat

 ille

ille, a quo res retrahenda eſt, (9) ubi quod habet locum, quando bona permutata, fuerunt æſtimata (10).

Nec habet locum in alienationibus, quæ fiunt titulo lucrativo (11) nec quando permutatio fuit ſimulata, ut videre eſt apud eoſdem. Nec in tranſactione (12).

(1) *Ad tradita per Tyraquell. de retract. lignager. in præfat. num.* 1. (2) *Sabell. in ſumm.* §. *ius congrui ſub n.* 12. *& de emphyteuta Florentina Retract.* 21. *Ianuarii* 1675. *cor. Finetti* §. *quodque retractus &c. Florentina Retract. de Generottis* 29. *Auguſti* 1679. *cor. eod. in Theſaur. Ombroſiano tom.* 2. *dec.* 3. *& de Intratutario Urceol. dec.* 18. *num.* 15. *& ſeq. Florentina Retract.* 17. *Novembr.* 1570. *cor. Barbiſon. & de dation. in ſolut. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 544. *num.* 15. *& cap.* 784. *num.* 9. *Magon. deciſ. Florentina* 100. *n.* 2. (3) *Franc. dec.* 388. *Sabell. reſol.* 68. *num.* 2. *Magon. deciſ Florent.* 91. *num.* 3. (4) *Rota Florentin lib. motiv.* 29. *a* 13. *tom.* 68. *a* 73. 33. *a* 116. *de prælat. & gratif. ead. Rot. lib. motiv.* 96. *a* 13. *tom.* 116. *a* 621. (5) *Sabell. reſolut.* 68. *num.* 17. (6) *Magon. deciſ. Florentin.* 100. *num.* 2. *Franc. deciſ.* 588. *per tot. Sabell. dicta reſolut.* 68 *Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat.* 24. *&* 34. *artic.* 3. *num.* 163. *&* 169. *circa gratificationem Sabell. reſolut.* 68. *&. circa notificationem dicta reſolution. & Urceol. deciſ. Florentina* 18. & de Statuto Florentino permittente retrahenti emere pro pretio æſtimando *vid. Florentina Prætenſi Retractus* 2. *Decembris* 1668. *coram Farſetti pag.* 4. *confermat. cum Statuto Mercant. rubr.* 10. *& vid. Caball. conſ.* 163. *per tot. lib.* 1. *& Vot. Illuſtriſſimi Domini Alexandri Luci in Cortonen. Retractus* 22. *Septembris* 1769. *pag.* 20. (7) *Conſtantin. ad Statut. annot.* 24. *artic.* 4. *num.* 114. (8) *De Luc. de ſervit. diſcurſ.* 73. *n.* 3. (9) *Rot. deciſ.* 413. *part.* 2. *rec. & an habeat locum, vel non; Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.* 368. *num.* 7. (10) *Rot. Florent. lib. mot.* 99 *a* 393. *Altograd. conſ.* 9. *num.* 23. *lib.* 2. & quod habeat locum in permutatione firmant *Gratian. diſcept. for. capit.* 885. *n.* 16. *Corradin. de iur. prælat. quæſt.* 16. *num.* 142. *Rot. Roman. in recent. deciſ.* 131. *num.* 156. *part.* 8. *Conſtant. ad Statut. Urb. annot.* 24. *art.* 3. *num.* 163. *Piſtorien. Retract.* 30. *Maii* 1699. *cor. Bizzarrini, & aliam Piſtorien. Retract.* 1712. *cor. Ciampelli* (11) *Mantica de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 57. *Corradin. de iur. prælation. quæſt.* 16. *num.* 130. *& n.* 207. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 55. *num.* 26. *Rot. Roman. dec.* 32. *part.* 2. *rec.* (12) *Urceol. de tranſact. quæſt.* 77. *per tot.*

Re-

Retractus volitus a Statuto Florentino obſervandum eſt ubique, ſi Statuta particularia alias non diſponunt *Phocen. Retract.* 1. *Septembr.* 1733. *cor. Neroni*, ita conditio de dandis Fideiuſſoribus adiicienda venditioni, *Florentiolæ Retractus de Bertis lib. mot.* 118. *a* 912.

Magiſtratus Pupillorum Civitatis Florentiæ iuxta conſuetudinem iudicandi non ſubicet Retractui *Florentina Retract.* 18. *Maii* 1759. *cor. Bertini*.

## DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBUS.

### *TIT. VI.*

INter modos dominium acquirendi de iure civili recenſetur uſucapio, quæ definitur „ adiectio dominii per con„ tinuationem poſſeſſionis, temporis a lege præfiniti „ dividitur communiter in uſucapionem in ſpecie, & in præſcriptionem.

Prima locum habet in rebus mobilibus, in immobilibus altera.

Ex his utraque mediante ſi quis poſſederit ſine interruptione per temporis ſpatium a lege definitum bona fide, & iuſta de cauſa, ſeu titulo ad transferendum dominium, rem alienam aptam uſucapioni non vitioſam iure civili ſit eius legitimus dominus.

Uſucapio adinventa fuit in bonum publicum, ne ſcilicet dominia rerum ſemper eſſent in incerto *Leg.* 1. *ff. h. t.*

Ex Iuſtiniani conſtitutione tempus poſſeſſionis a lege definitum in rebus immobilibus, quocumque loco inter præſentes decennium eſt, ideſt inter eos, qui ſunt in eadem Provincia, & vicennium inter abſentes, res mobiles vero per triennium uſucapiuntur §. 1. *inſtit. h. t.*

Ex præmiſſis conſtat neceſſario ad uſucapiendum requiri, ut res aptæ ſint uſucapioni ob cuius defectum, veluti liber homo, res humano commercio exemptæ, alienari prohibitæ a Teſtatore uſucapi non poſſunt.

Ulterius in comperto eſt uſucapi non poſſe rem vitioſam; qua-

qualis eſt furtiva, & vi poſſeſſa, & hoc procedit non ſolum in fure, ſed etiam in quocumque alio qui a fure bona fide, & iuſto titulo accipiat, quia vitia prædicta realia ſunt, id eſt rebus coherentia, & conſequenter impedientia huiuſmodi acquiſitionem.

Hinc ſequitur, quod ſi quis, non vi, rem alienam poſſideat, puta locum vacantem, ob malam fidem nequit uſucapere, aliter tamen, qui ab eodem bona fide accepit, recte uſucapit, & ratio eſt, quia in primo caſu deficit bona fides, & iuſtus titulus non autem in ſecundo, & huiuſmodi locus non poteſt dici furtivus, quia rei immobilis furtum non committitur licet mala fide poſſeſſæ, dummodo fiat ſine vi.

Si tamen huiuſmodi res a vitiis purgetur, quod per reſtitutionem fit priori domino, ex eo tempore recte procedit uſucapio favore poſſidentis.

Conſueta uſucapione res fiſci uſucapi nequeunt, præſcriptione tamen legitimi temporis poſſunt iuxta communem Sententiam; verum bona vacantia propter defectum hæredis nondum fiſco denunciata a bonæ fidei poſſeſſore recte uſucapiuntur, qualis eſt emptor.

Nec relevat, quod titulus ſit iuſtus, ſed neceſſe eſt etiam, quod verus ſit, quare poſſidens rem alienam putans a ſe emptam, aut ſibi donatam, non poteſt uſucapere, niſi habeat iuſtam cauſam erroris, qualis eſſet error facti alieni, puta cum quis quaſi emptam a ſervo, ſeu procuratore accepit. Error facti proprii, & multo magis error Iuris non eſt iuſta cauſa erroris, nec ſufficit titulus infectus, qualis eſt, qui oritur ex contractu ſimulato, & ficto; nec titulus revocabilis ex. gr. qui profluit ex donatione cauſa mortis.

Continuata poſſeſſio non ſolum illa eſt, quæ deſinit in eo, a quo cœpit, ſed etiam quæ cœpit a defuncto, & ab hærede completur, quia cum hæres repreſentet defunctum, placuit poſſeſſionis tempora coniungi, quod adeo verum eſt, ut quamvis hæres ſit in mala fide ſciens rem eſſe alienam, ſi tamen defunctus bona fide poſſederit, non impeditur uſucapio, cum una eademque perſona cenſeatur hæres, cum defuncto, & quod de hæredibus dicitur, dicendum quoque eſt de bonorum poſſeſſoribus.

Poſſeſſio auctoris prodeſt ad uſucapiendum, non ſolum ſucceſſori univerſali, ſed etiam particulari ex. gr. Donatario Emptori &c. quare ſi rem alienam per aliquod tempus quis poſſederit, & uſucapione non completa alteri vendiderit, emptor recte utitur ad complendam poſſeſſionem uſucapione, verum ta-

men

men eſt, quod ſi ſucceſſor particularis ſit in mala fide, poſſeſſione ſui auctoris bona fide incepta non iuvatur, ſicut ſucceſſor univerſalis, quia ſucceſſor particularis non cenſetur una, eademque perſona cum auctore.

Res aliena empta a Fiſco olim uſucapiebatur quinquennio, hodie ex conſtitutione Zenonis ſtatim fit accipientis.

Ad rem notandum hic remanet in hac materia, quod poſſeſſio non debet eſſe interrupta naturaliter vi, nec civiliter litis conteſtatione. Si tamen poſtea abſolutoria ſententia ſubſecuta ſit, tunc intelligitur continuata poſſeſſio etiam pendente lite, & admodum iuvat complendæ præſcriptioni.

NOTÆ.

*Ad §. Res aliena.*

Emens a Fiſco vendente bona tamquam ſua, vel habens cauſam a Principe, ſtatim tutus eſt, & nulla indiget præſcriptione, pretendentes autem ſuper huiuſmodi bonis poſſunt intra quadriennium contra Fiſcum agere, *Leg.* 1. *Cod. de quadrien. præſcript. Pereg. de iure Fiſci lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 15. *Gratian. diſcept. for.* 238. *per tot. Rot. par.* 18. *rec. dec.* 523. *num.* 9. *& ſeqq.*

NOTÆ.

*Ad verbum bona fides.*

De Iure Civili ſufficit adeſſe bonam fidem ab initio præſcriptionis tempore ſcilicet traditionis excepta emptione, ibi enim duobus temporibus requiritur bona fides tempore ſcilicet contractus, & traditionis, in cœteris vero contractibus ſufficit tempus traditionis, *Leg.* 2. *in princ. ff. pro tempore Leg. ſi exiſtimans ff. pro ſoluto Leg. ſi aliena in princ. ff. de uſucapion.*

NOTÆ.

*In Genere.*

Anguillis piſcatur, qui præſcriptioni nititur, ut (1) labuntur plerumque illæ e piſcantium manibus, evaneſcit iſta in contentionibus Fori, ita ut a Doctoribus tamquam inutile remedium habeatur, nam cum ſit tot limitationibus obnoxia, vel evaneſcit, vel quieſcit, vel deſtruitur a remedio reſtitutionis in integrum, potiſſimum quia in dubio contra eam iudicandum eſt (2).

Animadverti tamen volumus, quod ad præſcribendum ſemper requiritur bona fides, ſcilicet in principio, medio, & fine (3) nam bona fide ſublata, neque per mille annos præſcriptio indu-

Digitized by Google

inducitur (4), & hoc procedit de Iure Canonico ſervando in utroque Foro ob vitandum peccatum, ut firmat (5) quod procedit in mala fide vera, ſecus in mala fide præſumpta; tamen mala fides ſuperventa poſt completam uſucapionem non aufert poſſeſſori dominium rei quam uſucæpit.

In præſcriptione longi temporis cuius initii memoria non extat titulus non requiritur, ſed longi temporis lapſus pro titulo habetur, quare centenaria, & immemorabilis ſunt omnium præſcriptionum utiliores, verum centenaria numquam in vim præſcriptionis alleganda eſt, cum æque anguillaris evadere poſſit ob requiſitorum defectum, ſed in vim præſumptionis tituli melioris (6).

Centenaria exigit probationem, quæ concludat tempus continuatæ, & pacificæ poſſeſſionis, quæ probatio, cum per teſtes expleri nequeat, adhibendæ ſunt ſcripturæ, & hiſtoriæ (7) immemorabilis vero probari poterit per teſtes, qui concludant de quadragenaria pacifica poſſeſſione ante motam litem de viſu; & conſequenter in eis neceſſaria eſt ætas annorum quinquaginta quatuor completorum, *De Luc. dict. diſc. num.* 59. Qua de re una ſpecies, quæ pœnes eamdem vim habet, quam duo præcedentes, eſt, quæ reſultat ex quadragenaria continuata, & pacifica poſſeſſione cum titulo explicito, ſeu colorato, vel putativo bonæ fidei, aut cum fama privilegii *Bich. dec.* 572. *e* 603. *De Luc. de credit. diſc.* 131.

Agendo aliquid de Statuto noſtro Florentino ſciendum eſt, quod ex *Rubr.* 73. *lib* 2. *ibique Aſinius de execut. quæſt.* 93. omnis actio, proſecutio, Officium Iudicis Realis, & Perſonalis, vel mixta, & hypotecaria, civilis, vel prætoria tollitur ſpatio triginta annorum, cum aliis ibidem diſpoſitis, Qui multa ad rem de ſimili Statuto ſcire cupiat, videat (9).

Circa hoc firmandum videtur, quod ut hæc præſcriptio locum habeat, requiri quod probetur ſcientia creditoris, & negligentia in exigendo, ſine quibus non currit præſcriptio (10) vide *dec. Rot.* infra notandæ, in qua adeſt pleniſſima Rubei adnotatio (11).

Animadvertendum tamen eſt, quod in cauſis, quæ aguntur in Supremis Tribunalibus, coram quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta exceptio præſcriptionis plerumque reici debet (12), & in individuo de cauſis, quæ coram Magiſtratu Supremo Florentiæ aguntur adeſt *motiv. lib. motiv.* 76. *a* 330.

(1) *Ex Alciat. refert Coſta de facti ſcientia &c. diſt.* 60. *n.* 19. *cent.* 2. *Card. de Luc. de cred. diſc.* 15. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 666.

*666. num.* 12. *par.* 18. *tom.* 2. *& dec.* 366. *par.* 19. *tom.* 1. *rec.* (2) *De Luc. loc. cit.* (3) *Rot. dec.* 300. *num.* 13. *par.* 7. *rec.* (4) *Rot. dec.* 190. *num.* 16 *dict. par.* 7. *& dec.* 280. *num.* 15. (5) *Ciarlin. controv. for. cap.* 32. *num.* 22. *De Luc. de iudic. diſc.* 21. *num.* 14. (6) *dict. De Luc. loc. cit. n.* 41. *& de teſtam. diſc.* 73. ex centenaria præſumitur mandatum, ceſſio & reſtitutio *Florent. Bonorum de Griſonibus quoad Bona Emphyteutica diei* 30. *Aprilis* 1726. *cor. Rot.* item Beneplacitum Apoſtolicum. *Piſana, ſeu Clannen. Bonor.* 23. *Septembris* 1749. *cor. Ulivelli artic.* 1. item mutatio dominii *Rot. Rom. in rec. dec.* 336. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 18. & pactum, & tranſactio, & privilegium, & contractus & res iudicata, *Conſtant. vot. dec. in ſuppl* 4. *tom.* 5. *n.* 4. quod inducat præſumptionem Iuris, & de Iure *Bonfin. de iur. fideicom. diſput:* 114. *num.* 41. contra quod inducat præſumptionem Iuris tantum, *Florent. Immiſſ.* 13. *Maii* 1717. *§. pari quoque cor. tribus Iudicibus delegatis Florent. Penſionum Domus* 17. *Septemb is* 1751. *cor. Dom. Advocato Quintilio Pellegrini art.* 1. Quod lapſus nonaginta annorum æquivaleat centenariæ, *Pacion. allegat.* 133. *n.* 8. *&* 11. *Bonden. in addit. ad colluſ.* 39. *num.* 1. *lib* 2. quod minus tempus non ſufficiat; *Feſulana nullit. Contract. Emphyteuticor.* 20. *Septembris* 1758. *cor. Montordi pag.* 12. *§.* 32. *Florent. Evict.* 29. *Septembr.* 1769. *coram Luci Theſaur. Ombroſ. tom.* 4. *num.* 5. ubi quod requiruntur &c. Quod completa dicatur centenaria, licet ſeptem, aut octo anni deſint, *Urceol. dec. Florent.* 49. *num.* 9. (7) *De Luc. dict. diſc. num.* 45. (8) *Bich. dec.* 572. *&* 603. *De Luc. de credit. diſc.* 137. (9) *Conſtant. annot.* 48. *per tot.* (10) *Oddo de reſtit. in integ. qu.* 8. *art.* 9. *& qu.* 9. *art.* 4. *num.* 56. *Magon dec. Florent.* 79. *Surd. dec.* 236. *Rot. dec.* 621. *num* 5. *par.* 1. *& dec.* 3. *par.* 3. *rec.* (11) *Conſtant. dict. annot.* 48. *art.* 2. *n.* 156. (12) *De Comit. dec. Florent.* 37. *n.* 4. *&* 6. *& in addit. n.* 1. *& dec.* 18. *n.* 39. 58. 61. *& in addit. n.* 62.

*Appendix.*

Etiam Iure Statutario non valenti agere, non currit præſcriptio, *Alexandr. conſ.* 101. *libr.* 7. *num.* 26. *e* 28. *Petra de fideicomm, qu.* 14. *num.* 206. *& ſeqq.* igitur triginta anni voliti a Statuto debent eſſe utiles, & æquant a 36. *Geriſpin. ibid. Sabell. reſol.* 7. *num.* 8. *& reſol.* 22. *num* 9. *Magon. dec.* 64. *num.* 76. *& dec.* 105. *num.* 1. *& ſeqq. de Comit. dec. Flor.* 105. *num.* 30. 31. 32. *& in addit. ad dec.* 18. *de fideicom. num.* 58. *Florentina Salviani* 9. *Septembris* 1695. *cor. Pacion. §. neque obſtare Florent. Donation.* 4. *Iulii* 1658. *cor. Blanchello §. neque habet locum.*

Quod præſcriptio ſtatutaria procedat tantum in poſſeſſore abſque titulo *vid. Geriſpin. in not. ad Stat. Flor. rubr. 73. Scart. ad dict. rubr. lib. 1. a 241. Rot. noſtr. libr. motiv. 14. a 112. et a 163. verſ. nec prædict. et lib. 29. a 289. et lib. 27. a 289.*

Quod generaliter Statuta de præſcriptionibus loquentia intelligantur de poſſidente ſine titulo, *Voet. ad Pandect. lib. 44. tit. 3. de diverſ. tempor. præſcrip.*

Quod titulus putativus, & erroneus, ne ſtatutariam quidem præſcriptionem compleat, *Pariſ. conſ. 66. par. 3. num. 123.*

Quod Statutum Florentinum de præſcriptionibus non habeat locum in debito iurato, *Caballo conſ. 105. num. 13. lib. 2. De Comit. dec. Flor. 105. num. 24.*

Iuxta prædictum Statutum Florentinum *rubr.* 42. per exceptionem præſcriptionis non retardetur executio inſtrumenti guarantigiati, *De Comit. dec. Flor. 105. num. 36.*

NOTÆ.

*Ad verbum poſſeſſio.*

Hæc eſt facultas inſiſtendi rei corporali non prohibitæ poſſideri; vel corporalis rei detentio corporis animi, & Iuris adminiculo concurrente (1) in ſpecie vero eſt alia civilis, naturalis alia: naturalis eſt illa, quam ſupra definivimus; civilis eſt, quæ ſolo animo acquiritur, & retinetur (2) quæve intellectualis, vel Iuris etiam dicitur, nam ſi quis forte naturali fuerit ſpoliatus, & civilem adhuc retineat manutenendus eſt, *Altograd. loc. cit. ſub num.* 2.

Poſſeſſio per conſtitutum, quamvis ficta, pro vera reputanda eſt ad omnes Iuris effectus (3).

In mobilibus non retinetur animo per aliquot tempus, ſed ſolum quamdiu res mobiles ſunt in conſpectu, & cuſtodia noſtra (4).

Statutum diſponens bonorum poſſeſſionem in hæredem tranſire, non habet locum in fideicommiſſo, & emphyteuſi, cum ſint Iura perſonalia.

Conſtitutum appoſitum in Teſtamentis, cum Clauſula *ex nunc*, pro tunc transfert in hæredem veram poſſeſſionem, niſi hæres fuerit abſens, quia tunc non transfertur poſſeſſio ante quam Teſtamentum acceptet (5) pro hærede tamen poſſet Notarius acceptare, ſed hæc acceptatio nil operatur in preiudicium tertii, eiuſque poſſeſſionis ante hæredis acceptationem ſive ſcientiam, cum ſcientia, & acceptatio poſtea ſecuta nil operetur.

Addendum ſupereſt, quod Statuto diſponente bonorum poſſeſſionem in hæredem tranſire, non tranſeunt tamen Iura perſo-

nalia

nalia ſupradicta, quæ defuncti morte remanent extincta (6), & quid dicendum de filio, ſi hæres ſit *vid. allegat. iam not.*

(1) *Covarruv. in reg. poſſeſſor. par.* 2. *num.* 3. (2) *Altograd. conſ.* 74. *num.* 42. (3) *Bich. dec.* 600. *Grat. diſcept. for. cap.* 950. *num.* 39. (4) *Bich. dec.* 533. *num.* 5. 10. *et* 11. (5) *Sabell.* §. *conſtitutum n.* 29. *e* 33. *Bich. dict. dec. num.* 4. 11. *e* 12. (6) *Calderon. reſol.* 51. *num.* 13. *Rot. dec.* 420. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. et vid. ind. general. eiuſd. verb. poſſeſſio.*

*Appendix.*

In conſtituto, & actione de conſtituta pecunia, allegari nequit a conſtituente ulla exceptio ad retardandam ſolutionem; *Florent. Litt. Cambii* 1776. *cor. Roſſi pag.* 3.

Conſtitutum quando validum ſit, etiam ſecuta morte conſtituentis *Motiv. coram tribus Iudicibus Magiſtratus Pupillor.* 7. *Octobris* 1580.

Contractus de conſtituta pecunia non extinguit obligationem debitoris antiqui, ſed conſtituens, & ille creditori in ſolidum obligantur, *Leg. ubi ff. de conſt. pecun. De Comit. dec. Florent.* 41. *num.* 18. *&* *dec.* 112. *num.* 15.

Libri Decimarum Florentiæ probant poſſeſſionem *Florentina Fideicomm. de Malegonnellis* 1. *Septembris* 1679. *coram Finetti pag.* 2.

De legali poſſeſſione procedente a Statuto Mercantiæ *lib.* 2. *rubr.* 8. §. *faccinſi ancora* ubi de executione tenutæ; *Florentina Tenutæ* 8. *Ianuarii* 1685. *cor. Cavalcanti.*

Statutum Florentinum *lib.* 2. *rubr.* 39. admittit adquiſitionem poſſeſſionis pro abſentibus, & ignorantibus, *Sabell. reſolut.* 48. *num.* 7. *&* 8. *Caball. conſ.* 133. *num.* 44. *lib.* 3 idque tamen in lucrativis, quam oneroſis, *Salvet. ad dict. Stat. verſ. nominando lib. motiv.* 58. *a* 496. *libr.* 75. *a* 89. *&* *a* 151. *Magon. deciſ. Florent.* 117. *num.* 9. *Florent. Fideicommiſſi.* 30. *Septembr.* 1701. *cor. Farſetti.*

---

*De modo acquirendi Poſſeſſionem Inſtrumentalem, ſeu mediante Tabellionem.*

CUM ſæpe accidat poſſeſſionem rei alicuius adipiſci oportere, ideo oportunum duximus, aliquid in hac ſpecie prænotare, ut Neoterici Tabelliones vitare poſſint præiudicia, quæ aliquan-

do ab imperitia dimanant, atque animadvertere, ea quæ opportuniora ſunt, ut actus utilior evadat poſſeſſionem adipiſcenti, eumque tutiorem reddant.

Uſu receptum eſt Florentiæ, alibique, quod aliquis volens ex iure ſibi competenti poſſeſſionem adipiſci, adeat Tabellionem, eumque roget, ut in poſſeſſionem immittat, ex quo fit, quod Tabellio intervenientibus duobus Teſtibus ad id rogatis, ad locum accedat, ibique petenti poſſeſſionem det, iuxta ea, quæ traduntur in formula inferius tradenda, quare obſervandum eſt.

Anteriorem poſſeſſionem etiam momento, eſſe poſteriori preferendam in manutentione, quamvis inſtrumentalem (1) id eſt abſque præcedenti Iudicis Decreto, adeoque Tabellio ſollicitus ſit in inſtrumento apponere diem, ſed etiam horam preciſam non ſolum expletæ poſſeſſionis actus, eo quia poſſeſſio capta, cum expreſſione horæ, in concurſu alterius in qua non appareat de hora præſumitur anterior, & eſt manutenibilis (2). Poſterior enim cenſetur apprehenſa vi, aut clam, aut præcario *vi* ſcilicet, armis, aliove violento medio, *clam* occulte nimirum, & inſcio poſſidente, *præcario* nempe precibus obtenta ad concedentis libitum revocanda.

Verum poſſeſſio capta auctore prætore, ſeu Iudice, etiam poſterior, eſt manutenibilis in concurſu alterius poſſeſſionis anterioris, quando ſcilicet Iudex rite, & recte proceſſit (3).

Notandum inſuper, quod poſſeſſio capta per Procuratorem abſque ſpeciali mandato non ſubſtinetur, niſi fuerit ratificata ante Ius alteri quæſitum (4) ſunt qui putant ſufficere mandatum præſumptum (5).

Poſſeſſio capta in die feriato, & diebus feſtivis, ſi fiat ex *cap. ſucceſſion.* vel alio ſimili poteſt ſubſtineri (6) ibi, quia ultra quod non reperitur in Iure cautum poſſeſſionem diebus feriatis capi non poſſe cum ſit actus voluntariæ iuriſdictionis, placuit reſponſio, quod Decretum feriarum loquitur de executionibus, quæ fiunt pro debitis, quamvis in materia ſuſpicionis fugæ poſſit fieri executio etiam in die paſchatis (7).

Poteſt inſuper capi poſſeſſio etiam per ſolam ocularem inſpectionem a longe, rei cuius ſit capienda poſſeſſio, & ſic per ſolum aſpectum, nempe ſi conſtet de impedimento, & non tuto acceſſu ad rem ipſam, ſed requiritur in hoc caſu, quod adſit Decretum Iudicis, ut ſic poſſeſſio tradatur, & interveniat Nuncius publicus (8).

Obſervandum poſtremo eſt, quod volens inſtrumentalem poſ-

poſſeſſionem accipere, illam nullo certo, & ſpeciali titulo coarctet, ſed utatur formula hac, videlicet „ quod NN. apprendit eam „ quocumque Iure, titulo, & cauſa, quæ ſibi magis, & melius „ poſſit competere, & omni meliori modo &c. „

(1) *Ludoviſ. deciſ. 171. & deciſ. 549. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 526. num. 43. Rot. part. 13. recent. deciſ. 291.* (2) *Rot. deciſ. 88. num 1. part. 10. & deciſ. 131. num. 1. part. 12. recentior.* (3) *Rot. part 10. rec. deciſ. 14. vidend. Ridolphin. in prax.* (4) *Rot. part. 13. recent. deciſ. 433. per tot.* (5) *Bich. deciſ. 113. num. 4.* (6) *Rot. part. 11. recent. deciſ. 114. n. 3. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 58. num. 41. per tot.* (7) *Scannarol. de viſit. carcerum lib. 3. §. 10. & 11. per tot.* (8) *Iaſon. in Leg. in princ. num. 96. & ſeq. & in §. ſi inſſerim num. 12. ſſ. de acquirend. poſſeſſ. Bich. deciſ. 392. per tot.*

*Inſtrumenti Adeptionis poſſeſſionis formula.*

In Dei Nomine: Amen.

*Eſſendo che per la morte del Sig. NN. ſi ſiino aperti, e purificati diverſi fidecommiſſi a favore di NN. ed in ſpecie non derogando il fidecommiſſo ec., e ſieno altresì paſſati in detto Sig. NN. più, e diverſi diritti, e ragioni, mediante i quali ad eſſo ſi ſieno devoluti i beni ec. che poſſedeva detto Sig. defunto, dei quali volendo detto NN. prendere il poſſeſſo non ſolo per i detti titoli, e cauſe, ma per qualunque altro, che competer gli poſſa in ogni miglior modo ec.*

*Quindi è, che traſferitomi io Notaro infraſcritto con i ſopraddetti teſtimoni, e detto Sig. NN. ſopra ec. ec. il medeſimo in vigore di d. titolo, o di qualunque altro, che competere gli poteſſe, in ogni miglior modo ec. immeſſi nel vero, reale, ed attual poſſeſſo ( e ſi proſegua come negli altri iſtrumenti di poſſeſſo, e volendo ſi aggiunga quanto appreſſo ) riſervandoſi detto Sig. NN. di fare ogni, e qualunque dichiarazione, che di ragione competer gli poteſſe, non ſolo, ma in ogni ec. ( e dipoi ſi aggiunga quel di più, che è ſecondo lo ſtile.*

---

*Res vitioſa.*

INter res, quæ vitio aliquo obnoxiæ ſunt, enumerari poteſt res litigioſa, cuius alienatio lite pendente facta, nulla eſt ipſo iure, itaut litis ignorantia Emptorem non excuſet ob inductam nullitatem,

litatem, quæ neque favore Piæ Cauſæ ſuſtinetur, quare ſententia contra eumdem recta via exequi poteſt, ac ſi citatus eſſet (1) neque hoc caſu requiritur ſcientia ex parte illius in quem fuerunt bona alienata, cum agatur de revocanda alienatione rei litigioſæ, cuius vitium ipſo iure tranſit in ſucceſſorem.

Verum per alienationem neceſſariam ipſius rei litigioſæ, vel bonorum univerſitatem, id eſt diſtractionem omnium bonorum aut donationem univerſalem, vel legatum, aut fideicommiſſum, vel ex cauſa dotis, vel tranſactionis ſupradicta concluſio eſt limitanda (2) quæ res dicantur litigioſæ (3).

Ex quibus deducitur, quod plura admittuntur in iure ex cauſa neceſſaria, quæ alias de voluntaria non admitterentur, ut ceſſio iuris perſonaliſſimi, alienatio ſine ſolemnitatibus reſpectu perſonarum privilegiatarum atque legati compenſatio cum neceſſario Teſtatoris debito (4).

(1) *Rot. apud Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ.* 26. *num.* 16. (2) *Leg. fin. in fine Cod. de legat. Menoch. lib.* 2. *præſumpt* 97. *n.* 37. *Conſtant. d. deciſ. num.* 12 (3) *Maſcard. de probat. concluſ.* 333. *Rot. part.* 13. *recent. deciſ.* 79. *num.* 22. & *part.* 15. *deciſ.* 170. *num.* 12. (4) *Bich. deciſ.* 80. *per tot. Caball. conſ. deciſiv.* 27. *per tot. lib.* 2.

## DE DONATIONIBUS

### *TIT. VII.*

§. 1.

DE Donatione agit hic Imperator, quaſi ſit modus acquirendi dominium de iure civili: hæc ſiquidem originem a Iure gentium ſortitur, quamvis formam quodammodo a Iure Civili recipiat, & hodie quod ſit titulus acquirendi dominium: definitur in *Leg.* 1. *ff. hoc titulo* „ mera quædam liberalitas, quæ „ nullo iure cogente fit, ſed ex ſola munificentia Donantis pro- „ cedens „.

Dicitur mera liberalitas ad dignoſcendum quæ ſint donationes impropriæ, ſeu cauſativæ, quare ſtat loco generis, & dividitur in duas ſpecies, ſcilicet in donationem inter vivos, & mortis cauſa.

Inter vivos ea eſt, quam definivimus de ſui natura irrevocabilis, in qua vel nulla mortis mentione facta, donatur, vel ſi mentio

mentio mortis ſit, ita tamen donatur, ut nullo caſu revocetur, ac ſtatim ſuum ſortiatur effectum, ſi eam Donatarius ratham habuerit quæve aliquando deſtrui quibuſdam de cauſis poteſt, ut opportuniori in loco agemus.

NOTÆ.

Donatio inter vivos eſt contractus nominatus *Clar. §. donat. quæſt. 1. per tot.* ex quo infertur, quod ſicut contractus nominati, non poſſunt per pœnitentiam revocari, ita nec donatio, quæ eſt etiam ſtricti iuris *Leg. 22. ff. h. t. & quamvis Oinot. in §. aliæ inſtit. h. t. num. 5* quem ſequitur *Clarus in §. donatio quæſt. 14. num. 1.* teneant, quod hodie donatio non requirat ſtipulationem, ſed nudo pacto perficiatur, id intelligendum eſt iuxta ea, quæ tradit *Vinn. inſt. h. t. §. perſiciatur num. 2.* „ ibi „ nam neque „ ex quovis pacto donationis cauſa interpoſito obligationem naſci „ voluit Iuſtinianus, ſed ex eo tantum, quo in præſentia quis „ donare ſe dicit, verbis in præſens non in futurum conceptis, (veluti) ſi quis dicat dono tibi centum aureos „ quod ſi quis donaturum ſe pacto nudo promiſerit, manebit ius antiquum, nec ex tali pacto nudo obligabitur.

Practice rem explicat *De Luca de donation. diſc. 16. num. 6.* „ ibi „ ut tunc verbum volo importet diſpoſitionem, quando de„ notat voluntatem perfectam, quæ alium pactum poſt ſe non „ expectet „ ad rem *Rot. part. 14. recent. dec. 166.* ex quibus datur intelligi in hac ſpecie, quod ex pacto nudo oriatur obligatio attentis circumſtantiis, quæ pactionem nudam quodammodo veſtire poſſunt, ſeu concomitari, & præcipue iuramentum, ut ex *Rot. part 6. recent. deciſ. 58. per tot.*

In dubio præſumitur, quod voluntas donandi ſit in via, non in termino, retinens potius ſpeciem velleitatis, quam perfectæ voluntatis *De Luc. in ſumm. h. t. §. 7.*

Promiſſio donandi emiſſa cum voluntate perfecta ſuper actu in futurum celebrando, quoad tertium in quem dominium translatum ſit, aut a quo ſit ius adeptum medio tempore ex valido titulo parit ſolum actionem ad factum, aut implementum, aut ad quanti intereſt, niſi promiſſio munita ſit hypotheca, ex qua reſultet actio rei perſecutoria etiam contra tertium *De Luc. ibid.*

Inter vivos donatio fieri poteſt collato eius effectu; & executione poſt mortem Donantis, ita tamen, ut immutari nequeat, ſed irrevocabilis permaneat *Leg. perfecta Cod. de donat. Rot. part. 13. recent. deciſ. 280. n. 1.*

Fieri quoque poteſt ſub conditione, vel modo, ac etiam da-



Digitized by Google

to ſubſtituto *Leg. Senatus §. mortis cauſa Leg.* 1. *Cod. de donat. quæ ſub modo Leg. ſi cui mortis in princ. ff. de donat.*

Donatio regulariter non præſumitur *Leg. cum de indebito ff. de probat.* requiſita ad eam inducendam præſumptive ſunt, vinculum ſanguinis, taciturnitas diuturna, & ſæpe facta compenſatio, aut ratio reddita *Leg. Proculus ff. de probation.* Ob ſolam ſanguinis coniunctionem, præcipue in Matre alimenta præſumuntur donata, ſi alens dives fuerit, pauper autem, qui eadem recepit, *Leg. Neſennius ff. de negoc. geſt. vot. bo. mem. Audit. Meoli in Florentina Donationis diei* 26. *Septembris* 1760. *§.* 4. *pag.* 16. *&* 17. præſumitur etiam ſi permittatur quod res noſtra deſcripta ſit ad Decimam, vel æſtimum in faciem alterius argum. *Leg. cenſualis Cod. de donat. & Leg. rura Cod. de omni agro deſerto lib.* 10.

## *Qui donare poſſint, vel non.*

§. 2.

Donare poſſunt omnes, qui liberam rerum ſuarum habent adminiſtrationem *Leg. in re mandata Cod. mandati*, qui a Lege non prohibentur; prohibentur autem filius famil. pupillus, *Leg. pupillus ff. de acquir. rer. domin.* minor, *Leg. final. §. final Cod. ſi maior factus*; mentecaptus, furioſus, prodigus, cui bonis interdictum eſt, is cui per legem interdicta eſt alienatio. *Leg. donationes §. fin. ff. de verb. obligat.* Mulier abſque decreto Iudicis.

### NOTÆ.

Filio famil. donare permiſſum eſt inter vivos, etiam abſque conſenſu Patris, ſi agatur de bonis Caſtrenſibus, vel quaſi; quoad alia bona ſcilicet adventitia, & profectitia, non poteſt donare; at ſi Patris conſenſus acceſſerit dicta bona donare non prohibetur *Leg.* 2. *in princ. ff. de donat.* nec revocatur donatio ob pœnitentiam Patris *Michalor. de fratrib. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 21.

Ad terminos *Statut. Florent. rubr.* 115. *lib.* 3. an maior 18. annis poſſit donare bona immobilia *vid. in Florentina Donationis diei* 16. *Maii* 1728. *cor. Pellegrini.*

Vigore prædicti Statuti *lib.* 2. *rubr.* 112. Mulier abſque ſolemnitatibus donare nequit *Montis Summani Donation.* 27. *Iunii* 1752. *cor. Bonfini.*

Conſenſus Patris requiritur explicitus, nec tacitus ſufficit, *gloſſ. in Leg. qui in poteſtate in princ. in verbo nihilo magis ff. de teſtam. Bartol. Soccin. conſ.* 112. *n.* 7. *vol.* 1. quem refert *Tiraquell. de Legib. connubialib. gloſſ.* 8. *num.* 9. nam quando conſenſus Patris

eſt

eſt neceſſarius ad integrandam perſonam filii, debet eſſe expreſſus in ipſo contractu a filio famil. & non tacitus neque ex poſt *addit. ad deciſ. 157. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.* verum quando agitur pro intereſſe Patris ſufficit tacitus „ ibi „ quia ubi agitur „ de præiudicio alicuius, tunc ſola preſentia, aut ſcientia, & ta„ citurnitas inducit conſenſum ad actum convalidandum „ *Clar. §. donatio quæſt. 2. num. 6.* quando dicatur pro intereſſe, vel potius pro ſolemnitate tradit *De Luc. de donat. diſc. 39. per tot.*

*Quæ donationes ipſo iure irritentur.*

§. 3.

Quamvis multi ſint, qui rerum ſuarum liberam adminiſtrationem habent, attamen donationes inter vivos ab ipſis factæ plerumque a Lege improbantur. Inter has recenſentur factæ a parentibus filiis ſub eorum poteſtate exiſtentibus, & e converſo *Leg. donationes quas Parentes 25. Cod. de donat. inter Virum, & Uxor.* facta a Viro Uxori conſtante Matrimonio, & ab Uxore Viro, *Leg. 1. & 2. ff. de donation. inter Vir. & Uxor.* item facta a milite Concubinæ *Leg. miles ita §. Mulier ff. de milit. teſtam.* facta a Patre naturali filio ſpurio, & ex damnato coitu procreato argum. *Textus in Leg. humanitatis, & in Leg. fin & in Leg. Legem Cod. de natur. liberis*, vel ob turpem cauſam *Leg. 4. §. penult. verb. repeti ff. de condition. ob turpem cauſam.*

NOTÆ.

Prædicta limitanda ſunt, ſi donatio fuerit iuramento vallata, vel Coniux donans in eadem uſque ad obitum permanſerit voluntate, *Leg. ſi cum in fin. ff. de donation.* cuius rationem adſignat *Caius in Leg quia eodem tit.* „ ibi „ quia in hoc tempus excur„ rit donationis eventus, quo Vir, & Uxor eſſe deſierunt „ dummodo traditio ante mortem, vel vera, vel ficta (id eſt per conſtitutum) ſecuta fuerit *Gratian. diſcept. for. cap. 27. num. 14. Rot. part. 13. dec. 90. num. 14. et part. 14. recent. deciſ. 285. num. 5.* quod quidem de iure noviſſimo non procedere contendit *Urceol. conſult. forenſ. cap 39. n. 8. e 12. in append. ad dictum cap.* ubi quod contraria opinio procedit de iure digeſtorum.

Suſtinetur etiam invita Coniugum levis donatio ab uno eorum, in alterum collata, quæ in munuſculis abſque prodigalitatis nota a quocumque ſæpe conferri ſolitis conſiſtat. Item ſi facta ſit ante matrimonium, aut in ipſo actu, quo contrahitur, aut quoad ſubſtantiam dilata in tempus reſolutionis matrimonii; vel

 ſi con-

Digitized by Google

§. 4.

Res omnes, quæ in patrimonio noſtro ſunt, & quæ in hominum commercio in alios transferri permiſſum eſt *Leg. ædibus §. final. ff. de donat.* res enim, quæ extra hominum commercium ſunt, neque donari, neque in ſtipulationem deduci poſſunt *gloſſ. in dicta Leg. ædibus*.

Omnium tamen bonorum præſentium, & futurorum donationem iura improbant ex ea ratione, quia per eam aufertur libera teſtandi facultas, & quamvis non impediretur teſtamenti factio, quantum ad actum teſtandi, auferretur tamen quoad effectum, cum nil Donator haberet de quo teſtari poſſet (1). Omnia etenim pacta, quæ etiam per indirectum liberam teſtandi facultatem adimunt, de iure non valent, & dicuntur contra bonos mores *Leg. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. ſignificat.*

(1) *Vide Votum olim Domini Audit. Meoli in Florentina Fideicommiſſi diei* 29. *Septembris* 1750.

NOTÆ.

Ad vitandam nullitatem ex effrenata omnium bonorum præſentium, & futurorum in donatione inter vivos exurgentem, poterit Donans ſibi reſervare aliquid de quo teſtari poſſit; reſervatum tamen non debet eſſe quid modicum, ſed tale propter quod veroſimile ſit reſervantem inventurum hæredem *Florentina Donationis ſuper liquidatione bonorum diei* 26. *Iulii* 1773. *cor. D. Aud. Ioſeph. Vinci pag.* 16. at quando nil certi reſervatum eſt, ſed aliquid in genere tunc intelligitur quarta pars bonorum reſervata, quam alias hæres de legatis poteſt defalcare, vel ſaltem requiritur, quod excedat vigeſimam partem bonorum illius patrimonii, quod donatur *Clar. §. donat. quæſt.* 19. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 66. *part.* 13. *num.* 6. *Sabell reſolut.* 5. *num.* 36. & loco dictæ reſervationis ſufficeret etiam reſervatio uſusfructus *Rot. part.* 9. *recent. deciſ.* 10. *n.* 12 *et part.* 13. *deciſ.* 106. *n.* 36. *Marzim. examin.* 36. *per tot.*

Ubi vero Donans uſusfuiſſet verbis generalibus, donando omnia bona ſua, nec expreſſiſſet futura, tunc nomine omnium bonorum veniunt omnia bona præſentia & non futura, ideoque adepta non remanet teſtandi facultas de bonis futuris, *Clar. loc. cit. n.* 34. & ſic valeret donatio.

Quando ius, quod pertinere poteſt in futurum cenſendum ſit in donatione comprehenſum ad *Theoric. Bart. in Leg. qui Romæ §. duo fratres ff. de verbor. obligat. et in Leg.* 1. *Cod. de pactis*

*ſub num.* 4. de quibus *Piton. diſceptat. Eccleſ.* 64. *ſub num.* 7. *et* 8. *et in Florentina Succeſſionis, et Fideicommiſſi diei* 28. *Septemb.* 1773. *cor. Manſilli pag.* 4. *et* 8.

Demum obſervandum eſt, quod donatio hæc præſentium, & futurorum iuramento non confirmatur, ſed annullatur in totum, & non pro parte *idem Clar.* §. *donatio quæſt.* 20. *num.* 1. & 2. ſentiunt alii hoc caſu, quod ſaltem ſubſiſtat in præſentibus *Oinot. in* §. *alii autem n.* 86. *inſtit. h. t. Buratt. dec.* 7. *n.* 2. facta tamen ex cauſa ingreſſus in Religionem valet *Rot. part.* 9. *recent. deciſ.* 21. *num.* 3. & *dec.* 56. *num.* 20.

Si Donans de portione ſibi ad teſtandum reſervata non diſponat, intelligitur illam in donatione comprehenſa, & tunc Donatarius tamquam hæres habetur *Rot. Rom. cor. Cerro deciſ.* 331. *num.* 6. *tom.* 1. & *in recent. deciſ.* 14. *num.* 15. & 16. *part.* 14. & *dec.* 610. *num.* 7. & 10. *part.* 18. *tom.* 2.

*Quæ requirantur ſolemnia ad ſuſtinendam donationem inter vivos.*

§. 5.

Donatio hæc ad ſui validitatem plura requirit, primo (ut patet ex dictis) quod Donans habeat liberam bonorum adminiſtrationem; ſecundo quod fiat coram duobus Teſtibus, & Donatario; tertio ex Iuſtiniani conſtitutione, quod inſinuetur ſi quingentorum ſolidorum ſummam excedat.

NOTÆ.

Quam is donatio inter vivos expleri poſſit remotis arbitris per epiſtolam *Rot. part.* 14. *rec. deciſ.* 166. & 189. ſeu alias &c. ad eam tamen probandam neceſſe eſt, ut interveniat ſcriptura privata, vel publica mediante tabellione, quo caſu duo teſtes pro ſubſtantiali ſolemnitate requiruntur, alias nullius eſſet momenti. Excedens quingentos ſolidos non valet niſi inſinuetur *Leg. ſancimus* 34. & *Leg. penult.* §. *final. Cod. de donation.* Valor ſolidorum antiquorum hodie conſtituitur in ſumma ſcutorum ſeptingentorum circiter Romanorum *Peregr. dec.* 9. *Rot. part.* 12. *rec. deciſ.* 218. *Magon. dec. Florent.* 64. *num.* 39. & quod ſolidi 500. non excedant ſcuta 700. notant *Gabriell. de donat. concluſ.* 1. *num.* 58. *De Luc. de donat. diſcurſ.* 60. *num.* 9. *Rot. Roman. coram Buratto deciſ.* 7. *num.* 5. *et in recent.* 242. *n.* 13. *part.* 18. *tom.* 1.

Ex valore donationis ad quingentos ſolidos conſtituendos detrahenda eſt Gabella ad *theoric. Bartol. in Leg. quoties ff. ad Leg. falcid.* de qua *Caſtill. controv. lib.* 8. *de alim. cap.* 11. *n.* 8.

Omiſſa

Omiſſa tamen inſinuatione donatio non vitiatur in totum, ſed in eo quod excedit ſummam ſolidorum quingentorum ex regula quod in ſeparabilibus utile per inutile non vitiatur *Papien. form. libell. quo agitur pro donat.* §. *ſolemniter num.* 3. *ſecus in indiviſi duis Barboſ. axiom. iuris* 231. *per tot. Rot. part.* 2. *diverſor. deciſ.* 318. *num.* 3.

Licet inſinuatio poſſit expleri quandocumque, ſanatoriæ tamen locus non eſt ubi defectus fuerit in Iudicio deductus ab ipſo Donatore, verum ſi a tertio fuerit allegatus, poteſt pendente iudicio ſanari, & ſic convalidari *d. Leg. ſancimus Cod. de donation. Ger. Spin. conſ.* 47. *per tot. Magon. dec. Florent.* 124. *num.* 6. fieri tamen non poteſt inſinuatio poſt mortem Donatoris abſque conſenſu hæredis *De Luc. de donation. diſcurſ.* 60. *num.* 18. ſubiecta quoque inſinuationi eſt donatio præſtanda pro pluribus annis in ſolidos quingentos quolibet anno *Gratian. diſceptat for. cap.* 355. *per tot. cap.* 715. *num.* 10. *Magon. deciſ. Florent.* 129 quamvis in inſtrumento appoſita ſit clauſula, quod Donator vult cenſeri plures donationes non excedentes ſummam quingentorum aureorum *Clar* §. *donat. quæſt.* 17. *num.* 4. *ad Mater. ſed De Luc. in ſum. h. t.* §. 3. notat quod verum non ſit donationem non inſinuatam eſſe nullam quoad exceſſum ultra quingentos ſolidos, quando exceſſus non inſit ab initio ex. gr. in præſtatione ad vitam, quæ quovis anno dictam quantitatem non excedat, vel quando additum ſit iuramentum, vel ſpecialis renunciatio.

At ſi preciſe non in genere, ſed in ſpecie iuncto iuramento fuerit inſinuationi renunciatum, communior ſententia eſt valere donationem, atque inſinuationis defectum ſupplere iuramentum *Rot. part.* 1. *recent. deciſ.* 271. *num.* 1. *et deciſ.* 382. *n.* 12. *part.* 5. *tom.* 1. *et deciſ.* 665. *num.* 7. *part.* 1. ſunt tamen qui dubitant an iuramentum inſinuationis defectum ſupplere poſſit, eo quia introducta videatur ob bonum publicum, & ne contrahentes cum Donante decipiantur *De Luc. de donation. in ſumm.* §. 1. *n.* 35. *Magon. deciſ. Florent.* 64. *n.* 60. verum tamen eſt non eſſe neceſſariam inſinuationem donationis præſtandæ ſingulis annis excedentis dictam ſummam, ſi agatur de incertitudine futuri eventus pendente a morte Donatoris, vel Donatarii, quod ſecus eſſe firmatur, quando donatio effectum habitura eſt preciſe poſt mortem utriuſque, vel tranſitoria ad hæredes eadem *dec.*

Florentiæ viget Lex diei 5. Ianuarii 1551. tenoris videlicet:
„ *tutte le donazioni di qualunque ſorte, che ſi faranno da qualunque*
„ *perſona dello Stato, tanto in Firenze, che in qualſivoglia parte del*
„ *Mondo, ſi devino regiſtrare di parola in parola in un libro da ſe-*

„ *nerſi*

Digitized by Google

*„ nerſi nella Gabella dei contratti, che ſi chiami Regiſtro delle do„ nazioni, nel qual libro ſi devino ad unguem ſcrivere nel modo, „ che ſaranno nei loro originali = Quelle che ſi faranno in Firenze „ infra* 45. *giorni dal dì, che ſi celebreranno, e le altre infra tre meſi, „ e di là dal mare in qualunque parte del Mondo infra un anno, „ e fintanto che non ſaranno regiſtrate non pregiudicheranno ad al„ cune terze perſone: ſtando però ſempre ferme infra gli Donatari, „ e il Donatore ec. „ de hac vid. Magon. dec. Flor.* 37. *et in Florentina Donationis diei* 14. *Februarii* 1565. *lib. motiv.* 59. *a* 464. *et in Florentina Donationis diei* 19. *Iunii* 1617. *cor. Dodo. Clar. §. donatio quæſt.* 18. firmat quod iuramentum ſuppleat inſinuationem quando eadem intervenire debet in ipſo actu, ſed ſi lex requirat inſinuationem intra certum tempus a die celebrati contractus, eo caſu iuramentum non confirmare donationem ſi non eſſet inſinuata in tempore præſcripto: illa tamen facta ex intervallo tribuit donationi vim ex tempore inſinuationis, & non donationis *Cancer. variar. reſolut. tit. de donat. cap.* 8. *num.* 20.

Hæc tamen ſolemnitas in multis caſibus non requiritur, &

Primo in donatione cauſa mortis *Leg. final. Cod. de donation. cauſa mortis*, ſecundo cauſa dotis *Leg. final. Cod. de iur. dotium*, tertio in donationibus correſpectivis *Urceol. conſult. for. capit.* 48. *n.* 31. quarto pro redemptione captivorum *Leg. ſi quis Cod. de donat.* militi facta a Duce, *Merlin. deciſ.* 692. *num.* 90. quinto in donatione remuneratoria *Rot. part.* 18. *recent. deciſ.* 242. *num.* 20. ſexto in tranſactione *Urceol. de tranſact. quæſt.* 67. ſeptimo quando donatio continet fideicommiſſum favore agnationis ipſius Donantis *Buratt. dec.* 924. *num.* 9. *Rot. part.* 13. *recent. deciſ.* 241. *num.* 7. octavo facta ob ingreſſum Religionis ad favorem propinquorum *Rot. part.* 2. *recent. deciſ.* 714. *num.* 9. *& part.* 10. *deciſ.* 161. *num.* 8. nono in donatione geminata *De Luc. de donat. diſc.* 33. *num.* 9. *Urceol. de tranſact. quæſt.* 67. *num.* 8. *&* 9 decimo in donatione facta ab Avo, vel Avia nepoti *Sanfelic. in prax. ſect.* 27. *num.* 45. undecimo quando facta fuit coram Iudice, & cum illius decreto *Rot. part.* 9. *rec. dec.* 387. *num.* 62. decimoſecundo in renunciationibus de iure querendo *Urceol. conſult. for. cap.* 48. *num.* 1. decimotertio in remiſſione iurium, vel pacto, de non petendo *Leg. ſi donationis* 18. *Cod. de donat. Papienſ. in forma libelli, qua agitur pro donat. gloſſ. ſolemniter n.* 10. decimoquarto nec in donatione facta Principi, vel a Principe non habente ſuperiorem *Leg. omnem, et Leg. bene a Zenone Cod. de quadrienn. præſcription.*

Præ-

Prædictæ demum ſolemnitates vel aliæ, quæ a Iure municipali præſcriptæ ſint, deſiderandæ non ſunt in ea donatione, quæ ſine ſcriptura brevi manu per actum facti potius, quam Iuris fiat de pecunia, & gemmis, aliiſque ex communi uſu donari ſolitis *Rot. par. 7. rec. dec. 69. num. 83. e 84. De Luc. de donat. diſc. 60. num.* 28.

Nota hic, quod in donatione a matre in filios collata requiruntur ſolemnitates volitæ a Statuto Florentino *libr. 2 rubr.* 112. attenta maxime generali reformatione *diei 12. Aug.* 1678. *vid. in Florentina Donat. diei 24. Maii 1737. cor. Fabbrini.*

Quod pactum de non petendo habeat vim donationis *vid. in Arretin. ſeu Florent. nullitatis adiudicat. Bonor. diei 29. Mart.* 1774. *cor. Dom. Aud. Salvetti pag. 9. e 10. §. e per la ſteſſa ragione:* de hoc quoque pacto agit *Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*

Quod ne donatio quidem cauſa certi matrimonii ſolemnitates requirat *vid. in Florentina Donationis diei 13. Septembris 1715. coram Manil Urbani.*

Quamvis pro regula generali tenendum ſit, quod donatio fieri debeat præſente Donatario, & abſenti facta, non ſit irrevocabiliter perfecta, limitatur tamen ſi Notarius pro abſente ſtipuletur, ac revocari nequit ante ratificationem Donatarii, præcipue ſi adſit verbum promiſit, vel Iuramentum, quo mediante coram Deo facta dicitur, *Magon. dec. Flor. 39 n 4. Geriſp. conſ.* 38. *per tot.* & præcipuum eſt ex Statuto Florentino *lib.* 2. „quod etiam „ abſenti, & ignoranti acquiritur dominium, poſſeſſio, Ius præ„ ſcribendi, & omnis actio ſine aliqua ceſſione, vel ratificatione, „ licet tali Iure per alterum quæſito, vel quærendo poſſit re„ nunciari „ *Magon. dec. Flor. 117. num. 28. in fin.*

Nota, quod *Geriſpin. conſ. 49. num.* 13. tenet, quod ſtipulatio Notarii ſine traditione vera, vel ficta ( id eſt per conſtitutum ) non transferat Dominium, & quod Statuti Florentini diſpoſitio intelligenda ſit dummodo traditio vera, vel ficta concurrat *dicto conſ. num.* 15.

Quidquid ſit de hoc articulo notandum, quod omnis difficultas circa ratificationem removetur, ſi donatio facta fuerit infanti, vel Piæ Cauſæ, vel cauſa dotis conſtituendæ, vel alterius cauſæ privilegiatæ, cuius intuitu, favor acceptationem ſuppleat, quam expreſſe ſequi opus non eſt, nec iuſtificari, cum in gratuitis, ac lucrativis actibus præſumptio acceptationis reſultet ex ſola ſcientia *Rot. dec. 447. num. 5. e 6. par. 9. tom. 2. dec. 588. num. 2. par. 1. dec. 418. num. 12. par. 4. tom. 2. rec. ad. mater. Geriſpin. conſ. 38. num. 10. Rot. poſt Merlin. dec. 692. num. 9. & dec.*

Digitized by Google

*& dec.* 117. *num.* 28. & quidem ex ſola ſcientia, & coniecturali *De Luc. in ſumm. h. t.* §. 7.

At in contractibus oneroſis ultro citroque obligatoriis, licet Notarius pro abſente ſtipulatus ſit non tamen dicitur perfectus contractus, niſi abſens expreſſe conſentiat *Cancer. variar. cap.* 8. *num.* 48. *de donat.*

*De Donationibus impropriis, ſive cauſativis.*

§. 6.

Donationes impropriæ, ſeu cauſativæ illæ ſunt, quæ non ex mera liberalitate procedunt, ſed ex quibuſdam præcipuis cauſis fiunt, remunerationis nempe, vel ratione oneris impoſiti, ſeu conditionis, ſeu modi adimplendi; hæc ſiquidem diverſam ſortiuntur naturam, & conſequenter diverſo Iure cenſentur.

NOTÆ.

Donationes ſub modo, conditione &c. fieri poſſe, ut in notis §. 1. demonſtratum fuit, nunc videre eſt varios effectus ex iiſdem manantes. Præmittendum primo duplicem oriri poſſe queſtionem circa remuneratoriam donationem, ſcilicet an ſola meritorum aſſertio abſque alio extrinſecæ probationis munimine, ad id ſufficiat; ſecundo, quæ meritorum qualitas expoſcatur: verum aut agitur de donatione inter perſonas prohibitas, & tunc neceſſaria videtur extrinſeca probatio ſaltem adminiculativa, quia ſecundum aliquos, nec iurata Donantis aſſertio tenet, *Michal. de fratr. par.* 1. *cap.* 11. *n.* 16. *Gratian. diſcept for. cap.* 386. *n.* 7. *&* 657. *n.* 51. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 29. *n.* 21. & quod ut donatio dicatur correſpectiva probari debeat cauſa expreſſa, firmatur in *Florent. Bonor. Extradotal. diei* 4. *Aprilis* 1775 *cor Illuſtriſs. Dom. Aud. Roſſi*. Merita etenim debent eſſe æquivalentia, quod remittitur Iudicis arbitrio *Rot. par.* 12. *recent. deciſ.* 28. In ſecundo caſu ſcilicet quando non eſt inter perſonas prohibitas ſecus pronunciandum videtur *Clar.* §. *Donatio quæſt.* 3 *num.* 2. *Rot. par.* 10. *rec. dec.* 200. *in fin. Sanfelic. dec.* 315. Sed non ad omnes Iuris effectus, præcipue quando agendum ſit de evictione præſtanda a Donante favore Donatarii nam certum eſt evictionem non deberi in ſimplici donatione *Leg.* 2. *Cod. de eviction. L.* 18. §. *ult. ff. de donat.* niſi vel donans doloſe rem alienam donarit, & in eas Donatarius ſumptus fecerit *Leg.* 8. §. 3. *ff. de donat.* vel expreſſe promiſſa fuerit evictionis præſtatio, *Mantic. de tacit. libr.* 13. *tit.* 4. *num.* 18. *& ſeqq.* DD. tamen hanc retinent diſtinctionem, quod Donans teneatur de evictione, quando donatio inci-

Digitized by Google

incipit a promiſſione, ſecus ſi a traditione vera, vel ficta *Leg. Ariſto §. fin. ff. de donat. Oinot. §. aliæ autem num.* 85. *h. t. Peregr. dec.* 94. *num.* 5. etiam ſi agatur de vera, vel ficta traditione, id eſt per conſtitutum *Viv. comm. opin.* 214. At ſi evictio promiſſa fuerit Donator non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, hoc eſt deducto ne egeat *Scannarol. de viſit. Carcer. libr.* 3. *§.* 7. *cap.* 5. *num.* 18. *Tuſc. litt. D. concl.* 715. *num.* 3. & hoc beneficium non tranſit ad hæredes.

Verum ſi agatur de donatione remuneratoria vera, & reali evictio debetur *Leg. ſi maior de com. rer. alienat. Leg. non dubitatur Cod. de eviction. Magon. dec. Flor.* 62. *n.* 4. *e* 5. quod procedit etiam ſi agatur de donatione facta ex cauſa certi, & determinati matrimonii, *Rot. dec.* 64. *par.* 16. *rec.* quod quidem dicendum eſt de donatione oneroſa, quæ habeat admixtum onus, ſive rexpectu Donatoris, vel ſuorum, ſive etiam tertii, ad mater, *De Luc. de feud. diſc.* 94 *per tot. & de donat. diſc.* 66. *n.* 10. *e* 11.

*De Donationis inter vivos valide reſolutione, vel revocabilitate, ac imperfectione.*

§. 7.

Si Donatio concepta fuerit ſub aliqua reſolutiva conditione, tunc res plana eſt non poſſe Donatarium ob eius inobſervantiam, vel non implementum pacti, vel condictionis ea uti invito Donatore, in cuius gratiam adiecta eſt condictio vel pactum.

Revocandi quoque facultatem, Donatarii tribuit ingratitudo, quoties de gratuita donatione agatur, ut ex *Leg. fin. Cod. de revoc. donat.* idque procedit relate ad ingratum, aut contravenientem, & in præiudicium illius, & aliorum ab eo cauſam habentium, non autem relate ad alios, niſi implementum fuerit cauſa finalis, ſine qua donatio non valeat, *De Luc. in ſumm. h. t.* §. 7. cauſæ inſuper ingratitudinis recenſentur ab ipſo Imperatore in dicta *Leg. fin.* quæ duobus hiſce verſibus continentur.

*Ingratum faciunt, atrox iniuria damnum,*
*impia dextra, fides fracta pericla necis.*

N O T Æ.

Infringendæ donationis ingratitudo Donatarii erga Donantem cauſam præbet, non autem eiuſdem hæredibus, nam ſi illi cognita fuerit, & ſiluerit, tunc ſilentium pro remiſſione habetur, *Leg. fin. Cod. de revoc. donat. Magon. dec. Flor.* 76. *num.* 26. & eſt

eſt notabile, quod ex dictis cauſis revocatur donatio, ſi res donata extet pœnes Donatarium, ſecus ſi fuerit alienata ante commiſſam ingratitudinem *dict. Leg. fin. ibique Gloſſ., Clar. §. Donatio qu.* 21. pariterque attenta difficultate implementi, & ſic ceſſante dolo Donatarii non cadit iſte a comodo donationis, *Magon. dec. Flor.* 96. *per tot.*

Ex capite non implementi, vel conditionis non purificatæ poteſt revocari donatio, tam a Donante, quam ab eius Hæredibus, & Succeſſoribus univerſalibus, *Leg. pr. Cod. de donat. ſub modo Rot. dec.* 612. *par.* 3. *dec.* 644. *par.* 4. *rec.* quod non obtinet quando pacta ſunt perſonalia, & non realia: quod ex quibus cauſis dignoſcatur, *Rot. dec.* 387. *n.* 40. *par.* 9. *rec. tom.* 1.

In caſu inobſervantiæ, vel non implementi conventionalis hoc inter donationem, & alios contractus diſcrimen eſt, ſcilicet, quod in aliis contractibus nominatis ( ex probabiliori opinione ) inadimplementum non producit reſolutionem contractus, ſed ſolum actionem ad intereſſe, quando non conſtet illud fuiſſe cauſam preciſam, eo modo quo abſque illa factum non fuiſſet, ita quod voluntas deficiat, & de facili purgatio moræ conceditur, atque aliæ admittuntur excuſationes, quæ in donatione non admittuntur, nam in ea inadimplementum abſolute producit reſolutionem, *De Luc. de donation. diſc.* 12. *num.* 2. *Rota deciſ.* 203. *part.* 6. *recent. & Leg.* 1. *&* 2. *Cod. de donat.* quæ ſub modo &c. *Magon. dec. Flor.* 76. *num.* 20. quia cenſetur dominium reverſum ad Donantem.

Liberorum ſupervenientia hanc donationem deſtruit *Leg. ſi umquam Cod. de revoc. donat.* nam huius Legis diſpoſitio habet locum in omnibus donationibus. *Voet. ad Pandect. libr.* 39. *tit.* 5. *ſub. num.* 26. *Domat Les loix civiles liv.* 1. *des Donations entre viſſ tit.* 10. *ſect.* 3. *Deſpeiſſes des contracts par.* 1. *de donations ſect.* 4. *num.* 11. adeoque tam in donatione particulari, quam in univerſali, *Tulden. ad tit. Cod. de revoc. donat.* §. 5. *Faber. in Cod. libr.* 8. *tit.* 38. *def.* 9. *Fontanell. dec. pact. nupt. clauſ.* 5. *Gloſſ.* 8. *par.* 3. *num.* 32. *Ricard Traitè des donations entre viſſ troiſieme partie chap.* 5. *ſect.* 4. *n* 605.

Renunciatio huic privilegio, ut valeat, debet renuncians eſſe certioratus de illo, & hoc inſertum eſſe debet in inſtrumento donationis *Polit. tom.* 3. *tit. de donat. diſſert.* 14. *num.* 12. *Rot. Rom. cor. Rezzonic. dec.* 282. *num.* 26 *& ſeqq. & in Verulana Donation.* 29. *Iunii* 1747. *cor. Dom. Clem. Aroſtegn. num.* 4. ſed non requiri cogitationem filiorum adfirmativam quando implicite deprehendi poteſt ex certioratione a Notario expleta, niſi generi-

Digitized by Google

nerice facta, vel inter clauſulas conſuetas de ſtylo Notarii irrepta appareat, vel niſi donans negative prorſus de filiis cogitaverit firmatur in *Florent. Locor. Montium diei* 23. *Septembr.* 1773. *cor. Dom. Aud. Maccioni pag.* 10. *&* 11. §. *Minuſque &c.* ita ut ſi facta fuerit extraneo revocatur in totum ſi filio a patre revocatur pro rata legitimæ ſupernaſcentium liberorum, quod quidem non procedit in caſu ſupravenientiæ filiorum adoptivorum, vel legitimorum, niſi per ſubſequens matrimonium legitimentur *Michalor. de fratrib. par.* 2. *cap.* 20. *num.* 31. at ſi prædictæ Legis Beneficio præciſe renunciatum fuerit, & de liberis cogitatum favore filiorum intra menſuram legitimæ illis debitæ ſemper revocari poteſt niſi eſſet correſpectiva *Papienſ. in form. libell. quo agitur a donation. Gloſſ.* 2. *verb. remuneratoria Clar.* §. *donatio qu.* 21.

Donatio contemplatione matrimonii alicuius tertiæ perſone revocatur per dictam Legem, quamvis donatum fuerit dotis titulo, quando hæc fit ab extraneo, hoc eſt ad dotandum non obligato; id eſt qui non ſit de aſcendentibus ad differentiam donationis factæ a perſona ad dotandum obligata, vel pro matrimonio donantis, *Valaſc. conſult.* 31. *num.* 2. *& ſeq. Ferrier, Arrets du parlement. de Dijon obſerv. à là queſtion* 26. *num.* 23. & in terminis donationis factæ a patruis favore nepotum, *Ricard Traitè des donations entre viſs troiſieme partie chap.* 5. *ſect.* 4. *num.* 610. *Ferrier Arrets' du parlem. de Dijon. t.* 1. *queſt.* 116, *contra Chriſtin. dec. Belgic. a* 142. *ad tit. C. de revoc. don. n* 14.

Revocatur ulterius donatio, ſeu potius uſque ab initio nullitatis vitio laborat, quando a Patre fit Extraneo poſt filios iam natos, quia inofficioſa dicitur, primo re tantum ſecundo re & conſilio; re tantum eſt cum Pater donavit, & rem donatam tradidit, nec eidem bona ſuperfuerunt pro filiorum legitima; ſed hæc donatio non fuit facta eo animo, ut liberi legitima ſpoliarentur, & tunc revocatur ſolummodo quoad filiorum legitimam; re, & conſilio id eſt deſtinatione, ut filii legitima fraudarentur, & tunc in totum nulla eſt, etiam ſi iuramento firmata fuerit, *Merlin. de legit. libr.* 11. *tit.* 1. *qu.* 21. *num.* 18. *& ſeqq.* prædicta tamen locum non habent, quando filius fuit hæres patris, nec quando facta fuit alteri filio, nec quando fuit relicta legitima, ut videre eſt apud dictum *Merlin. loc. cit.*

Nota poſtremo quod filio revocare volente donationem inofficioſam facta tertio a Patre; Si fiat revocatio proter ſupervenientiam liberorum non eſt neceſſe nullitatis Iudicium inſtruere, quia revocatio fit ipſo iure *Leg. ſi umquam ibi Tiraquell. verb.*

 *rever-*

*revertatur in princip.* adeoque res donata poteſt condici, & vindicari *Leg. fin. Cod. de inoff. donat.* in alia autem revocatione, quæ fieret tamquam inofficioſæ donationis, opus eſſet querela *dicta Leg. final.*

Libuit hic ſummatim aliqua prænotare ſuper articulo an Donatarius univerſalis habeatur loco hæredis, ut donationum materia in quantum fieri poſſit expleta remaneat, ſaltem ut Tyronibus ad ampliora pateat aditus.

Donatarius univerſalis, quod habeatur loco hæredis ad omnes Iuris effectus, & defunctum repreheſentet *De Valent. de contractib. vot.* 1. *num.* 4. *& ſeqq.* & quod ſuccedat in omnia Iura activa, & paſſiva eiuſdem *Florentina Detract. diei* 23. *Februarii* 1770 *pag.* 10. *cor. Meoli*, quod dicatur hæres improprie, & non identificetur cum defuncto, ſed eius vices gerat reſtrictive ad bona recepta, *Florent. nullitat. Execut. diei* 15. *Iulii* 1717. *cor. Venturini §. Verum pag.* 6. quod cenſeatur hæres anomalus, vel ut alii dicunt contractualis *Florent. Donation. diei* 26. *Iulii* 1773. *cor. Vinci pag.* 9. Quod non teneatur facere inventarium, ſed tantum rationes reddere *Pupien. Moleſtiar.* 26. *Martii* 1743. *cor. Bizzarrini, dict. Florent. nullitat. Execut. pag.* 24. *e* 27. *Urceol. dec. Flor.* 41. *num.* 23. Quod adſtringatur cauſative ne repellatur, excludere volens Creditores ex Iuribus ſibi ex perſona propria competentibus, *De Luc. de donat. diſc.* 44. *num.* 3. *& diſc.* 45. *num.* 17. *Rot. in rec dec.* 31. *num.* 13. *par.* 11. nam ſe immiſcens in bonis præſumitur ſatisfactus, *Florentina prætenſi Lucri* 19 *Septembris* 1750. *cor. Franceſchin.*, ſed vide dictam *Florent. nullit. Execut. pag.* 25. *& ſeqq.* quod non teneatur ultra vires licet inventarium non confecerit, *dict. Pupien. Moleſtiar. & dict. Florent. nullitat. Execut. pag.* 22. 23. *e* 24. Qua actione teneatur ad ſolvenda debita donantis ibidem, & an quando conveniri valeat a Creditoribus actionem perſonalem habentibus, *dict Florent. Donation. cor. Vinci pag.* 9. *& pag.* 11. ubi quod exiſtentia hæredis non liberet illum ab onere probandi debita Donantis &c.

*Quæ Actio Donatario competat ad conſequenda bona donata.*

§. 8.

Donans inter vivos rem donatam tradere tenetur, & ſic donationem perficere *§. perficerentur inſtit. de donat. Leg. ſi quis argentum §.* 1. *Cod. de donat. & Leg. perfecta Cod. eod.* at ſi in donatione nondum res tradita ſit, & ſtipulatio intercelleſſerit, petitur

titur Actione ex ſtipulatu, ſi pactum nudum conditione ex Lege *dict. Leg. ſi quis argentum &c.*

NOTÆ.

Conditio ex Lege ſecundum Azzonem locum non habet quando ex nova Lege ſurgit obbligatio, nec in eadem Lege cautum eſt, quo genere actionum experiatur, quæ pro varietate cauſarum nunc ex contractu, nunc ex delicto naſcitur, condicere enim idem eſt, ac actionem perſonalem experiri, *L. 6. Cod. de iur. & fact. ignor. Leg.* 8. *§.* 2. *ff. ad Sen. Conſ. Vell.*

Donatio abſenti facta cum obligatione bonorum Donatoris pro obſervatione contractus, & cum clauſula conſtituti Notario pro abſente ſtipulanti tribuit actionem perſonalem, & hypothecariam, *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *tom* 1. *qu.* 35. *ad mater. Rot. dec.* 40. *par.* 9. *rec.* datur etiam Salvianum pro conſequendis bonis donatis contra tertium titulo poſſidentem, *Rot. dec.* 308. *n.* 1. *e* 3. *&c. par.* 10. *rec.*

Vigore conſtituti de poſſidendo &c. nec poſſeſſio, nec dominium transfertur, ubi res donata eſſet incerta, vel ratione loci, vel quantitatis, vel quotæ & caſu, quo uſusfructus fuerit in donatione reſervatus, & ſic ex facto hominis, ſecus ex diſpoſitione Legis, *Leg. cum quidem §. quod dicitur ff. de acquir. hæredit. Bero. conſ.* 130. *num.* 73. 75. *et* 76.

*Gabella.*

De Donatione debetur Gabella, *Girond. de Gabell. cap.* 21. *num.* 14 *et ſeqq. Rot. poſt eumd. dec.* 10. *ſub n.* 3. *vidend. Statut. Gabell. Civit. Flor. Rubr.* 14. & præcipue „ ibi „ Dal paganiento „ della quale ſieno eſenti, ed eccettuati padri, madri, figli, figlie, nipoti, e nipote di figlio maſchio, e non di figlie femmine, ed ancora ſieno eccettuati i fratelli, ovvero ſorelle carnali di quelli, che così doneranno, ed anco i nipoti, e nipote, fratello, e fratelli maſchi, zio, ed avolo.

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus in materia Donationis inter vivos.*

QUamvis oportuniora adnotata fuerint, quæ ad firmam donationem conſtituendam ſufficere poſſunt, attamen quampluſrima monenda putavimus eo quia Neoterici Tabelliones firmiori

ri animo poſſint explere ea, quæ ſui muneris ſunt.

Licet Doctores contendant an Legi ſi umquam *Cod. de rev. donat.* renunciari poſſit, communior tamen opinio eſt pro adfirmativa, dummodo tamen renunciatio ſit ſpecialis, & expreſſa ex. gr. Donator expreſſe promiſit ſe hanc donationem non revocaturum etiam ex cauſa futurorum liberorum (vel ſi habeat liberos) etiam ſi filios habeat, & ideo certioratus de iis quæ præciſe continet *Lex.* ſuper iiſdem donationibus, id eſt quod renunciari nequit, ſeu donari bona alicui in præiudicium natorum, filiorum vel naſciturorum, attamen ſic iterum, iterumque certioratus, & monitus prædictis non obſtantibus cum ſuo iuramento præſtito ad delationem mei abſolute, preciſe, & omni meliori modo, quo facere poteſt, & eidem permiſſum éſt dictæ diſpoſitioni *Leg. ſi umquam* renunciavit aſſerens hanc eſſe ſuam voluntatem, quam ſervari vult, & omne robur habere, prædictis non obſtantibus.

Quod ſi Donator de tempore donationis uxorem habeat ſine filiis, utilis Donatario cautela erit, ſic dicere „ ex cauſa „ etiam futurorum filiorum, ex quacumque uxore ſibi naſciturorum *Gallerat. de renunciation. renunciat.* 77. *num.* 7. 8.

Cum Pater donare valide poſſit filio pro conſequenda dignitate, *Oinot. inſtit. tit.* 7. *num.* 37. *de donation.* & præcipue ut ad Sacros Ordines promoveri poſſit, dubium oriri poteſt, an res donata imputanda ſit in portione tali filio futuræ paternæ hæreditatis debita *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 23. & alibi.

At ſi Pater rem ſimpliciter aſſignet, nec expreſſe donet, tunc certum eſt, quod res aſſignata imputetur, ſeu ut aiunt cum aliis conferatur.

Sed poſthabitis dictis quæſtionibus Notarius ad tollendas dubietates requirere debet mentem Donantis, ſeu aſſignantis, quod ſi iſte voluerit, quod filius conferat cum aliis filiis rem aſſignatam, ſeu donatam, poterit hoc expreſſe declarare, ſin minus exprimendum erit; quia pater poteſt remittere collationem *dict. Michalor. cap.* 18. *num.* 14. quo tamen caſu cæteri filii legitima fraudari non debent.

Animadvertant Notarii non apponere in ſimplici donatione pactum de evictione præſtanda Donatario a Donatore, niſi hoc fuerit de eius voluntate.

Ex-

*Explicatio nonnullarum Clauſularum, quæ adhiberi ſolent in donatione inter vivos.*

PER ſe ſuos hæredes &c. verba hæc denotant donationem inter vivos, *Soccin. conſ. 53. num. 5. vol. 1.*

*Pure*, Et hoc primum requiſitum eſt, ut ſit vera donatio *Soccin. dict. conſ. Alex. conſ. 40. num. 14. vol. 2. Roland. conſ. 44. num. 14. vol. 4.*

*Libere*, Non facit donationem eſſe liberam, ſi talis in ſubſtantia non ſit, *Alex. loc. cit.* „ ſimpliciter idem ſonat.

*Irrevocabiliter*, Explicat hæc clauſula veram donationis inter vivos naturam, *Carpan. ad Stat. Mediclan. cap. 324. n. 204.*

*Inter vivos*, Quia donatio in dubio intelligitur inter vivos, niſi ſit facta mentio mortis, *Soccin. conſ. 55. in fin. vol 1.*

*Quod præſens donatio nulla ingratitudinis cauſa revocari poſſit*, hæc tamen clauſula non tollit ingratitudinem futuram, *Caſtrenſ. in L. fin. n. 12. ubi Bald. Cod. de pactis Speculator de don. §. 1. n. 5.*

*De donatione mortis cauſa.*

§. 9.

Mortis cauſa donatio ea eſſe dicitur, cum quis alteri donat ſed ita ut nolit dominium rei donatæ Donatario acquiri, niſi poſt mortem; ſed ad rem animadvertendum eſt, quod licet aliquis in mortis articulo conſtitutus alteri donet, & non dicat quod mortis cauſa donat, non eſt donatio cauſa mortis, ſed inter vivos, & in dubio ſic præſumitur.

Plura requiruntur ad hoc, ut valeat donatio hæc, & primo præſentia quinque teſtium, quia etſi dum ineſſe deducitur æquiparetur contractui, quoad effectum, & efficaciam cenſetur ultima voluntas *De Luc. in ſumm. h. t.* § 2.

Secundo quod Donans teſtari poſſit excepto filio familias, qui teſtari nequit etiam cum conſenſu Patris, tamen mortis cauſa donare poteſt Patre adnuente.

Tertio ut illis donetur, qui hæredes in teſtamento inſtitui non prohibentur *Leg. in omnibus ff. h. t.* & quibus legata relinqui poſſint *Leg. Marcellus §. Paulus notat ff. eod.* quamvis teſtamentum condere non poſſint.

Quarto in actu donationis huiuſmodi perficiendæ requiritur præſentia Donatoris, ac Donatarii, qui ſi abſit, poterit vel Nuncius.

eius, vel Procurator, vel Notarius pro eo acceptare, eo modo, quo ſupra dictum fuit cum de donatione inter vivos egimus; hæc tamen donatio, ſi cum onere fideicommiſſi univerſalis ſit, habet locum detractio falcidiæ, ſeu trebellianicæ *De Luc. in ſum. h. t.* §. 2.

NOTÆ.

Hæc mortis cauſa donatio revocatur primo, ſi ille, qui ita donavit in infirmitate conſtitutus ex qua ſe moriturum putabat, aut a mortis periculo, quod timebat evaſerit, & convaleſcat; cauſa ſiquidem ceſſante propter quam donatum fuit, & ipſam donationem evaneſcere neceſſe eſt, quod adeo verum eſt, ut ſi quis irrevocabiliter alteri donaverit, vel utatur in donatione cauſa mortis clauſula de non revocando, non dicitur facta donatio cauſa mortis, ſed inter vivos *Franc. dec.* 693. *per tot.*

Si quis autem mortis cogitatione ductus, quæ certa eſt, licet incerta ſit hora illius, alicui mortis cauſa donaverit, & poſtea in adverſam valetudinem incidat, atque convaleſcat, non cenſetur revocata donatio, quia huiuſmodi cauſa donationis non fuit periculum infirmitatis, vel aliud, ſed mortis futuræ tantummodo cogitatio, ideoque eadem ſemper vigente cauſa, numquam cenſetur revocata donatio *Leg. final. Cod. de donat. mortis cauſa*. Revocatur pariter ob pœnitentiam Donantis, qui ſemper pœnitere poteſt *Urceol. conſult. for.* 85. *num.* 14. ſed ut revocetur per contrariam diſpoſitionem, requiritur ſeiuncta mentio de illa *Florentina Locor. Mont. diei* 2. *Martii* 1738. *cor. Quarateſi*. Revocatur ſi rem donatam Donator alienaverit, ſi inimicitiæ capitales inter Donantem, & Donatarium ſupervenerint; ſi Donatarius Donatori præmoriatur, nec enim id, quod ita donatum fuit vivente Donatore tranſmittitur ad hæredes Donatarii *Text. in* §. 1. *inſtit. de donat.* Notandum, quod ſi quis ære alieno gravatus cauſa mortis donet ita, ut poſt donationem non ſit creditoribus ſolvendo, etiam ſi donaverit abſque animo fraudandi illos, poſſunt donationem prædictam reſcindere *Urceol. conſult. forenſ.* 54. *num.* 9. hæc donatio fieri poteſt abſenti per nuncium, per epiſtolam ſi per eum aliquis ſtipuletur *Leg. ubi ff. h. t. Leg. ſi cum in fine ff. eod. Clar.* §. *donatio lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 3. In donatione tamen cauſa mortis facta per epiſtolam, vel nuncium debent teſtes intervenire in actu, quo epiſtola ſcribitur, vel nuncius mittitur, & in actu quo epiſtola ipſa traditur, aut voluntas nunciatur *De Luca ad Franc. deciſ.* 693. *num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 4. *& ſeq. Florent. Emphyteuſis diei* 10. *Septembris* 1688. *cor. Cavalcanti pag.* 14. Et quamvis quotidie in teſtamentis apponatur, quod

Digitized by Google

quod valeant iure donationis cauſa mortis, ſi is cui ſic donatur ſit abſens, nec intervenerit Nuncius, nec epiſtola, non poterit agere ex cauſa donationis, niſi Notarius tamquam publica perſona recepiſſet hanc donationem eius nomine, vel cuiuſcumque *Tyraquell in tract. de iur. conſtit. limit.* 30. *n.* 49. *&* *quæſt.* 13. *de donat.* poſſet tamen agere ex cauſa fideicommiſſi *Boer deciſ.* 353. *Roland. a Valle conſ.* 82. *num.* 25. *vol.* 1.

Poteſt etiam concipi donatio hæc, nedum poſt mortem Donantis, ſed etiam poſt mortem alterius tertiæ perſonæ, ut ſi quis donet poſt mortem filii ſui *Leg. qui pretio* 8. *in fin. Leg. mortis cauſa* 11. *&* *Leg.* 18. *ff. h. t.*

In hac non requiritur inſinuatio *Leg. ſi cum in fin. ff. eodem*, eo modo, quo in donatione remuneratoria, & correſpectiva *gloſſ. in Leg. tam is qui ff. eod.* Quæ vero dicantur donationes impropriæ, quæ non cadunt ſub cenſura Statuti loquentis de donationibus *Clar. §. donatio lib.* 3. *quæſt* 6. *n.* 3. & ſubſtinetur facta inter Virum, & Uxorem *Leg. omnibus ff. h. t.* Demum addendo ad ea quæ ſuperius dicta ſunt, cum hæc fere in omnibus, legatis æquiparetur, ſubiacet falcidiæ *Leg. cum Pater filios* 77. *§. eor. quibus ff. de legat.* 2. *Diana part.* 8 *tract.* 6 *reſolut.* 82 *Cuiac. lib.* 8 *obſervat. capit.* 2. non obſtante quod aliqui ſentiant in donatione omnium bonorum cauſa mortis facta, falcidiam detrahi non poſſe per *Text. in Leg. acceptis* 93 *circa medium ff. ad Leg. falcid. Covarruv. in rubr. extra de teſtam. part.* 3 *num.* 31 *verſic. id intelligendum*; vel trebellianicæ, ſi fuerit concepta, cum onere fideicommiſſi univerſalis.

Quamvis nonnulli contendant non poſſe mulieres, ac minores abſque ſolemnitatibus a Statuto præſcriptis cauſa mortis donare, verior tamen, & communior contraria opinio eſt.

Certum ſiquidem eſt, quod Statuta loquentia de contractu intelligi etiam debent de diſtractu, quando ſcilicet requiruntur certæ quædam ſolemnitates *Altograd. conſ.* 15 *num.* 9 *& ſeq. lib.* 2. *Montan. de Tutor. cap.* 33 *num.* 391 *Rot. part.* 17 *recentior. dec.* 233. donatio tamen mortis cauſa non comprehenditur in Statuto loquente de donatione, cum eius appellatione proprie non veniat, ſed potius ultimis voluntatibus æquiparetur, *Leg. ult. Cod. de donat. cauſa mortis*: *Pico ad Stat. Urb. gloſſ.* 7 *num.* 43 *Marzimed. examinat.* 52 *per tot. cum addit. Montan. de Tutor. cap.* 33 *num.* 463. ea potiſſimum de cauſa, cum ex illa non poſſit reſultare læſio, quia poteſt ſemper revocari, quæ opinio communior, & receptior eſt *Conſtant. ad Statut. Urb. annotat.* 44. *art.* 6. *n.* 591. ibique relati *De Luc. de donat. diſcur.* 34. *num.* 11. & cum hac

opinione tranſire ait idem *Conſtant. Rot. dec.* 636. & 677. *coram Pamphilio*.

A donatione cauſa mortis differt adeptio, quæ dicitur *mortis cauſa capio*, quia continet præter dictam donationem, quemcumque acquirendi modum occaſione mortis alicuius ex. gr. acquiſitionem pecuniæ acceptæ ob renunciationem hæreditati, aut emolumento cauſa mortis relicto, vel contra renunciatæ hæreditatis acceptationem *Voet. ad Pandect. lib.* 39. *tit.* 6. *a n.* 9.

Unum addendum ſupereſt relate ad conſenſum Patris in donatione cauſa mortis, quod requiritur *pro intereſſe*, & non *pro forma*, aut *ſolemnitate*, quare poteſt etiam actum præcedere, & ſequi, ac omitti, ſi uſusfructus bonorum donatorum Patri non querebatur *De Luc. in ſumm. h. t.* & hoc ſpeciale notandum, quod donatio cauſa mortis facta a filio famil. cum conſenſu Patris revocatur ad libitum eiuſdem, re tamen integra, unde cautela erit pro reddenda irrevocabili dicta donatione, quod dictus conſenſus præſtetur non ipſi filio, ſed extraneo, cui filius vult donare *De Luc. de dote diſc.* 33. *num.* 9. & 10.

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus*.

IN donatione cauſa mortis nullimode exprimi debent clauſulæ apponi ſolitæ in donatione inter vivos, & præcipue in acceptatione facta a Donatario non eſt dicendum „ *pro ſe, & hæredibus acceptare* „ nam quando fit mentio hæredum præſumitur donatio inter vivos, & non cauſa mortis, quæ non tranſit ad hæredes Donatarii, ſi præmoriatur Donatori: *vid. Formular. Seuen. in not. ad form. donat. mortis cauſa pag. mihi* 179.

Itemque non ſunt apponendæ clauſulæ in quibus Donans ſolet promittere non contravenire, ſeu non revocare, quæ eumdem pariunt effectum, ſcilicet mutandi donationem cauſa mortis in donationem inter vivos *vid. Formul. Seuen ubi ſupra*.

Sicuti fere per omnia donatio mortis cauſa legatis æquiparatur, ideo falcidiæ ſubiacet, quare pro vitandis diſputationibus ſi ita donanti placuerit Notarius poterit adiicere clauſulam *quod de rebus ſic donatis falcidia detrahi non debeat*.

Poterit etiam contingere, quod cœcus velit donare cauſa mortis, quare dubitare poſſet imperitus Notarius, quod ſicuti cœcus teſtari nequit abſque ſolemnitate de qua in *tit. de teſtam.* an donare cauſa mortis poſſit ſine illis, & reſpondetur quod ſine ſolem-

ſolemnitatibus donare poteſt mortis cauſa *Leg. cum de mortis cauſa* 3. *Cod. de donation.* poterit etiam in dicta donatione Notarius pro abſente ſtipulari *Guid. Pap. quæſt.* 222. *n.* 1. *Boer. conſ.* 34. *n.* 5.

---

*Explicatio clauſularum in donatione cauſa mortis.*

EX titulo donationis mortis cauſa „ titulus hic denotat cauſam „ *Leg.* 28. *&* *Leg.* 41. *in princip. ff. h. t.*

*Dedit, donavit, tradidit,* donatio hæc fit, vel traditione, vel pollicitatione *Roland. de donat. cauſa mortis n.* 8. *vol.* 8. *part.* 1.

*Preſenti,* preſentia Donatarii an ſit neceſſaria ſatis ſupra dictum eſt de hac agit *Roland. loc. cit. num.* 12. *&* 25. *Guid. Pap. quæſt.* 222. *num.* 1. *Roman conſil.* 513.

*Pro ſe, & ſuis hæredibus,* hæc verba potius denotant donationem inter vivos *Alex. conſ.* 193. *num.* 1. *vol.* 2. ſed animadvertendum, quod ſi hæc clauſula apponatur relative ad Donantem recte erit appoſita, ſecus ſi relative ad Donatarium, ideo Notarius curet eam apponere tantum, quando dicit N. N. donat pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus &c. & quando nominat Donatarium dicat tantummodo, *N. N. præſenti, recipienti, & acceptanti,* idem *Formul Senen. loc. cit.*

*Quæ omnia &c.* hæc clauſula apponenda non videtur in donatione mortis cauſa, cum in dubio contineat promiſſionem de non revocando *Roland. loc. cit. num.* 10. *& deciſ.* 89. *in princip. lib. 6. motiv. Rot. Florent.* & hæc dicta ſint pro faciliori intellectu aliquarum clauſularum, cum aliæ vel ſatis generales, & notæ ſint, nec indigent explicatione, aliquæ vero aliis in locis ſatis, ſuperque explicentur.

*De renunciationibus.*

§. 1.

At quoniam donationi affinis renunciatio eſt, & aliquando omnino donatio eſt, nonnulla ideo diſſeremus ad dignoſcendas ſpecies dictarum renunciationum.

Renunciatio itaque definitur *abdicatio quædam iuris, vel rei, vel iuris voluntaria refutatio,* eſt vere privatio, quæ præſupponit habitum, obligationemque inducit, & ſi de iure quæſito ſit, alienatio dicitur, vel donatio. Hæc ſiquidem ſtricti iuris eſt adeoque non comprehendit niſi expreſſa (1).

Triplex renunciationum diſtinctio eſt, nempe quod alia perſonalis, alia realis, alia mixta ſit (1).

Perſonalis, quæ & alio nomine translativa nuncupatur, eſt quando quis diſponendo renunciat cum ceſſione ad favorem alterius: dicitur perſonalis, quia habetur reſpectus ad perſonam, cui renunciatur, & ſic perſonalitas deſumitur ex contemplatione perſonæ in quam fit renunciatio: dicitur translativa, quia renuncians abdicat a ſe ius ſuccedendi, illudque transfert in eum cuius favore renunciat (3). Et præcipue translativa dicitur, ubi agatur de hæreditate delata, ſive adita ſit, ſive non (4): verum dicitur perſonalis, quando agitur de hæreditate, ſeu de bonis non delatis, ſed deferendis.

Realis, quæ & alio nomine extinctiva vocatur, ſeu abdicativa, ea eſt quæ talem operatur excluſionem Renunciantis, ita ut ab omni hæreditate, & per quamcumque perſonam a ſucceſſione repellatur, quacumque de cauſa eidem ſucceſſio deferatur, perinde ac ſi renuncians non eſſet in rerum natura, ac propterea deſcendentes ab ipſo renunciante omnimode excluduntur, ac ſucceſſio aperitur favore aliorum, ſive renunciatarius obierit condito teſtamento, ſive ab inteſtato.

Mixta, quæ participat de reali, & de perſonali, adeoque dicitur etiam realis ſecundum quid, ſeu temporaliter, quando ſcilicet dirigitur tam ad res, & bona, quam ad perſonas, ut quia nempe adſint verba omnimodam realitatem importantia, ſed poſtea reſtringitur ad favorem certarum perſonarum, quæ fuerunt contemplatæ, nam tunc dicitur realis, quia durat quouſque durant perſonæ, quarum intuitu facta fuerit renunciatio (5), ſed illis deficientibus illico expirat, & habetur ſtatim ac ſi fuiſſet perſonalis (6).

(1) *Rot. part.* 2. *diverſor. dec.* 242. *per tot.* (2) *Torr. loc. cit.* (3) *d. Torr. cap.* 1. *num.* 46. (4) *Torr. ubi ſupra num.* 48. *&* 49. (5) *Torr. d. tract. cap.* 10. *n.* 43. *Rot. dec.* 258. *num.* 17. *&* 19. *& dec.* 330. *num.* 6. *&* 7. *part.* 14. *recent.* (6) *Cutell. de donat. diſcurſ.* 3. *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 32. *Roman. dec.* 1. *num.* 4. *&* 5.

*Ad Mater vidend. De Luc. de renunciation. diſcur.* 4. *num.* 6. *Manſ. conſult.* 423. *num.* 23. *tom.* 5. *Gallerat. de renunciation. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 26 *Rot. poſt eumdem deciſ.* 44. *num.* 5. *& apud Balduccium ad Ramon. deciſ.* 16. *num.* 8. *tit.* 2. *Palma allegat.* 297. *num.* 6. *Capon. diſc.* 216. *num.* 17. *Palma allegat.* 225. *ſub num.* 11.

*Ap-*

*Appendix.*

Renunciatio translativa præſupponit acquiſitionem *Florentina Succeſſionis* 21. *Februarii* 1769. *cor. Salvetti art.* 1.

Translativam renunciationem important verba, dedit, ceſſit, *Polit. de renunciat. diſſert.* 1. & clauſula conſtituti, & ad habendum *Molines deciſ.* 1750. *tom.* 5. *num.* 5. *&* *verba donò, e dona: De Valent. de contract. vot.* 35. *num.* 24. *&* 25. & alia indicantia donationem irrevocabilem *De Luca de renunciat. diſcur.* 4. *n.* 17. *&* *diſcur.* 6. *num.* 18. *&* 32. *Palma nepos deciſ.* 317. *num.* 3. & clauſula „ omni meliori modo „ *Urceol. conſ.* 98. *ſub num.* 62. & directio actus ad favorem certæ perſonæ *Rot. cor. Falconer. de miſcellan. deciſ.* 68. *num.* 5. *&* *cor Molines deciſ.* 1250. *n.* 6. & mentio iurium, & hæreditatum futurarum *Politi de renunc. diſſert.* 1. *tom.* 3. *n.* 48. & verba pro ſe, & hæredibus *Urceol. de tranſact. quæſt.* 54. *num.* 60. & onus iunctum renunciatario *Rota cor. Molines deciſ.* 1250. *num.* 5. 6. *&* 8. & renunciatio *Leg. ſi umquam*, & omnibus Legibus, Statutis &c. *De Valent. de contract. vot.* 35. *num.* 31. & promiſſio non contraveniendi, & obligatio de reficiendis damnis, & expenſis, & hypotheca pro obſervantia contractus *Politi dicta diſſert. n.* 33.

Mixtam inducunt clauſulæ ad habendum &c. ponens &c. dans &c. iunctæ clauſulæ exprimenti renunciantis excluſionem, & reſervationes favore dicti Renunciantis, & verba „ in favore, e „ comodo „ *Lanfredin. reſponſ.* 41. *pag. mihi* 251. *num.* 26. *&* *ſeq.* ita clauſulæ abdicativæ iunctæ titulo donationis *Urceol. conſ.* 98. *ſub num.* 62 *Bononien. Emphyteuſis ſuper bono iure* 27. *Februarii* 1722. *cor. Rovault. de Gamaches* §. *quiſque &c.* animadvertentes celebrari poſſe renunciationem abdicative quoad ſe, & translative, quoad alios *De Valent. de contract. vot.* 33. *num.* 45. *&* *vot.* 35. *num.* 47. *Rot. cor. Emerix. iunior. deciſ.* 619. *num.* 5. *&* *coram Anſald. deciſ.* 691. *num.* 12. *et* 13.

*Quæ nam bona veniant in renunciatione.*

§. 2.

Regulariter renunciatio hæc ſtricte eſt intelligenda, (1) eo quia minus quam fieri poſſit renuncianti præiudicet, adeoque ubi agitur de iis iuribus, qui directe, vel oblique ex teſtamento competant, regula eſt, quod ſub renunciatione non veniant niſi eorum ſpecialis mentio cum certa notitia teſtamenti accedat, & quomodo veniant ex plenitudine verborum, & ex aliis circum-

ſtan-

ſtantiis (2), in quibus multa ad materiam, & præcipue de renunciationis reſolutione examinantur. Illud obiter addimus, quod mulierum renunciationes habentur ſemper tanquam perſonales translativæ.

Animadvertendum, quoque eſt in renunciatione minoris facta ob ingreſſum in Religionem non requiri conſenſum Tutoris, vel Curatoris, nec Decretum Iudicis, nec aliam ſtatutariam ſolemnitatem (3), & hoc procedit, quando renunciatio fit favore conſanguineorum, dummodo renuncians ſit maior annorum quatuordecim (4) quamvis contrarium alii ſentiant (5) ergo cautius agendo putarem certiorationem faciendam eſſe.

Plerumque renunciatio abdicativa eſſe ſolet, & pro tali reputari, quando ſic concepta eſt „ mere libere, & inter vivos, „ irrevocabiliter „ realiter, & abdicative donavit, & donat (6), præcipue quando facta eſt ob cauſam ingreſſus in Religionem, & ſerviendi Deo (7).

(1) *Surd. conſ* 431. *num.* 32. *Gratian. diſcept. for. cap.* 565. *num.* 6. *Rot. dec* 782. *num.* 1. *par.* 1. *dec.* 543. *num.* 10. *par.* 5. *rec.* (2) *Rot. dict. dec.* 543. *a num* 13. *per tot.* (3) *Manſio conſ.* 576. *tom.* 6. *& conſult.* 544. *num.* 6. (4) *idem Manſ. conſult.* 302. *num.* 21. 22. *&* 23. *tom.* 4. *Bertacchin. vot. dec.* 37. *n.* 4. *Palm. nepos alleg.* 295. *num:* 22. *Gratian. diſcept. for. cap.* 568. *num.* 7. (6) *Palm. alleg.* 295. *e* 296. *tom.* 3. *Anſald. dec.* 15. *e dec.* 56. (7) *De Luc. de renunciat. diſc.* 2. *num.* 10. *& diſc.* 8. *num.* 5. *diſc.* 10. *num.* 3. *De Valent. de ultim. volunt. vot.* 5. *num.* 11. 39. *e* 40. *Rot. Lucenſ. penes Palm. nepot. allegat.* 229. *num.* 28.

NOTÆ.

Non facta Profeſſio irritat renunciationem ob cauſam ingreſſus in Religionem, *Rot. Rom. in rec. dec.* 109. *n.* 7. *p.* 5. *tom.* 1. receſſus a Religione renunciationem non irritat, ſi ingreſſus fuit ſimplex cauſa impulſiva, *Rot. Rom. c. Lancet. dec.* 112. *n* 8. *Conſtant. vot. dec.* 51. *n.* 17. Quomodo intelligatur renunciatio eius, qui Religionem ingreditur facta ſub conditione, ut ſi ad ſeculum redierit reſolveretur, *vide Vot. Domini Advocati Brandaglia in Montis Politiani renunciat.* 29. *Septembris* 1772. An & quando ad beneficium reſignatum ob cauſam ingreſſus in Religionem competat regreſſus reſignanti, ſi profeſſionem non emiſerit, *vid. Piton. diſcept. Eccleſiaſtic.* 6. & quinque Deciſiones poſt eum.

Renunciationes Religioſorum transferunt Bona Religioſis obventa etiam poſt Legem Amortizzationis anni 1751. iuxta declarationem emiſſam a Supremo Conſilio, quæ extat in Filtia „ del „ Prov-

„ Provveditore del Monte Comune numero 60. „ Nam prædicta Lex non prohibet acquiſitionem momentaneam Religioſi Renunciatarii. *Florent. Succeſſion. diei* 21. *Februarii* 1769. *cor. Salvetti num.* 2.

Quomodo demum in dubiis interpretanda ſit, quando adeſt aliqua ſubſequens renunciantis animi declaratio.

Pro coronide hoc unum addendum, quod quamvis ingrediens Monaſterium promittat non revocare donationem, etiam ſi a religione exierit, tamen ſi de ea egrediatur ſit locus revocationi.

In dicta ſpecie regula generalis traditur ſcilicet, quod illa renunciatio translativa dicitur, & perſonalis, quæ transfertur ad perſonas tantummodo contemplatas. Realis abdicativa, & extintiva, quando renuncians abdicat a ſe omnem ſpem, extinguitur totum Ius, & ille habetur pro mortuo, ad rem *De Luc. de renunciat. diſc.* 12. *num.* 50. *& paſſim alibi Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 97. *num.* 37. *tom.* 1.

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus.*

ADvertant Notarii diligenter ſcrutari voluntatem Renunciantis, utrum Renunciationem perſonalem, & translativam, vel realem abdicativam, aut extintivam facere velit, ſi dicatur in Inſtrumento.

Titius renunciavit, donavit Caio præſenti, & acceptanti pro ſe &c.

Tunc intelligitur tantum ſtipulatum pro hæredibus deſcendentibus Cai, non autem pro extraneis, & ideo ſi deficiant deſcendentes Cai, renunciatio ſit perſonals, & translativa & bona renunciata tranſeunt ad renunciantem.

Quare dum Notarius fuerit certus, quod mens renunciantis ſit faciendi renunciationem in favorem omnium etiam extraneorum, poterit dicere.

Caius renunciavit Titio preſenti, & acceptanti pro ſe, & ſuis hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque, etiam extraneis, *Manſ. conſult.* 425. *per tot. tom.* 5.

Vel poterit uti cautela ampliori, videlicet: ita ut præſens donatio, & renunciatio ſit, & intelligatur ſemper nunc, & omni futuro tempore, & ita voluit eſſe Donator realis, realiſſima, abdicativa, & extinctiva, ita quod bona donata tranſeant ad quem-

quemcumquæ hæredem, & ſucceſſorem etiam extraneum renunciatarii, *Manſ. conſult.* 594. *num.* 4 *tom.* 6.

Nam tunc ſi decedat Donatarius abſque teſtamento, & deſcendentibus familiæ forſan contemplatis a Donante, tollitur eidem, ſeu monaſterio &c Ius excitandi articulum, quod donatio fuerit perſonalis, id eſt facta tantum contemplatione familiæ ſuæ agnationis.

Et magis ampla erit cautela hæc, ſcilicet „ quod renuncians vult ſemper haberi pro mortuo, ita ut bona renunciata tranſeant etiam ad alios hæredes donatarii ab inteſtato „.

Nam ſi ageretur de filia renunciante, & Notarius prætermiſiſſet dictam cautelam.

Si Pater decederet ab inteſtato non extantibus maſculis, filia admitteretur de novo ad hæreditatem, *Manſ. conſ.* 256. *per tot. tom.* 3.

Alia inſuper remanent diſcutienda, reſpicientia cautelas in hac materia nempe ſi in renunciatione dictum fuit a renunciante.

Quod renunciat etiam Iuribus de futuro, & adventuris quacumque cauſa de futuro, etiam ex iis, quæ ex inopinata, & nunc non cogitata cauſa de futuro, in poſterum eidem renuncianti deferri poſſent occaſione cuiuſcumque hæreditatis legati &c. ita ut dicta renunciatio, etiam ad ignorata protrahatur.

Nam volunt Doctores, quod huiuſmodi Renunciatarius, poſſit habere, & conſequi omnem hæreditatem, & legatum poſt renunciationem veniens, quod renunciatario devolveretur, *Manſ. conſ.* 423. *et conſ.* 424. *num.* 5. *tom.* 5.

*Formula*.

Verborum, quæ apponi ſolent in ſimilibus contractibus ex. gr. „ volens dictus NN. ingreſſurus in Religionem preſentem „ donationem, & renunciationem perpetuo valere, ac robur per„ petuæ validitatis habere, quia illam facit ex cauſa dicti ingreſſus, „ cum eiuſdem voluntas ſit Deo in paupertate ſervire, & ſe ip„ ſum a curis, & ſollicitudinibus ſæculi abſtrahere, relinquendo „ cuncta, quæ poſſidet, & ideo remedio animæ ſuæ conſulere, „ humanaque cum divinis commutare, ideoque &c „ Plura vide in *form. Florent. in form. renunciat. Puellæ ante ingreſſum in Religionem*.

QUI-

## QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

### *T I T. VIII.*

CUM ex dominio præcipuus oriatur effectus, quod cuique de rebus ſuis diſponere permiſſum ſit, expoſitis modis acquirendi rerum dominia, ad rem hic agitur de iis, qui alienare, poſſunt, vel non, quamvis domini ſint.

Pro regula generali tradendum videtur, quod qualiſcumque dominus res ſuas alienare poſſit, ſed limitatur niſi a Lege prohibeatur; veluti cum de Marito agitur, qui conſtante matrimonio licet ſit dominus fundi dotalis, illum nequit alienare, etiam conſentiente Uxore.

Verum prædicta prohibitio intelligenda eſt de fundo dotali, quem maritus inæſtimatum recipit, ſecus tamen eſt ſi agatur de fundo æſtimato, & ratio differentiæ eſt, quia primo caſu ſit debitor ſpeciei, in ſecundo quantitatis, ſeu generis.

Accedit ulterius, quod qui dominus non eſt, poteſt alienare, veluti creditor pignoratarius, qui licet dominus pignoris non ſit, illud nihilominus poteſt diſtrahere facta tamen debitori denunciatione.

Pupilli quoque abſque Tutoris auctoritate alienare prohibentur, ac etiam furioſi, & omnes illi, quibus interdicta eſt rerum ſuarum adminiſtratio, ut ſuperius diximus.

## PER QUAS PERSONAS CUIQUE ACQUIRATUR.

### *T I T. IX.*

NON ſolum per nos metipſos nobis acquirimus, ſed etiam mediantibus perſonis, quas in poteſtate abſoluta habemus, ut per filium, ſervum &c.

Antiquitus quidquid per filium acquirebatur excepto Peculio Caſtrenſi, vel quaſi, Patri acquirebatur, ſed hodie ſi filius acquirit ex re Patris, ſive contemplatione Patris, dicitur Peculium profectitium, quod totum Patri queritur.

Verum, quod filio aliunde obvenit, ſive miniſterio ſui laboris, ſive proſpera fortuna, veluti hæreditate materna, donatione

ne &c. hoc dicitur Peculium adventitium, & ex Iuſtiniani conſtitutione, quoad uſumfructum ad Patrem pertinet, ut dictum fuit in titulo de Patria Poteſtate.

Pater emancipans filium acquirebat olim tertiam partem peculii Adventitii, hodie vero ex novis Iuſtiniani conſtitutionibus conſequitur dimidiam uſusfructus Peculii adventitii filii emancipati, proprietate in ſolidum relicta filio.

Quo vero ad Peculium profectitium, ſi Pater ſibi in emancipatione, eum reſervet ad filium amplius non pertinet, ſi vero non reſervet ſequitur filium, veluti a Patre donatum; Cætera, quæ traduntur, hic in teſtu partim alibi explicata fuere, partim explicabimus.

Concluditur inſuper per extraneas perſonas nil nobis acquiri poſſe excepta cauſa poſſeſſionis, quæ ſola ignorantibus acquiritur per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum, *Leg.* 1. *§. per procuratorem ff. de acquir. poſſeſſ.* ſed de hac re plenius alibi dictum fuit.

Huc uſque actum eſt de modis acquirendi res ſingulas, quorum adhuc ſuperſunt oportuniori in loco dignoſcendi, at nunc ſequendo ordinem Textus tradimus hic modos acquirendi per univerſitatem, quorum quatuor recenſentur nempe.

Hæreditas, Bonorum poſſeſſio, arrogatio, & aſſignatio Bonorum libertatum conſervandarum cauſa.

Hæreditas eſt ſucceſſio in univerſum Ius, quod Teſtator habuit tempore mortis, hoc eſt, vel ex Teſtamento, vel ab inteſtato.

Quoniam vero potior eſt ſucceſſio ex Teſtamento, merito, de hac primo loco agit Imperator.

---

## DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

### *TIT. X.*

NEquit ex Teſtamento hæreditas deferri niſi illud rite confectum fuerit, ideo Imperatoris inherendo veſtigiis videndum, quæ ſpectent ad formam Teſtamenti ordinandi. Iuxta Modeſtini definitionem *in Leg.* 1. *ff. h. t.* Teſtamentum eſt „ voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod poſt mortem noſtram „ fieri volumus „ poſthabitis Teſtamentorum generibus de quibus agit Textus (qui in deſuetudinem habiere) hodie duo tantum Teſtamentorum ſpecies ſuperſunt Paganicum ſcilicet, ſeu commune, & militare. Com-

Commune, ſeu Paganicum illud eſt, quod Iure Communi ab omnibus fieri poteſt, qui militiæ addicti non ſunt, & dividitur in ſcriptum, hoc eſt ſolemne, & non ſcriptum, id eſt nuncupativum,

Scriptum, ſeu ſolemne eſt illud, quod requirit omnes ſolemnitates, quæ recenſentur in *Leg hac conſultiſſima C. de teſtam.* & primo quod voluntas Teſtatoris in ſcripturam redacta fuerit manu eiuſdem, vel alterius. Scribi poteſt Teſtamentum quavis lingua, vel charta, modo talis non ſit, quod ex ea facile deleri poſſit, quod ſcriptum eſt. Scribendum tamen eſt integris litteris, cavendo ab imbreviaturis *Heinecc. h. t.* ſecundo, quod Teſtator illam ſcripturam oſtendat Teſtibus, & dicat in ea voluntatem ſuam contineri; tertio ſeptem Teſtes adhiberi debent ad hoc ſpecialiter ab eodem rogati.

Quarto debent huiuſmodi teſtes ſe ſubſcribere, ſcripturamque propriis anulis, ſeu ſygillis obſignare, ſeu etiam alienis deſcribendo tamen, quo utantur ſygillo, vel anulo. Quinto ſi alius, ac Teſtator ſcripſerit, debet ſaltem ille ſe ſubſcribere, ſi litteras noverit, quod ſi illas ignoraverit octavus adhibendus eſt Teſtis, qui eius nomine ſe ſubſcribat *dict. Leg. hac conſultiſſima.* Poſtremo, quod hæc fiant unico contextu.

Teſtes idonei non ſunt, qui vel activam, vel paſſivam Teſtamentifactionem non habent, ſicuti nec mulier (1) neq impubes, nec ſervi, nec furioſi, nec muti, nec ſurdi, nec cæci, nec prodigi, nec infames; Verum ſi Teſtis reputetur idoneus, qui vere talis non ſit & ad Teſtamentum adhibeatur, aut error eſt communis, & valet Teſtamentum (2), quod ſi error non ſit communis regulariter Teſtamentum erit nullum. Pater, & filius ſimul in alieno Teſtamento poſſunt eſſe teſtes. at in Teſtamento Patris ſui filius Teſtis eſſe nequit, nec Pater in Teſtamento filii (3), nec frater idoneus Teſtis eſt in Teſtamento fratris exiſtentis ſub Patria Poteſtate eiuſdem Patris (4). Itemque hæres ſcriptus ipſique coniuncti Teſtes idonei non ſunt, ſecus eſt in Legatariis, & particularibus fideicommiſſariis, eiſque coniunctis, qui non repelluntur a Teſtimonio, quia cum his non agitur principale negocium, ſed ſolum cum hærede.

Teſtamentum non ſcriptum, ſeu nuncupativum fit coram Tabellione, & ſeptem teſtibus ſpecialiter rogatis, quibus præſentibus Teſtator voluntatem ſuam, & ſuum hæredem nuncupat proprio ore, ex quo nuncupativum dicitur.

(1) *Mulieres in Teſtamento Teſtes eſſe prohibentur non ob ſexus incoſtantiam, ſed quia Teſtamentorum Ius eſt publicum Leg. 3. ff.*

*qui teſt. fac poſſunt ad publica autem officia viri non fœminæ admittuntur ad rem Gaſpar. Manzius h. t.* (2) *Leg. barbarius ff. de offic. prætor: ibique DD. & præcipue Ridolphin. in prax. ad dict. Leg.* (3) *Adde etiam emancipati Clar. libr. 3. ſententiar. §. Teſtamentum quæſt. 55. num. 9. & etiam teſtanti de Caſtr. vel quaſ Caſtr. Peculio Leg. Parentes Cod. de teſtam.* (4) *Vinn. in §. in teſtib. inſtit. h. t. num. 5.*

NOTA.

Animadvertendum, quod ruri ubi ſeptem teſtes literati haberi nequeunt, valide unus pro alio ſcribit *Leg. fin. Cod. de teſtam.* ſicuti unus poteſt uti ſygillo alterius ad obſignandum Teſtamentum, imo omnes uno anulo ſignare poſſunt, ad *Text. in §. poſſunt autem inſtit. de teſt. ordin.* Secundo, quod nil refert an Teſtibus oſtendatur ſcriptura aperta vel clauſa, ut ſciant quid in illa contineatur *Leg. hac conſultiſſima Cod. de teſtam.* Tertio, quod licet interveniat aliquis actus in ſubſcriptione Teſtium, non ideo infirmatur Teſtamentum: *Leg. cum antiquitas Cod. de teſtam.* puta ſi aliquis ex dictis Teſtibus, vel Teſtator faciant aliquid, quod ad naturæ neceſſitatem requiratur: Formulam dicti Teſtamenti omnibus numeribus abſolutam habes in Formulario Florentino.

Si Teſtamentum non fuit in ſcripturam redactum, ſed tantum voluntas declarata fuit coram Teſtibus, debent illi formiter examinari, eorumque depoſitio in ſcriptis redacta, & a Iudice per interlocutoriam Sententiam adprobata continet perfectam diſpoſitionis probationem, *Leg. publicati Cod. de teſtam.*

Cum certum ſit nullum eſſe Teſtamentum abſque hæredis inſtitutione, ut ex *Connan. comment. iur. civilis lib. 11. cap. 16. num. 4.* Cœteroquin planum eſt Teſtamentum factum ad ſimplicem interrogationem Notarii ſcripturam legentis, ac Teſtatorem interrogantis an contenta in dicta ſcriptura vera ſint, contineantque ſuam ultimam voluntatem, cui ſat erit eum reſpondere = Quod ſic = valere = quod extenditur etiam ad caſum in quo Notarius Teſtatorem interroget, quem velit ſuum eſſe hæredem, & ipſe reſpondeat per relationem ad aliquid implicite, ut puta inſtituo hæredem, quem ſcripſi in ſchedula &c. de quo latius infra, vel alia demonſtratione ex. gr. ſi dicat inſtituo hæredem = Illum = digito aliquem præſentem demonſtrando vidend. ad mater. (1). Nullitatis tamen vitio laborat Teſtamentum, in quo Teſtator nil fuerit allocutus, ut ex allegatis &c. Valet inſuper ſi duo ſimul in eodem contextu, & ſub

eodem

eodem rogitu Teſtamentum conficiant, ſe invicem, filioſque &c. hæredes inſtituendo, & eſt notandum, quod Teſtamentum iſtud ab uno ex dictorum Teſtatorum pro ſua parte revocari poteſt, inſcio, aut invito alio, etiamſi adſit pactum de non revocando; in huiuſmodi tamen actibus cavendum eſt, quod non interveniant conventiones captatoriæ, quæ plerumque ab impoſita teſtandi neceſſitate fic, & ſic dimanant (2).

Quamvis vulgare dicterium ſit, quod Teſtamentum factum de nocte abſque tribus luminibus nullum ſit, attamen certum eſt non requiri præciſe tria lumina, ſed neceſſe eſt, quod nocturno tempore Teſtamentum fiat accenſo uno, vel pluribus luminibus, quorum ope Teſtes, & Notarius poſſint optime, & diſtincte conſpicere Teſtatorem (3), & quamvis Teſtamentum de nocte fieri poſſit, attamen ſi fiat abſque ullo, vel ſufficienti lumine non valet.

Coram ſeptem Teſtibus = Patet generaliter hanc ſervandam eſſe regulam in quolibet Teſtamento, adeo quod nec ex voluntate Teſtatoris, ea variari queat (4) cum dictus Teſtium numerus non ſolum ſit de forma probatoria eiuſdem, ſed etiam de eius forma ſubſtantiali (5).

Vide addita ad hanc materiam inferius pag. 193.

Non omnia Teſtamenta prænotatas ſubſtantiales ſolemnitates a Iure civili inductas ad validitatem requirunt; etenim compertum eſt, quod ex ſpeciali privilegio in Teſtamento Ruſtici, permiſſum ſit quinque tantum Teſtes adhibere; Privilegium tamen hoc conceditur perſonæ, & loco copulative, ſcilicet Ruſticis ruri teſtantibus, nam ſi in Civitate teſtarentur hoc non gauderent privilegio (6), & quod Teſtamentum factum a Patre inter liberos, ab Avo Paterno inter Nepotes, valeat etiam ſi minor numerus Teſtium adhibeatur (7). Valet tamen hoc Teſtamentum inter liberos, ſi ad eos ſolum reſtringatur, nam & hoc caſu Teſtes non requirit; ſi tamen comprehendat legata, vel fideicommiſſa particularia, aut univerſalia favore extranei duos ſaltem Teſtes exigit (8). Quod etiam extendi aliqui tradunt ad Teſtamentum Matris (9), ſufficit enim hoc caſu, quod duo adſint Teſtes, nec prohibentur adeſſe mulieres ad Teſtimonium peribendum (10), quod pariter procedit favore Piæ Cauſæ, nam generaliter loquendo, Cauſæ piæ variis fruuntur privilegiis, quoad ſolemnitates, non autem quoad defectum voluntatis, & probationis eiuſdem: nec refert an Pater, vel Avus cæci ſint (11). Animadvertendo tamen, quod quando de filiis loquimur, intelligendum eſt de filiis legitimis, & naturalibus, ac rite legitimatis, excluſis illegitimis, & vulgo quæſitis (12) quorum favore

vore privilegium illud non extenditur, valet tamen Teſtamentum minus ſolemne factum inter illegitimos a matre, quia quoad ipſam filii naturales, & ſpurii, legitimi reputantur, niſi mater ſit illuſtris (13). Illud tamen ſpeciale eſt quod ſi in huiuſmodi teſtamentis aliquid relinquatur favore extranei, relictum non tenet, filiiſque accreſcit (14). Teſtamenta demum condita a ſummis Principibus ſolemnitates non requirunt; non valent tamen ſi imperfecti ſint ex voluntatis defectu.

Quæſtio eſt in hac ſpecie inter DD. an Teſtamentum minus ſolemne, & cum minori numero teſtium valeat, ſi urget neceſſitas, & difficultas ſit illos inveniendi, & tradunt valere præcipue tempore peſtis, dummodo tria copulative concurrant, ſcilicet, quod Teſtator de tempore conditi Teſtamenti peſtis morbo laboret (15), & quod eo tempore peſtis talis ſit, ut veroſimiliter maior teſtium copia haberi nequeat (16) poſtremo quod hic numerus non ſit minor quinque (17) inter quos, caſu prædicto, ex aliquorum ſententia fœminas adhiberi poſſe compertum eſt (18), & quæ dicuntur de tempore peſtis aliis etiam caſibus urgentibus, & iure neceſſitatis aptari poſſe videntur (19).

Teſtamentum generaliter loquendo etiam a forenſi fieri debet iuxta ſolemnitates requiſitas in illo loco, ubi conficit actum, quia quantum ad ſolemnitates actus, ſive Teſtamenti ſive contractus hæc regula ſervanda eſt, & ita ubique huiuſmodi diſpoſitiones debent executioni mandari (20), quod quidem procedit etiam in iudicialibus, in quibus quoad ordinatoria ſtandum eſt ſtilo Regionis ubi acta fiunt; in deciſoriis vero, ſecus ſe res habet, nam tunc ſervatur conſuetudo loci, contractus, ſeu &c. (21).

(1) *Marzimed exam.* 10 *per. tot. & dec.* 18. (2) *Gratian. diſcept. for. cap* 908. (3) *Mantic. de coniectur. ultim. vol. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 3 (4) *ad mater. Leg. ſi mihi, & tibi* §. *in legato ff. de legat. Peregr. dec.* 75. *num.* 5. *Rubeus in annot. ad dec.* 90. *part.* 9. *rec.* (5) *Bartol. in Leg. nemo poteſt in prima oppoſitione ff. de legat.* 1. *Rot. dec.* 356. *par.* 14. *rec.* (6) *Clar.* §. *teſtam. qu.* 56. *num.* 6. (7) *Leg. fin. Cod. de teſtam. Rot. par.* 9. *rec, dec.* 372. *num.* 30. (8) *Auth quod ſine Cod. de teſtam. auth. a Conſtant.* §. *nos igitur de teſtam. imperfecto collat.* 8. *Sicard. ad auth. quod ſine num.* 1. *Rittershus. ad d. novell. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 3. *Gotofred. ad novell.* 107. *cap.* 1. *Bruneman. in Cod. lib.* 6. *tit.* 23. *de teſtam. num.* 28. *Marta vot. Piſ.* 60. *a num.* 7. *Manſ. conſ.* 526. *ſub num.* 18. (9) *Clar. in* §. *teſtam. qu.* 12 (10) *Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 2. *Boer. dec.* 240. *Caball. conſ. dec.* 88. (11) *Gloſſ.*

*in*

Digitized by Google

*in auth. quod ſine*, & *Leg. fin. Cod. de teſtam.* (12) *Clar. §. teſtament. qu.* 17. *ſub num.* 1. *verſ. unum quæro* (13) *Clar. §. teſtam. qu* 12. (14) *Clar. loc. cit.* (15) *Leg. ſi quis ff. h. t.* (16) *Gloſſ. in auth. quod ſine Cod. de teſtam.* (17) *Clar. §. teſtam. qu.* 56. *num.* 6. (18) *Leg. fin. Cod. de teſtam. Rot. par.* 9. *rec. dec.* 372. *num.* 30. (19) *Bald. in Leg. hac conſultiſſima num.* 1. *Boer. dec.* 240. *num.* 4. (20) *Boer. dec.* 228. *Mantic. de coniect. lib.* 12. *tit.* 16. *Clar. §. teſtam. qu.* 56. *Rot. part.* 6. *rec. dec.* 356. *num.* 6. *Afflict. dec.* 25. *n.* 2. *De Luc. de teſtam. diſc.* 30. *num.* 16. *Caball. conſ. dec.* 104. *Genua de ſcript. privata libr.* 7. *cap.* 1. *num.* 279. *omnes ad materiam. Rot. dec.* 372. *num.* 30. *par.* 9. *rec. Gayll. practic. obſervat. libr.* 2. *obſerv.* 123. (21) *Guid. Pap. dec.* 226.

---

## *De Teſtamento implicito, ſeu implicitæ nuncupationis. per relationem ad Schedulam.*

QUamvis ſolemnis Teſtamenti tenor regulariter lateat attamen facilior evadit ſtructura Teſtamenti, ut aiunt, impliciti, quia in illo nec teſtium ſubſcriptiones, nec ſigillorum expreſſio requiruntur, multoque minus requiritur ſolemnis eiuſdem aperitio, poſt Teſtatoris mortem, nec aliæ ſolemnitates.

Speciem hanc Teſtamenti præſcripſit *Bartolus in L. ſi ita ſcripſero ff. de cond. & demonſtrat.* quæ communiter a Doctoribus approbatur ob faciliorem, tutioremque methodum circa quam ad Neotericorum Notariorum documentum, ſubſtantialia trademus cum formula.

Etſi teneant nonnulli, quod hæc teſtandi forma adhiberi queat tantummodo ab illis, qui ſcribere ſciant, attamen recepta ſententia eſt quod etiam literarum imperiti, ſeu ſcribere nolentes, hoc modo teſtari poſſint (1) ubi firmat, quod nec teſtium ſubſcriptio, neceſſaria ſit, ſed pro tutiori regula in facti contingentia putarem optimum eſſe, quod Teſtator ſcriberet = hoc = ſeu ſimili modo videlicet = Al nome di Dio amen = a dì = del meſe = dell' anno = Io N. N. del fu N. N. di Firenze diſpongo, e voglio, che queſto ſia, ed eſſer deva il mio „ teſtamento implicito, e ultima volontà, quale voglio, che vaglia per detta ragione, e ſe così non valeſſe vaglia per ragion di Codicillo, & in ogni miglior modo &c. caſſando &c. ed ordino che ſia eſeguito quanto in eſſo ſi contiene mano propria „ poſtmodum teſtator illud ſuperiori charta

ta involutum, & ſigillo, ſeu proprio, ſeu alieno in pluribus partibus obſignato eo modo, quo legi non poſſit, nec de facili violari, ſieque obſignatum Notario tradet, eoque actu coram ſeptem teſtibus verba hæc aut ſimilia exprimat.

„ Dichiaro a voi Teſtimoni da me chiamati, e pregati ad „ intervenire al preſente Atto, che queſto foglio da me ſcrit- „ to di proprio pugno, e di poi ſigillato, contiene il mio ul- „ timo Teſtamento, in cui inſtituiſco Erede univerſale quella per- „ ſona che è deſcritta nel medeſimo, al qual foglio io mi ri- „ metto in tutto, e per tutto, ed a tale effetto lo conſegno a „ queſto Notaro quì preſente, acciò ſi roghi dell' Atto di que- „ ſta conſegna „

Poterit, volens, Teſtator dicta verba ſcribere in dorſo dictæ ſchedulæ ſuæque ſubſcriptioni teſtium ſubſcriptiones adiungere, quod tamen neceſſarium non eſt (2) Teſtes, ut in aliis Teſtamentis ſeptem eſſe debent, quod requiritur pro ſubſtantiali forma (3) in conficiendo rogitu receptionis.

In hac ſpecie plura animadvertenda videntur, & præcipue quod Notarius ex aliqua urgenti circumſtantia poterit abſque periculo nullitatis, rogitum conficere relative ad ſchedulam, quæ ſibi non tradatur, ſed quæ aliunde reperiatur (4), ut obſervatum fuit in rogitu facto Liburni pro quodam Mercatore, qui Teſtamentum a ſe factum, ſeu extenſum alibi reliquerat, atque urgente morbo, ex quo ad obitum properabat, nec ſcribere poterat nolebatque ſuam patefacere voluntatem, vel ad eam patefaciendam vires impares erant, quare peritus atque ingenioſus Tabellio egregie proſpexit de Teſtamenti, iam extenſi validitate, explicando circumſtantias, & cauſam ſic agendi „ Poſtremo eſt „ notabile quod DD. tenent hanc teſtandi formam poſſe etiam „ extendi ad ſchedulam de futuro exarandam „

Poſtremo animadvertendum, quod forma Teſtamentorum per implicitam nuncupationem non deſtruit ſubſtantialem ſolemnitatem nuncupationis hæredis, adeoque Teſtatorem non eximit a neceſſitate nominandi hæredem ſaltem implicite per relationem coram teſtibus (5).

Nec deſunt, qui ſubſtinent neceſſario requiri in huiuſmodi Teſtamentis preciſam voluntatem diſpoſitivam Teſtatoris, quod actus ille Notario traditus valeat Iure Teſtamenti, & ſit ſuum Teſtamentum, ac præ cæteris (6).

Verum, ut materia hæc Teſtamentorum omnibus numeribus abſoluta remaneat animadverti volumus, quod forſan ad impediendam validitatem, ſeu executionem Teſtamenti implicitæ

nun-

nuncupationis obiici poſſet ordinamentum diei 25. Novembris 1746. „ ſopra le cedole, e biglietti „ exprimi poſſe videtur in receptione „ quod Teſtator intelligit, & proteſtatur ea facere intellexiſſe ad normam Legum vigentium, & ea mente, quod Gabella nullimode fraudetur, præcipiendo, quod dicta ſchedula minime attendenda ſit prius quam exhibeatur in ſuo originali in publico Archivio Florentino ſuis loco, & tempore, & quod de ea ſervatis ſervandis copia detur, poſt quam exhibitio, ſeu relatio in officio Gabellarum, eiuſdem facta fuerit, & ſic ſatisfactum dictæ Legi putarem, quam non veni ſolvere.

(1) *De Luca de teſtament. diſcurſ.* 3. *num.* 4. (2) *d. De Luc. loc. cit. diſcurſ.* 2. *num.* 8. (3) *d. De Luc. diſcurſ.* 2. *num.* 1. *diſcurſ.* 1. *per tot. & præcipue num.* 9. *eod. tit.* (4) *ad mater. Alexand. conſ.* 177 *num.* 2. *Manſio conſult.* 506. *num.* 20. *Marzimed. examinat.* 58. *& dec.* 96. *&* 97. *Rot. Roman. in recent. deciſ.* 180. *num.* 10. *part.* 11. *deciſ.* 366. *part.* 13. (5) *Rot. poſt Torr. de maiorat. dec.* 47. *num.* 90. *tom.* 3. *Senen. hæred. diei* 21. *Aprilis* 1775. *cor. D. Advocato Franciſco Taddei*. (6) *Tondut. reſolut. civil. lib.* 1. *capit.* 82. *num.* 19. *Rot. Roman. in recent. deciſ.* 125. *num.* 8. *part.* 11. *& deciſ.* 360. *num.* 1. *& ſeq. part.* 13. *& dec.* 467. *num.* 6. *part.* 14. *Marzimedic. dec. Senen.* 97. *num.* 25. *& examinat.* 58. *n.* 12. *&* 13. *Senen. Aperitionis teſtamenti de Placidis anno* 1588. *cor. Forteguerri* §. *neque obſtat*.

Formula adhibenda a Notario in actu receptionis.

Al nome di Dio amen. *Sia noto, come coſtituito perſonalmente avanti me Notaro infraſcritto, e Teſtimoni da eſſo chiamati, e pregati, mi ha conſegnato una carta da lui ſigillata in quattro luoghi, come diſſe con ſuo ſigillo eſprimente* (e ſe la carta ſarà ſottoſcritta dai teſtimoni, ſi dica *ſottoſcritta dai tali quì preſenti*) *aſſerendo contenerſi in eſſa la ſua ultima volontà, e teſtamento, ed iſtituire erede quella perſona, nella medeſima deſcritta; alla qual carta in tutto, e per tutto ſi rimette, volendo che vaglia, e deva valere per ragione di teſtamento d' implicita nuncupazione, o di qualunque ultima diſpoſizione in ogni miglior modo ec. caſſando ec. revocando ec. annullando ec. ogni altra diſpoſizione precedente al medeſimo, e pregando me Notaro di rimetterlo nel ſuo originale colla mandata della preſente recezione al pubblico Archivio Fiorentino, per aprirſi ſolamente dopo la ſua morte, e darſi di eſſo la Copia a chi la richiederà, ad oggetto che ſia eſeguita la di lui volontà, pregando ec.*

*Explicatio clauſularum, quæ apponi ſolent in teſtamentis ad ornatum formulæ.*

Clauſula „ quod valeat etiam in vim donationis cauſa mortis „ operatur, quod ſi non valet ut teſtamentum, velut codicillus, valeat, ut donatio cauſa mortis; quod tamen procedit ſi hæres fuerit preſens, vel eius nuncius ſive Notarius pro eo ſtipuletur (1).

Clauſula „ omni meliori modo „ operatur, quod teſtamentum valeat, quamvis in eo non ſit relicta legitima filiis, vel aliquid titulo honorabilis inſtitutionis (2) ubi quod ſalvat teſtamentum a vitio præteritionis, etiamſi ſit expreſſus titulus legati, id eſt ſi aliquid relictum ſit ſimpliciter (3). Cenſuit filium, cui aliquid ſimpliciter fuit relictum a Patre ſub dicta clauſula non poſſe teſtamentum impugnare ſub pretextu, quod legitima titulo honorabilis inſtitutionis exquirat, illud tamen verum eſt, quod dicta clauſula eſſet exprimenda in ipſo legato, ſeu relicto, nam ſi fuiſſet appoſita in fine diſpoſitionis dubitari poſſet de eius validitate, ut obſervat *Marta de clauſulis clauſ. 56. lib. 3. ſub n.* 10. & quod regula hæc, quæ traditur in materia teſtamentorum locum habeat in cœteris diſpoſitionibus, & contractibus obſervatum fuit cum de clauſulis in genere verba fecimus (4). Monerem tabelliones tamen ad vitanda iurgia, quod opportune ſuaderent Teſtatores ad relinquendam legitimam titulo inſtitutionis pro ut hic Textus præſcribit.

Clauſula tamen hæc non ſupplet univerſalis inſtitutionis titulum (5) verum diſpoſitionem tantum obliquat. (6) Suſtinet etiam legata ex teſtamento nullo, ob immediatam legum diſpoſitionem, (7) eiuſque tanta vis eſt, ut actus ſemper cenſeatur iuxta modum a iure permiſſum (8), & efficit, ut diſpoſitio ita intelligenda ſit ut patriis legibus non adverſetur (9).

Clauſula codicillaris operatur quando teſtamentum deficit ex omiſſione alicuius ſolemnitatis, puta numeri teſtium, vel ſi fiat caducum per mortem hæredis, quo caſu habet locum ſubſtitutio facta ſi ſine liberis deceſſerit (10) ſecus autem ſi teſtamentum deficiat ex defectu voluntatis, (11) nam dicta clauſula robur deſumit ab unica Teſtatoris voluntate, adeoque non diſponit, ſed diſpoſitionem confirmat (12), & ut operetur dicta clauſula requiritur, quod tempore aperti teſtamenti hæres vivat. (13) Operatur, quod ſuccedens ab inteſtato teneatur, detracta trebellianica, reſti-

reſtituere heredi ſcripto in quo fuerat inſtitutus (14). Fideicommiſſum purum inductum ex clauſula codicillari comprehendi in *Leg. anni* 1747. firmatum fuit in *Senen. Hæredit.* 21. *Aprilis* 1775. *cor. Taddei*, ſed poſtea contrarium deciſum fuiſſe videtur præſertim in Cauſa *Petri*, *& Luciani cor. Tribus Audit. Magiſtratus Pupillorum Civitat. Florentiæ*.

Clauſula „ quod valeat in vim cuiuslibet ultimæ voluntatis, ſi non valet in vim teſtamenti, vel codicilli „ valebit in vim ſimplicis, & imperfectæ voluntatis inter liberos, nil operando favore extraneorum (15).

Subſiſtit teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis in vim fideicommiſſi (16).

(1) *Pract. Pap. forma libell. pro legato rei ſingularis gloſſ. valere num.* 17. (2) *Grat. diſceptat. for. cap.* 702. *num.* 8. *Peregrin. deciſ.* 54. *num.* 3. (3) *Rot. deciſ.* 254. *part.* 14. *recent. num.* 10. *&* 11. (4) *Alexand. conſ.* 112. *num.* 3. *&* 4. *vol.* 3. *& conſ.* 80. *num.* 3. *vol.* 5. *Mantica de coniectur. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 32. *num.* 26. *part.* 8. *& dec* 254. *num.* 10. *&* 11. *part.* 4. *recent.* (5) *Emerix. iunior. deciſ.* 1269. *num.* 7. (6) *Altograd. conſ.* 78. *num.* 17. *De Luc. de teſtament. diſcurſ.* 58. *num.* 3. *Capycius latro conſult.* 86. *num.* 20. (7) *Rot. in recent. deciſ.* 599. *num.* 10. *part.* 19. (8) *Nuperrima deciſ.* 301 *num.* 9. *tom.* 8. *Florentina Donationis* 18. *Septembris* 1742 *cor. Meoli art.* 3. *pag.* 21. (9) *Piſcien Validitatis teſtamenti* 29. *Septembris* 1772. *coram Manſilli.* (10) *Gratian. diſceptat. for. cap.* 48. (11) *Pract. Papien. ubi ſupra*, *Rota deciſ.* 16. *num.* 13. *part.* 13. *recent.* (12) *Politi de fideicomm. diſſert.* 1. *num.* 51. *Rot. in recent. deciſ.* 357. *n.* 9. *& deciſ.* 486. *num.* 27. *part.* 1. (13) *De Prætis de interpret. ultimar. voluntat. lib.* 2. *interpret.* 1. *dub.* 1. *ſolut.* 11. *pag.* 9. (14) *Marta de clauſulis part.* 3. *clauſ.* 11. *& de ſucceſſ. legali part.* 1. *quæſt.* 26. *art.* 4. *Urceol. conſult. for. cap.* 6. *num.* 19. (15) *Practic. Papienſ. loc. cit. Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 22. *& lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 4. (16) *Urceol. loc. cit. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 569.

---

### *De clauſula derogatoria in ſpecie.*

CLauſula derogatoria adhiberi ſolet, vel ut præteritis, vel ut futuris diſpoſitionibus derogetur. Futuris id eſt quando in poſtrema diſpoſitione Teſtator proteſtatus fuit, vel promiſit, vel declaravit ſe nolle eam quoquo modo revocare, prout in formu-

la inferius tradenda, quæ quidem non revocatur niſi eidem ſpecialiter derogetur preciſe ad *mater. vidend. Rot. dec.* 201. *dec.* 247. *&* *dec.* 333. *part.* 6. *recent.* verum ad ampliorem rei explicationem, & ornatum dicimus, quod utraque cautela fit vel generali, vel ſpeciali derogatione.

Quoad præteritas diſpoſitiones generaliter fit his, aut ſimilibus verbis: *caſſans, & revocans omnia teſtamenta hactenus condita*; *ſpecialiter vero addendo ex. gr. revocans etiam teſtamentum in quo addidi orationem* Pater noſter, *aut ſimilem*.

Relate ad diſpoſitiones futuras fit generaliter ex. gr. ſi fecero aliud teſtamentum nolo illud valere; ſpecialiter autem adiiciendo niſi addiderim orationem Pater noſter.

Teſtamentum igitur in quo ſola derogatio quoad præterita adiecta ſit a quocumque poſteriore revocatur.

Illud vero in quo addita fuit derogatio quoad futura, ſed tantum generaliter revocatur per poſteriorem in quo de illo generalis fiat mentio (1).

Sed teſtamentum munitum, derogationem habente inſertam ſpecialem aliquam formam, non revocatur abſque mutatæ voluntatis probationem ex vehementibus ſaltem coniecturis elicita (2) alias enim poſterior diſpoſitio videtur ſimulata (3).

Igitur non revocatur regulariter per ſecundum habens ſolam clauſulam derogatoriam generalem (4) ſed requiritur quod in poſteriori fiat mentio ex. gr. orationis Pater noſter ec. (5) etiam ſi addita fuerit clauſula omni meliori modo (6).

Verum ſi de dicta forma fiat mentio, item ſi conſtet de voluntate revocandi, revocatur (7) item ſi poſt primum habens ſpecialem derogatoriam decem anni effluxerint, tunc enim anterioris potius oblivio, quam ſimulatio in poſteriori præſumitur, (8) quod alii volunt etiam poſt ſex annos, (9) item ſi in ſecundo teſtamento iuraſſet Teſtator hanc eſſe ſuam voluntatem, ne videretur periurius (10), veluti ſi poſterius apud acta condiderit, cum non præſumatur eluſorius actus coram publicis perſonis geſtus (11) vel ſi in poſteriori, favore Piæ Cauſæ diſpoſuit, videtur enim anterioris potius pœnituiſſe, quam voluiſſe illudere Deo, ac Religioni (12) vel forſan ſi poſterius condiderit inter liberos erga quos dilectio potius, quam ſimulatio præſumitur.

Vel demum ſi clauſula derogatoria concepta fuerit per verba potentiam reſpicientia, puta nolo me poſſe teſtamentum condere, vel conditum revocare; quia hæc tamquam tendens ad auferendam facultatem teſtandi pro non appoſita habetur.

For-

*Formula clauſulæ derogatoriæ.*

„ Proteſtandoſi detto Teſtatore, che detta ſua diſpoſizione „ non s' intenda mai revocata, ancor che in altra diſpoſizione „ caſſaſſe la preſente, particolarmente con clauſule derogatorie, ſe „ non nel caſo che ivi foſſe eſpreſſa l' orazione del Pater no„ ſter ſeu ec. „

(1) *Clar. ſentent.* §. *teſtam. quæſt.* 119. (2) *Clar. ibid. Rot. in recent. deciſ.* 247. *part.* 6. *num.* 4. (3) *Rot ubi ſupra n.* 2. (4) *Rot. eodem loco num.* 6. 7. 8. *& deciſ.* 296. *num.* 18 *&* 19. *part.* 17. (5) *Politi de ſucceſſ. diſſertat.* 14. *num.* 3. *tom.* 5. *Rot. ubi ſupra.* (6) *d. deciſ.* 247. *num.* 10. (7) *Clar. ibid.* (8) *Clar. ibid. & Politi ubi ſupra num.* 14. (9) *Politi ibid. n.* 15. (10) *Clar. ibid.* (11) *Clar. ibid.* (12) *Politi ubi ſupra n.* 7. 11. *&* 18. *& Politi ibid. n.* 12.

*Gabella.*

Ad complementum earum rerum, quæ reſpiciunt Leges; & Statuta Florentiæ vigentia, ſciendum ſupereſt, quod in aliquibus caſibus de ſucceſſionibus tam teſtatis, quam inteſtatis, intra quadraginta quinque dies ab obitu Teſtatoris, vel defuncti ſolvenda gabella eſt, ut ex *rubr.* 15. *Statut. Gabellar.* ubi preciſe declarantur qui a ſolutione Gabellæ immunes ſunt „ ibi „ Dal „ pagamento della qual gabella ſieno eccettuati Padri, Madri, fi„ gli, e figlie, nipoti, e nipote, e nipoti di figli maſchi, e non „ de' nipoti, e nipote di figlia femmina, i fratelli, e ſorel„ le carnali, nipoti, e nipote di fratelli, o fratello carnale, Zio, „ o Avolo paterno di quelli, che così laſceranno, o ab inteſta„ to mancheranno „.

Omnes aliæ hæreditates, aut ſucceſſiones ſunt gabellabiles. Verum ſi de fideicommiſſo agatur, licet vocatus in gradu gabellabili, non tamen gabellæ ſubiicitur, ſi accipiat bona fideicommiſſaria a gravato, atque cum eius hæreditate commixta, modo hæc non ſit in gradu gabellabili.

Neptis ex fratre gabellam non ſolvit, ſed pronepos mediante nepte, cui directe hereditas relinquatur a Propatruo, eam ſolvere debet. Filius ex nepte, vel etiam filius ex filio maſculo neptis, ſi accipiat bona fideicommiſſaria a Matre, aut Avia paterna, quæ non ſunt in gradu gabellabili, poteſt a gabellæ ſolutione liberari non tamen ita filius maſculus ex filia, quæ bona agnoſceret ab Avia, cum relate ad ipſum ſit Avia materna, ac proinde in gradu gabellabili.

Ad normam Statuti gabellarum ſubditus, qui adit hæreditatem

tem ſibi delatam a perſona, quæ ſit in gradu gabellabili tenetur gabellam ſolvere non modo pro bonis in Etruria exiſtentibus, ſed etiam pro illis extra eiuſdem territorium ſitis, licet ab officio gabellarum exigatur pro tota quantitate ſuper bonis intra prædictum territorium poſitis.

Inferius in dicto Statuto hæc habentur „ legati fatti per a- „ mor di Dio, o per l'elemoſine per rimedio dell'anima a Chie- „ ſe, Conventi, Monaſteri, ed altri luoghi ſimili, ſieno eccet- „ tuati da detto pagamento, Statuto §. e dalle ec. „ *vedaſi queſta materia più eſteſa al titolo de' legati.*

§. *Alle quali gabelle* „ I figli adottivi pagano la gabella di „ qualunque coſa ottenghino dal Padre Adottante „.

---

*Monita pro Neotoricis Tabellionibus.*

SCiendum in hac materia, quod in Etruria ex Edicto diei 25. Novembris 1746. nullimode in teſtamento apponi poteſt reſervatio, quod Teſtator retineat facultatem faciendi quocumque tempore cedulas, vel ut aiunt *biglietti*, quibus adhibenda ſit fides tamquam parti integrali teſtamenti.

Item Lex alia diei 11. Martii diſponens, quod manibus mortuis per ultimam voluntatem poſſit relinqui, ſed cum aliquibus cautionibus, & reſtrictionibus, de quibus in dicta Lege.

Ulterius viget Lex diei 22. Iunii 1747. ſuper fideicommiſſis, & primogenituris. Cunctas ſupradictas Leges ad maiorem rei claritatem una cum aliis ſaltem in partibus ad rem preciſe facientibus erunt impreſſæ in calce primi tomi huius Operis.

Animadvertant ulterius in fine dictarum diſpoſitionum, id eſt per ultimam voluntatem, ubi contingat deſcribere aliquid favore manuum mortuarum, apponere pro cautela „ quod dictus „ Teſtator ſeu &c. „ intelligit tantummodo diſpoſuiſſe ad normam dictarum Legum, quod ſi aliquid contra mentem ipſarum reperiatur in diſpoſitione appoſitum, ſeu expreſſum, pro nihilo habeatur, ac ſi non eſſet ſcriptum.

Egregie officio ſuo fungetur Notarius ſi curabit, ut Teſtator nomen hæredis proferat, eo modo quo a cunctis Teſtibus intelligatur; legendo etiam teſtamentum coram illis, ac Teſtatore, eumque interrogando an omnia intellexerit, & an ita velit, quæ tamen omnia intervenifſe præſumuntur, ſi Notarius addiderit clauſulam cœteratam „ præſentibus teſtibus infraſcriptis &c. „

Ca-

Caveant ulterius explicare verba Teſtatoris clare, & non verbis ambiguis, ſeu potius coniecturalibus, & precipue ſi agatur de hæredum inſtitutione, & de ſubſtitutionibus factis cum expreſſione, nempe N. N. inſtituit hæredem N. N. cui quandocumque decedenti ſine filiis legitimis, & naturalibus ſubſtituit N. N. quia oriri poſſet quæſtio, an legitimati per ſubſequens Matrimonium excludant ſubſtitutum de qua *Manſ. conſult.* 124. *tom.* 2. quare ad tollenda iurgia bene intelligant, & exprimant mentem Teſtatoris.

Ad rem ſciant etiam, quod in teſtamentis fieri poſſunt contractus *gloſſ. in Leg. palam* 21. *§. finali ff. de teſtament.* qui ſtatim habent effectum a die celebrationis illius non expectata morte Teſtatoris, ſi fierent parte preſente, vel Notario pro abſente ſtipulanti, quamvis teſtamentum eſſet invalidum, cum tunc duo teſtes ſufficerent *Viv commun. opinion.* 167. *verb. contractus Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 751. *num.* 3. *Rot part.* 9. *recent. deciſ.* 334. *n.* 13. *tom.* 2. in qua deciſione agitur de diviſione facta in teſtamento a Patre relate ad filios, ibique traditur pro regula, quando hæc ſit revocabilis, & diſtinguit, quod quando procedit ex ultima voluntate, tunc ſit revocabilis, at quando ex verbis diviſionis apparet voluiſſe Patrem bonorum dominium, ex tunc in filios transferre per viam contractus inter vivos non ſit revocabilis ex *Ondedeo conſ.* 59. *num.* 2. *vid. Surd. deciſ.* 149. *per tot.*

Prædictis monitis nonnulla addenda videntur circa quæſtionem an Notarius edere poſſit teſtamentum ante mortem Teſtatoris; pro generali regula adfirmandum eſt, non poſſe Notarium teſtamentum, vel codicillum &c. viventis publicare, neque edere præter quam ipſo Teſtatori, de cuius morte quoad alios conſtare legitime debet, *Maranta in Leg. is poteſt n.* 259 *ff. de acquirend. hæredit.* licet dictus Teſtator mentecaptus evaſerit (quo caſu habetur pro mortuo) quia mors naturalis expectanda eſt *Sanfelic. deciſ.* 197. quo tamen mortuo tenetur teſtamentum edere ratione ſui officii *Rot. part.* 13. *recent. deciſ.* 180. *n.* 8. hoc tamen limitatur Florentiæ niſi Notariis conſtet de ſolutione taxæ, ut aiunt, vulgo, *all'Opera di S. Maria del Fiore*, ex proviſione cuius diſpoſitum erit pariter in calce tom. prim. huius Operis impreſſum, cum alia diei 24. Novembris 1746. reſpiciens notitiam dandam Officio Gabellarum.

Quo vero ad alia inſtrumenta tenentur Notarii cuicumque intereſſe habenti, & petenti edere (ſalva ſemper eorum mercede) præſertim ſi agatur ad inſtantiam Partium rogantium *Menoch de arbitrar caſ* 499. *num.* 15. *Pax Iordan. lucubrat. vol* 3. *lib.* 13. *tit.* 20. *num.* 393. *Tuſch. litt. N concl.* 74. Obiter aliquid ſupe-

reſſe

reſſe videtur dicendum de mercede in genere Notariis debita pro extractione, & copia inſtrumentorum; ſi agatur de contractibus debent conſequi totam mercedem totius ſummæ in illis contentæ, & non tantum pro rata, qua quis uti vellet inſtrumento, vel in eo intereſſe haberet; ſecus tamen eſt in teſtamentis relative ad legatarios, qui non tenentur ſolvere mercedem pro tota hæreditate, ſed ſolum pro legatis ſibi factis, quorum dari poteſt etiam copia ſeparata, & non totius teſtamenti ſi noluerint *Surd. conſ. 66. num. 8 Gratian. deciſ. 226. in addit. Scannarol. de viſitat. carcer. lib. 2. cap. 17. num. 17* verum inſtrumenta debent integraliter tradi, & exhiberi, alias non probant *Merlin. deciſ.* 137.

---

## DE TESTAMENTO MILITARI.

### *TIT. XI.*

ALia non ſolemnis teſtandi forma militiæ addictis permittitur, adeoque militare teſtamentum eſt illud, quod fit a militibus militiæ armatæ in expeditione verſantibus, & valet hoc ſine ſolemnitatibus; ſufficit enim quod quomodocumque de illorum voluntate conſtet, hoc tamen privilegium tribuitur ſolis militibus degentibus in caſtra, ſeu in expeditione, & certaminis conflictu, non autem a Caſtris reverſis.

Verum etſi abſque ſolemnitatibus militare teſtamentum ſubſiſtat, neceſſe tamen eſt, quod de voluntate ſerio declarata, vel per ſcripturam, vel ſaltem per duos teſtes conſtet. Diximus ſerio, quia ſi Miles potius iocando, quam animo teſtandi dixerit aliquem hæredem ſuum, militare teſtamentum non eſt.

Milites muti, & ſurdi per accidens poſſunt iure militari facere teſtamentum, veluti ſi huiuſmodi impedimentum contigerit ex vulnere in bello recepto &c. muti autem, & ſurdi natura, nec teſtari, nec milites eſſe poſſunt ob impedimentum Sacramenti præſtandi.

Patet ex dictis, quod milites a militia reverſi, nonniſi Iure Communi poſſunt teſtari, immo teſtamenta militari iure condita in expeditione, valent tantummodo intra annum a die reditus, quod privilegium abſentium quorumcumque Reipublicæ cauſa annale eſt; limitatur in teſtamento ſub conditione, ſi conditio exiſtat poſt annum, quia conditio appoſita inſtitutioni quandocum-

que

que exiſtat retrotrahitur ad tempus mortis *Leg.* 1. *ff. de heredib. inſtit.* ſiquidem teſtamenta militum, qui ex inhoneſta cauſa dimittuntur, ſtatim deſinunt iure militari valere.

Ulterius teſtamentum factum a Paganis iure communi abſque præſcriptis ſolemnitatibus licet nullum ſit, tamen valere poterit, ſi ab eis confirmetur, factis militibus.

Denique teſtamentum Paganicum, quod per minimam capitis diminutionem Teſtatoris irritum fit, numquam valet, ſed militare ex privilegio, licet huiuſmodi capitis diminutio interveniat, numquam infirmatur, ſed quaſi ex nova militis voluntate, quam habuit ante capitis diminutionem confirmatur.

NOTA.

Quod privilegia militibus conceſſa in confectione teſtamenti competant etiam militibus noſtrorum temporum firmat *Rot. in recent. dec.* 150. *part.* 12.

Eadem privilegia competunt iis, qui præſunt militibus, omnibuſque illis, qui exercitui inſerviunt, eumque ſequntur, & in claſſibus etiam favore eorum, qui naves gubernant.

Non obſtante quod militare teſtamentum factum in acie, vel in bello, & in procinctu valeat, attamen voluntas militis probari debet, & ſcriptura debet legitime recognoſci, nec ſufficit atteſtatio Capitanei, ſed facienda eſt formiter citata parte, *Tondut. quæſt. civil.* 137. *per tot. part.* 2.

---

*De Executoribus teſtamentariis, caput unicum.*

SUpremis, aliquando decedentium, exequendis mandatis nonnulli conſtituuntur, qui teſtamentarii Executores, ſeu Commiſſarii appellantur, de quibus eſt (1).

Executores ad inſtar Tutorum, alii ſunt legitimi, alii dativi, alii teſtamentarii: legitimi ſunt, quibus a iure canonico, ſeu civili defertur poteſtas exequendi voluntatem defunctorum, ut puta Epiſcopus, Oeconomus, & Capitulum (2).

Dativi ſunt illi, qui aliquando per Iudicem conſtituuntur, (ſed raro) de quibus vidend. (3).

Teſtamentarii demum illi ſunt, qui cæteris omnibus præferuntur, & a Teſtatore conſtituuntur, de quibus loquitur (4), & de quibus hoc loco agendum decernimus.

His itaque præmiſſis inquirendum eſt, qui Executores huiu-

ſmodi eſſe non poſſint. Primo igitur prohibentur eſſe Religioſi Mendicantes, & præcipue Fratres Minores S. Franciſci etiam cum licentia Superioris, dum nec eorum Guardianus executor eſſe poſſit (5), quæ tamen regula limitanda videtur, firma tamen ſemper manente Superioris licentia in Legatis ad Pias Cauſas (6). Cæteri tamen Religioſi, cum Superioris licentia executores eſſe poſſunt ex allegatis ſupra *num.* 4. in Etruria tamen ex Edicto anni 1769. ex §. 9. arcentur a tutela, executoria, œconomia quarumcumque hæreditatum, tam Laicarum, quam Eccleſiaſticarum, & ab hæreditate fiduciaria, quoquo modo Clericali privilegio gaudentes, niſi Supremi Imperantis acceſſerit licentia; repelluntur inſuper muti, ſurdi, mentecapti, furioſi, infames, prodigi &c. Mulieres tamen admittuntur ad hoc munus exercendum (7).

Ex his alii ſunt particulares, quando ſcilicet alius datus eſt hæres in teſtamento, quo caſu vicem hæredum non ſubſtinent, & ideo inventarium conficere non tenentur (8) alii univerſales, quando videlicet ſunt inſtituti pauperes Chriſti, vel nullus eſt datus hæres in teſtamento, nam tunc vices hæredum ſuſtinent, & ideo ad inventarium conficiendum adſtringuntur, quidquid in contrarium alii ſentiant (9), nec quiſquam hoc onus compelli poteſt acceptare, (10) nec cautionem præſtare debent (11) verum, cum illud ſuſceperint, tenentur ſervare formam teſtamenti, neque in aliis poſſunt ſeſe immiſcere, niſi perneceſſe fuerint, vel antecedentia, vel ſubſequentia eiuſdem (12), eo quia eorum facultas pendet omnino a præcepto Teſtatoris (13).

Nec eſt prætermittendum, quod aliquando Executores univerſales dici debent ad quoſcumque iuris effectus, ſi iiſdem a Teſtatore tributa fuerit poteſtas adminiſtrandi, independenter ab hærede ſcripto omnia hæreditaria bona. præcipue ſi adſit diſpoſitio, quæ iubeat hæredem non poſſe aliquid occupare, vel apprehendere de manu Executorum, quod latius videre datum erit in auctoribus inferius relatis.

Inſuper quæri ſolet ſi plures ſint Executores, an communiter exequi Teſtatoris mandata debeant, & reſolvendum videtur, quod ſi unus vel plures exequi nolint, vel non poſſint, id permiſſum ſit cæteris, & ſufficiat, quod maior pars adminiſtret, ſeu exequatur (14) niſi expreſſe Teſtator iuſſerit eos in ſolidum exequi debere, nam ſecus hoc caſu res ſe haberet, ac propterea inferius notabimus, quid animadvertere debeant Tabelliones.

Notandum ulterius, quod Executores prædicti præcipue quando ſunt particulares non poſſunt propria auctoritate capere bona hæredi-

hæreditaria: ſed debent ea de manu hæredis habere, poſſuntque officio Iudicis cogere dictos hæredes, ut bona tradant, ſed hoc eſt regulandum iuxta facultatem illis a Teſtatore tributam (15) regulariter etiam tenentur hæredibus ſcriptis rationem de adminiſtratis reddere (16) a quibus aliquando ob ſuſpicionem, vel negligentiam Iudicis decreto intercedente poſſunt removeri (17), & pro male geſtis ſunt eorum bona hypothecata *Leg. pro offic. Cod. de adminiſtrat. Tutor. Guttierez. cap. 1. num. 109.*

Dictorum officium cum perſonale ſit non tranſmittitur, quod fallit aliquando, ſcilicet ſi onus iniunctum habet tractum perpetuum (18).

Quibus ſic conſtabilitis opportune quæritur utrum Executor teſtamentarius poſſit petere ſalarium, ſeu mercedem pro ſuis laboribus, & adfirmative deciditur, ſi agatur de officio, quod protrahatur extra annum, vel nimis laborioſum ſit (19).

(1) *Text. in Leg. nonnulli Cod. de Epiſcop. & Cleric. Bald. in Leg. id, quod pauperib. Cod. eod.* (2) *Leg. ſi quis ad declinandam Cod. de Epiſcop. & Cleric.* (3) *Text. in Leg. 3. §. fin. ff. de alim. & cibar. legatis.* (4) *Text. in Leg. alio hærede ff. eod.* (5) *Vaſquez. opuſc. moral. tract. de teſtam. cap. 9. §. 3. De Luc. de regularib. diſcurſ. 1. & in adnot. ad Concil. Tridentin. diſcurſ. 34. num. 19. de teſtament. diſcurſ. 56. Alexand. conſ. 57. lib. 2.* (6) *Marta Voto Piſano 3. per tot De Luc. diſcurſ. 56. de teſtament. num. 9. & 11. & alibi.* (7) *Soccin. conſ. 11. num. 9. Leg. a filio ff. de aliment. & cibar. legat.* (8) *Addit. ad conſ. 215. Alexandri lib. 6. Urceol. conſult. forenſ. 90. num. 20.* (9) *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 826. num 76. Montan. de tutor. capit. 38. num. 83. Zacchia de ſalario quæſt. 66. num. 20.* (10) *Leg. nulli licere Cod. de Epiſc. & Cleric. ibique gloſſ. in verb. licentiam num. 70. Gratian. diſceptat. for. cap. 826. num. 76* (11) *Zacchia de ſalario quæſt. 66. num. 7.* (12) *Leg. alio hærede, ubi gloſſ. & Bartol. ff. de aliment. & cibariis legatis Altograd. conſ. 73. num. 1. lib. 2. Pax Iordan. lucubrat. volum. 3. lib. 14. tit. 25. num. 302. Riccio collect. 769. per tot. num. 120.* (13) *Rot. dec. 64. num. 14. part. 17. recent.* (14) *De Luc. de teſtament. diſcurſ. 56. num. 10.* (15) *Urceol. conſult. for. 90. per tot.* (16) *Rot. deciſ. 436. num. 4. & 5. part. 9. recent. Zacchia de ſalario quæſt. 66. num. 12.* (17) *Tuſch. litt. E concluſ. 545. & 546.* (18) *De Luc. de iur. patronat. diſcurſ. 14. num. 2. & 4.* (19) *Zacchia de ſalario quæſt. 66. num. 19. uſque ad 20. Rot. deciſ. 49. n. 35. part. 12. recent. vidend. De Luc. index general. in verbo Executor Teſtamentarius.*

Ad materiam, quæ ſit eorum poteſtas *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 812. *num.* 23. *Rota Noſtra in Florentina Maioratuum diei 9. Septembris* 1707. *cor. Carolo Bizzarrini pag.* 37. *ad plures equentes, & in Collen. Adminiſtration. diei* 2. *Octobris* 1725. *cor. Bonſini*, ubi etiam quando Executores dicantur, vel non ſimplices Miniſtri, & alia: an detur inter eos ius accreſcendi *De Luc. de teſtament diſcurſ.* 45. quod teneantur ad damna, & intereſſe de tutelis *diſcurſ.* 10. an hypotheca legalis, ſeu tacita competat contra eos, *eod. diſcurſ.* 10. *Mantic. de coniect. ult. voluntat. lib.* 8. *tit.* 1. *de dote diſcurſ.* 174. *num.* 4. *de teſtament. diſcurſ.* 23. *n.* 3. *& diſcurſ.* 68. *n.* 2. *&* 10. *in miſcellan. diſcurſ.* 30. *n.* 27.

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus.*

CUm ſuperius obſervatum fuerit, quomodo adminiſtrare debeant ſi plures ſint Executores, vel quid agere debeant ſuperſtites uno, vel pluribus deficientibus, ad tollenda iurgia poterit Notarius diligenter perſcrutari mentem Teſtatoris, & ad mentem eiuſdem præſcribere adamuſſim, quomodo ſe gerere debeant in caſus contingentia, ſcilicet ſi coniunctim, vel ſeiunctim adminiſtrare debeant, & ſi uno deficiente, debeat alter de per ſe exequi &c. & ſimilia &c. & ſi erit de voluntate Teſtatoris adhibere etiam formulam hanc videlicet „ dans, & concedens dictis ſuis „ Executoribus plenam, & liberam licentiam, poteſtatem, & facultatem diſtribuendi, vendendi, obligandi, ac alienandi de „ bonis ſuis omnibus, eorum ſingulis propria auctoritate abſque „ licentia ſuorum hæredum, vel alicuius eorum, tam ante aditam „ hæreditatem, quam poſt, liberans, & abſolvens dictos Executores ab inventarii confectione, & ratione reddenda „ & ſic tolletur difficultas an ante aditam hæreditatem ab hærede generaliter nominato agere poſſint.

---

## QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

### *T I T. X I I.*

EX vulgata contrariorum regula optime dignoſci poteſt, quibus teſtamentum facere permiſſum ſit, cognitis iis qui teſtamentum facere non poſſunt. Pri-

Primo igitur prohibetur illis, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, ut filii fam. qui nec accedente conſenſu Patris teſtari poſſunt; nil refragrante, quod Patre conſentiente mortis cauſa donare poſſint. & ratio eſt, quia donatio iſta non eſt iuris publici, ſed habet rationem contractus, & conſequenter pendere poteſt ab arbitrio privatæ perſonæ:

Quod dictum eſt de filio famil. procedit ſolum in peculio profectitio, & adventitio, non vero quoad Caſtrenſe, vel quaſi de hoc enim teſtari poteſt etiam invito Patre; quod ſi de Caſtrenſi, vel quaſi non fuerit teſtatus, primo loco ad ea ſuccedunt liberi, & his non extantibus, fratres, deinde Pater, licet de iure noviſſimo ſimul cum fratribus admittantur Pater, & Mater *novell.* 118. quoniam vero, quod ab initio non valet, tractu temporis non convaleſcit, teſtamentum factum a filio famil. in cauſa profectitii, & adventitii non convaleſcit licet Pater eius præmoriatur. Prohibentur ulterius impuberes, & furioſi, licet Curatores conſentiant, idemque dicendum de prodigo, poſt interdictam adminiſtrationem.

Activa factio teſtamenti interdicitur etiam ſurdis, mutis; cœcus autem poteſt teſtari adhibitis octo teſtibus.

Captivus in captivitate teſtari non poteſt, quia caret communione Iuris Civilis, & eius teſtamentum conditum in captivitate, licet ab hoſtibus redierit, nullum eſt: ſi tamen teſtatus fuerit ante captivitatem, quamvis teſtamentum per eamdem irritum fiat, ipſo tamen ab hoſtibus reverſo valet iure poſtliminii, & apud hoſtes decedente ex fictione legis Corneliæ fingentis apud hoſtes mortuum ex eo tempore deceſſiſſe, quo captus fuit dum adhuc obtineret Civitatem, & familiam.

Monachi poſtquam Monaſterium ingreſſi ſunt teſtari nequeunt niſi hoc privilegium a S. Sede impetraverint. Tamen qui liberos ſuſcepit ex iuſtis nuptiis, & poſtea Monaſticam vitam elegit, poteſt de bonis diſponere iuxta *auth. ſi qua mulier. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* relinquendo filiis legitimam, & reliqua pro Monaſterio reſervando: idem tamen effectus oritur, ſi talis Pater ab inteſtato moriatur.

NOTÆ.

Diſtinguendum eſt circa mutos, & ſurdos, ſcilicet, aut quis eſt ſimul mutus, & ſurdus a natura, & teſtari non poteſt, aut quis eſt ſurdus tantum, & teſtari poteſt, vel quis eſt mutus, & ſurdus ex accidenti, & tunc pariter teſtari poteſt, ſi ſcribere ſciat *Oinot. inſtit. h. t. §. item prodigus.*

Fu-

Furioſus habens dilucida intervalla teſtari poteſt, & teſtamentum ab eo factum ante furorem ſuſtinetur; mentecaptus vero numquam poteſt *Oinotom. dict. tit. §. præterea &c.*, niſi alienatio mentis fuerit ex accidenti, poſteaque ad priſtinam ſanitatem redierit, nam tunc. cum ſanæ mentis eſſe conſtet, teſtari poteſt. Ut furioſi teſtamentum valeat, opus eſt, quod confectum ſit unico intervallo, tamen ſi de hoc dubitetur facile deciditur favore teſtamenti, modo prudens ſit diſpoſitio.

Notandum inſuper, quod quæſtio oriri poteſt circa ea, quæ diſponuntur a Statuto Flor., qui protrahit minorem ætatem uſque ad decimum octavum an. completum, an ſcilicet iſti minores ad normam d. Statuti poſſint facere teſtamentum poſt completum decimum quartum an., vel inhærendum ſit potius diſpoſitioni ſtatutariæ prædictæ protrahentis d. minorem ætatem, ut ſupra, & circa hoc tenendum potius videtur, quod non obſtante dicto Statuto, poſſit maior annorum quatuordecim teſtari, & inter cœteros ratio eſt, quia *Statutum Florent. rubr.* 115. *lib.* 2. expreſſe agit de contractibus ineundis a minoribus decem, & octo annis; ergo extendi non poteſt ad ultimas voluntates, quia Statutum Iuris Communis correctorium non debet operari, & corrigere pluſquam in eo ſcriptum ſit *Alexand. conſ.* 172. *num.* 5. *lib.* 5. *& conſ.* 215. *num.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 6. ubi dicitur, quod Statutum loquens de contractibus non debet extendi ad ultimas voluntates.

Ulterius obſervandum eſt, quod ea, quæ dicta ſunt ſupra non procedunt, quando agitur de clerico filio fam. ut explicavimus cum de peculiorum qualitate, & differentia actum fuit.

Quoad Teſtamentum cœci iuxta praxim in Etruria vigentem per Notarium in ſcriptura nuncupatio redigitur, indeque a Teſtatore coram Notario prædicto, ac Teſtibus octo rogatis ore proprio expoſita, ab iiſque ſubſcripta, & anulis obſignata iiſdem Teſtibus, ac Teſtatori per Notarium perlecta in publicam inde formam ſe ſubſcribentem ſolitoque Notariatus ſygillo obſigantem perficitur „ Et prout latius noveritis ex formulario Florentino.

Ad complementum huius tituli addendi ſunt, qui Teſtamentum condere prohibentur in pœnam.

I. Qui inceſtas nuptias contraxerunt, niſi inſtituant legitimos.

II. Satirici III. Capite damnati IV. Apoſtatæ V. Heretici niſi diſponant favore filiorum, qui Catholicam Fidem profiteantur: licet Iudei teſtari valeant *cap quamquam de uſur. num.* 6.

VI. Uſurarii manifeſti, niſi debito uſurario ſatisfecerint, vel fideiuſſores de ſatisfaciendo dederint, ad quem effectum, qui dicantur

tur uſurarii manifeſti patet ex *Leg. anni* 1687. quæ dicitur degli ſcrocchi.

## DE EXHÆREDATIONE LIBERORUM.

### *T I T. XIII.*

IN Teſtamentis neceſſe eſt liberis habentibus, aut eos inſtituere, aut exhæredare „ Exhæredatio nil aliud eſt, quam excluſio a Iure ſuccedendi.

Nominatim fit, veluti „ Filius meus exhæres eſto „ tacite, prætereundo, ſeu non nominando.

Poſthumi quoque primum gradum ſuitatis obtinent: ſcilicet qui ſi vivo Teſtatore nati eſſent ſui, illius hæredes extitiſſent, & inſtitui debent aut exhæredari, ne Teſtamentum poſthumi agnitione rumpatur, & hæc eſt differentia inter natos, & poſthumos, quod ii rumpunt teſtamentum, nati vero præteriti nullum faciunt.

Poſthumorum loco habentur etiam nepotes, & cæteri deſcendentes, qui tantum ſui ſint Teſtatori, quare nec eorumdem agnitione teſtamentum avitum infirmatur tamquam præteriti fuerint, & ipſi debent aut inſtitui, aut exhæredari, ſecus mortuo eorum Patre ante mortem avi, eiuſdem Teſtamentum rumpitur, quare ad evitandam huiuſmodi Teſtamenti reſciſſionem Gallus Aquilius hanc formulam inſtitutionis excogitavit; filius meus ſi vivo me morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos ſive quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus morietur, natus, natave erit, hæredes ſunto.

Eſt autem ſuitas hæredum qualitas. primam in Patria Poteſtate locum obtinentium, continuationem dominii, neceſſitatemque ſucceſſionis inducens, & propterea in ſuis dominium non transfertur, ſed continuatur, *Leg. in ſuis* 11. *ff. de liber. & poſthum. hæred. inſtituend.* & ab eorumdem niſi inſtituantur facienda eſt exhæredatio.

Liberi adoptivi, quandiu ſunt in Poteſtate Patris adoptantis, eodem Iure cenſentur, quo naturales, & propterea debent, aut inſtitui, aut exhæredari; ſi vero fuerint emancipati a Patre adoptivo nullum Ius iiſdem remanet in dicta ſucceſſione. Verum prætermiſſis iis, quæ de Iure veteri locum habebant, ut patet in Textu, hodie ex conſtitutione Iuſtiniani omnes cuiuſcumque

ſexus,

ſexus, & gradus liberi, ſive nati, ſive poſthumi, ſive emancipati, aut hæredes inſtitui, aut nominatim debent exhæredari, ne teſtamentum ſit nullum, aut rumpatur.

Exhæredatio ad hoc, ut rite fiat plura requiruntur, & 1. nominatim 2. pure 3. a tota hæreditate 4. ab omnibus hæredibus, & ab omni gradu. Ulterius neceſſe eſt iuxtam exhæredationis cauſam exprimere in Teſtamento ab hærede probandam, nam alias nulla eſt exhæredatio.

Iuſtæ exhæredationis cauſæ circa liberos, quatuordecim enumerantur in §. *aliud quoque capitulum auth.* 115. ut cum de appellatione cognoſcitur, quæ ſequentibus carminibus continentur.

*Bis ſeptem ex cauſis exhæres filius eſto.*
*Si patrem feriat, ſi maledicat ei.*
*Carcere detruſum ſi negligat, aut furioſum,*
*criminis accuſet, vel paret inſidias.*
*Si damnum dederit grave, ſi nec ab hoſte redemit*
*Teſtarive vetet, ſe ſocietve malis,*
*Si mimos ſequitur vitietque Cubile Parentum*
*Non Orthodoxus, filia ſi meretrix.*

Horum Carminum explicatio late haberi poterit ex dicto §. *aliud quoque capitulum cum ſeqq.* ex quo ſcire datum eſt, quod ſi filii (1) carentes liberis teſtari velint, neceſſe habent parentes inſtituere, vel expreſſe exhæredare § *iuſtum autem, ut cum de appellatione cognoſcitur novella* 115. ibique enumerantur iuxtæ cauſæ, quibus liberi poſſunt, parentes exhæredare, quæ octo ſunt 1. ſi liberorum vitæ inſidiati fuerint 2. ſi Pater nurui, aut concubinæ filii ſe immiſcuerit 3. ſi liberos ſuos teſtari vetaverit 4. ſi Pater, Matrem, aut Mater, Patrem interfecerit 5. ſi filium furioſum neglexerit 6 ſi captivum redimere non curaverit 7. ſi ſint hæretici 8. ſi Pater de crimine capitali filium accuſaverit excepto crimine hæreſis, ac læſæ maieſtatis.

Sciendum, quod in collateralibus non eſt opus inſtitutione, aut exhæredatione; Præteritio enim fratrum non invalidat Teſtamentum niſi quando frater inſtituit turpem perſonam excluſo fratre, & hoc caſu poteſt etiam frater alium fratrem non obſtante quod turpes perſonæ inſtitutæ ſint ex tribus cauſis exhæredare 1. ſi procuraverit mortem fratris Teſtatoris, 2. ſi criminalem accuſationem contra eum inſtituerit, 3. ſi ſuæ ſubſtantiæ properaverit inferre iacturam.

Matri, aviſque maternis, cœteriſque per fœmininam lineam deſ-

deſcendentibus præteritis, Iure Civili ſuccurritur querela inofficioſi Teſtamenti, niſi iuxta præteritionis cauſa ſit expreſſa, de quibus infra.

NOTÆ.

(1) Carentes liberis „ nulla debetur legitima parentibus, ubi extent deſcendentes filii, vel filiæ defuncti, *Merlin. de legit. tit. 2. qu.* 12. *Rot. par.* 2. *dec.* 326. *num.* 2. *&c. rec. De Luc. de legit. diſc.* 10. *ſub num.* 11. *diſc.* 44. *num.* 11.

Exhæredatio per Patrem fieri poteſt ob grave, & ſcandoloſum crimen, *De Luc. de legit. diſc.* 13. *ex num.* 6. quare emergit regula, quod non ſolum ex quatuordecim cauſis a Iure expreſſis, ſed etiam ex aliis æquipollentibus exhæredatio fieri poteſt.

Florentiæ ob Statutum Communis *lib.* 2. *rubr.* 130. eiuſque reform. anni 1620. fœminæ excluſæ favore maſculorum præteriri valent, modo inſtituti ſint maſculi a Statuto vocati, iique re ipſa ſuccedant de quo fuſius agemus alio in loco.

(2) Quoad ſecundum requiſitum de quo ſupra noto, quod exhæredari valent deſcendentes ſub conditione, modo ſub contraria inſtituantur.

(3) Quartum autem explicatur facti ſpecie quæ ſequitur. Teſtator inſtituit hæredes Titium, & Caium, atque exhæredavit filium. Debet eum exhæredare non abſtracte, ſed tam a portione relicta Titio, quam ab illa Cai. Inſuper ſi addidit, quod deficiente Titio, & Caio ſuccedant eius filii, & iis deficientibus nepotes &c. exhæredare debet filium non modo relate ad Titium, & Caium conſtituentes primum gradum, verum etiam quoad eorum filios, qui conſtituunt ſecundum: ac ſimiliter reſpectu nepotum ex illis, qui tertium ſucceſſionis gradum conficiunt.

(4) Quoad illam cauſam ſi mimos ſequitur filius, mitius agendum eſſet hiſce temporibus, quibus comica ars non adeo obſcœna eſt, ut apud Romanos, præſertim ſi de muſica arte agatur, quæ inter liberales, & honeſtas a noſtris Tribunalibus recenſetur, ut obſervatum fuit potiſſimum in *Florent. reductionis Salarii diei* 21 *Maii* 1749. *cor. Finetti pag.* 6. §. 17.

## DE HÆREDIBUS INSTITUENDIS.

### *T I T. XIV.*

AD exhæredationem, quæ ſpectant expoſitis, ſequitur nunc agendum de inſtitutione; omnes licet inſtituere, qui a Iure non prohibentur

At quoniam contingere poteſt, quod in uno Teſtamento plures inſtituantur hæredes inter quos dividenda ſit hæreditas ideo lubet agere in quot partes, & quo ordine dividatur hæreditas, nomen ſingulis partibus adſignando eo modo, quo a veteribus traditum accepimus.

Diviſa itaque fuit hæreditas in duodecim partes æquales, quæ unciæ vocatæ fuerunt, quarum ſingulæ proprium nomen habent, & omnes collective acceptæ aſſis, ita ut totam hæreditatem conſtituant ex. gr Aſſis eſt tota hæreditas = ſextans conſtat ex duobus unciis = Quadrans ex tribus = Triens ex quatuor = Quincunx ex quinque = Semis ex ſex = Septunx ex ſeptem = Bes ex octo = Dodrans ex novem = Dextans ex decem = Deunx ex undecim = As ex duodecim „

Verum & ſi in duodecim partes dividi ſoleat hæreditas, attamen Teſtator in plures, vel pauciores dividere poteſt, imo ſi Teſtator aliquem ex ſemiſſe, vel ex re certa inſtituerit, ita inſtitutus habetur pro inſtituto ex aſſe, ne decedat partim teſtatu, partim inteſtatus, contra regulam, quæ tamen locum non habet in Teſtamento militis.

At ſi plures hæredes inſtituti fuerint ex certis partibus, eas ſinguli ferunt, ſi vero abſque partium deſignatione, ex æquis partibus ſuccedunt; ſed ſi aliquibus ex inſtitutis portiones hæreditariæ nominatim aſſignatæ ſint, aliis non; tali caſu ſi non fuerit expleta tota hæreditas inter eos, quibus certæ partes ſunt adſignatæ, inſtituti ſine partibus ferunt, quod ſupereſt aſſi, & ſi tota hæreditas fuit inter dictos inſtitutos expleta, tunc duplicatur, & redigitur ad Dupondium, id eſt viginti quatuor uncias ita ut duodecim unciæ dentur inſtitutis cum partibus, reliquæ cœteris.

Si plures hæredes inſtituti fuerint, eiſque adſignatis certis partibus, ac totus aſſis expletus non remaneat, Portio, quæ ſupereſt accreſcit hæredibus pro portione hæreditaria, in qua quis inſtitutus. E contra ſi plures ſint inſtituti, eiſque adſignatæ maiores

par-

partes, quam ſint in aſſe, veluti ſi tres ſint inſtituti ex dimidia, pars quæ deeſt ſingulis decreſcit.

Ulterius ſi plures hæredes inſtituti ſint ex certis partibus, quæ aſſem excedant, & mox alius a Teſtatore hæres ſit ſcriptus abſque partis adſignatione, hic alter conſequitur, quod deeſt dupondio, quia tunc cenſetur Teſtator voluiſſe dividere hæreditatem non in unicum aſſem, ſed in dupondium, & idem proportione ſervata dicendum ſi dupondio inter plures expleto, alter ſine parte fuit inſtitutus, quia hoc caſu hæreditas redigitur ad tripondium. Inſtitutio in parte *Aliquota* vel, ut inquiunt, ex *Quota* fieri dicitur, quando conſiſtit in parte, aut partibus aſſis, quæ tamquam tales ſint a Teſtatore expreſſe declaratæ, ex. gr. relinquo quinque, aut ſex uncias, aut partes hæreditatis, quæ portio dicitur *Quota* ad exemplum diviſionum mathematicarum, quia pars, aut uncia hæreditatis duodecim vices accepta integrum aſſem conſtituit. Qua de cauſa hæc diſpoſitio intelligitur facta titulo univerſali.

Secus vero ſi peculiaris aliqua ſpecies relicta ſit ver. gr. relinquo fundum ſeianum, domum, quam Romæ poſſideo.

Extraneus hæres poteſt inſtitui pure, & ſub conditione; ſuus vero tantummodo pure, niſi conditio eſſet poteſtativa, ſed & ſub conditione cauſali, valet ſui inſtitutio, ſi ſub contraria exhæredatus fuerit.

Ad certum tempus, vel ex certo tempore hæres inſtitui non poteſt, adeoque habetur, ac ſi dies, ſeu tempus adiectum non fuerit; ex die tamen incerto recte inſtituitur, quia huiuſmodi dies habetur pro conditione *Leg. 1. ff. de condit.* Conditio tamen impoſſibilis habetur pro non adiecta, quod procedit tam in inſtitutionibus, quam in legatis cœteriſque ultimis voluntatibus.

## NOTA.

In quovis teſtamento non poſſunt inſtitui Hæretici, Apoſtatæ, ac filii Perduellionum, detracta tamen filiarum favore legitima ex bonis maternis, *Leg. quiſquis Cod. ad Leg. Iuliam Majeſtatis*. Item illi Regulares, qui ob inſtitutum ſuum incapaces ſunt poſſidendi, niſi quid relinquatur illis titulo legati ad Divinum Cultum augendum, vel ad elemoſinam annuam ſuppeditandam, *Rodriguez. qu. regular. tom. 2. qu. 7. art. 5.* Super hoc tamen articulo obſervanda ſunt, quæ diſponit Lex Amortizzationis in Etruria vigens, & alia &c. de qua ſuperius actum fuit, & quæ præcipue reicit gravamina perpetua etiam ad Pias Cauſas.



Digitized by Google

In Teſtamento quorundam ne in minima quidem portione inſtitui valent 1. Scriptor Teſtamenti 2. Princeps litis cauſa 3. qui inceſtas nuptias contraxerunt ſi ſemetipſos inſtituere velint. Ita adulter inſtituere nequit adulteram, & e contra.

In ſolidum autem inſtitui nequeunt 1. illegitimi, ſi legitimi ſuperſint, tunc enim unciam tantum illegitimis Pater relinquere valet, ſuperſtitibus autem adſcendentibus octo uncias; ſi vero nec deſcendentes, neque adſcendentes adſint poteſt illegitimos inſtituere, immo Iure Canonico tenetur iis idoneam portionem adſignare titulo alimentorum, filiabus autem congruam dotem Cap. cum haberet de eo, qui duxit in Matrimonio, ſecundo coniux in Teſtamento ulterioris coniugis inſtitui nequit in portione, quæ ſit maior illa, quam reliquit filio primi Matrimonii, cui minus reliquit *L. hac edictali 6. C. de ſecund. nupt. ibiq. DD.*

Nec regulariter minus relinqui poteſt filiis ex priori Matrimonio, quam filiis ex ulteriori, quotieſcumque ratio prædictæ Legis concurrat,

Præterea mulier, quæ ad ulteriores nuptias tranſivit, ſervare debet filiis prioris thalami ea omnia, quæ a primo viro titulo lucrativo acquiſivit, quarum rerum non percipit niſi uſumfructum *Leg. fœminæ §. illud quoque Cod. de ſecund. nuptiis.*

Cœterum inſtitui valent etiam, muti, ſurdi, cœci, furioſi, prodigi, dementes, impuberes filii, ſervi, Eccleſiæ, Civitates, & omnia corpora licita, niſi Patriæ Leges adverſentur, ac potiſſimum in Etruria LL. a. 1751. e 1769. vulgo dictæ *delle Mani Morte*.

Inſtitui valent etiam perſonæ teſtatori non cognitæ, modo innoteſcat quæ ſint, & nulla incapacitate laborent. Item perſonæ incertæ, quando certæ reddi valeant, quo caſu ex. gr. Legatum, aut inſtitutio favore pauperum ſuſtinetur *Leg. id quod Pauperibus 24. Cod. de Epiſcop. & Cleric.*

Non admittitur tamen inſtitutio in alienam voluntatem collata, ex. gr. ſit hæres ille, quem voluerit Titius.

Nec valet inſtitutio captatoria ex. gr. Titius ſit hæres meus in ea portione, in qua inſtituit, aut inſtituerit me, aut Caium = videtur enim concepta ad captandam hæreditatem alieno, vel proprio commodo. Valet tamen declaratio ad præteritum tempus referibilis ex. gr. Titius ſit hæres meus in eadem portione, in qua me inſtituit = Nam intelligi poteſt tamquam remunerandi cauſa facta.

*Moni-*

*Monita pro Neotericis Tabellionibus.*

AD uberiorem explanationem rerum expoſitarum in monitis generalibus dicendum ſupereſt: quod Legi Corneliæ de Falſis varia Senat. Conſulta acceſſerunt, & præcipue Libonianum; ex hoc enim falſi reos eſſe agnoſcimus, qui ſibi, iiſve quos in poteſtate habent in Teſtamento, vel Codicillis, Legatum aliquod vel Fideicommiſſum adſcribunt, niſi Teſtator ſe id iuſſiſſe ſubſcriptione ſua teſtatus ſit: diſtinguendum tamen eſt, ſi extraneus aliquis ſibi adſcripſerit, ſeu Teſtatoris filius, vel ſervus; ſi de his poſtremis agatur, nuda generica ſubſcriptio, ſeu approbatio tum ad capiendum, tum ad pœnam dictæ Legis vitandam ſufficit: Extraneus tamen ex huiuſmodi generica approbatione nihil conſequitur, ſed tantum a pœna liberatur; At ſi ſubſcriptio, & approbatio ſpecialiter facta fuerit ſub ipſo relicto, tunc poterit pœnam vitare, relictumque conſequi: ſunt Textus expreſſi in *Leg.* 1. *§. ad Teſtamenta, & §. inter filium Leg. Divus Claudius* 10. *§. plane ff ad Leg. Corn. de Falſis, & Leg. ſi Teſtator Codicillis* 2. *Cod. de his qui ſibi &c. Rot. Rom. dec.* 356. *ſub num.* 10. *par.* 6. *rec.* quam quidem diſpoſitionem locum non habere, tradit *Aleſſand. conſ.* 5. *num.* 3. *lib.* 3. in Teſtamento nuncupativo, cui adſtipulatur *Urceol. conſ.* 90. *num.* 29. ubi ait valere poſſe hoc relictum ceſſante tunc fraude ex ſcientia, quam habent Teſtes, modo eſſent vivi, ita ut per eos relictum probari poſſit, idem ſentit *Cancer. var. tit. de his, quibus ut indignis cap.* 6. *ſub num.* 24. quamvis hæc vera ſint, ſuaderem tamen tabelliones, ut ab huiuſmodi actibus, ad propriam vel ſuorum utilitatem faciendorum abſtinerent, quia res nimium periculoſa poteſt eſſe, & plena triſtiſſimi eventus. Quod ſi vel ratione loci, vel temporis, vel cuiuſcumque urgentis circumſtantiæ vellet aliquis eorum proprio commodo proſpicere, putarem oportunum eſſe, quod Teſtator (etiamſi ageretur de Teſtamento nuncupativo) ſi poſſet ſe ſubſcriberet ſub ipſo relicto, vel explicando præcipue illud in ſubſcriptione, ſin minus ſubſcriberent Teſtes, & hæc dicta ſint ſatis, eo magis, quia obvium non eſſe quod id contingat, opinor.

Animadvertant inſuper, quod inſtitutus in uſufructu, vel in alia re certa nullo alio dato hærede univerſali, ita inſtitutus efficitur hæres, ad *Text. in Leg.* 1. *§. ſi ex fundo, & Leg. quoties* 9. *§. ſi duo ff. de hæred. inſtit. Altogr. conſ.* 77. *num.* 7. *lib.* 1. quod amplia-

atur etiam, ubi ſit datus hæres, vel ſubſtitutus, qui poſtea ficiat *Papienſ. form. libelli in hæreditate ex Teſtamento Gloſſ. 3. m. 5. Alograd. loc. cit.* Item ſi eſſet facta inſtitutio ſuper certis bonis cum dictione taxativa tantum, ex quo dubitari poſſet, an talis hæres cenſeretur gravatus reſtituere venientibus ab inteſtato, *De Luc. de hæred. diſc. 1. num. 6.*

Poſitis hiſce concluſionibus, certum eſt, quod ex dicta inſtitutione poſſet interdum excitari quæſtio an inductum intelligatur fideicommiſſum, ac propterea differendum accideret ſuper hoc articulo, quare putarem pro tutiori cautela a Notario ſuadendum eſſe diſponentem, quod ſimpliciter relinqueret iure legati, purum uſumfructum, ſalva ſubſtantia rei, de qua percipi debet favore venientium ab inteſtato, atque putarem omnino eſſe omittendum verbum *inſtituo*.

Inſtitutio facta de aliqua perſona, & eius filiis intelligitur ordine ſucceſſivo, ita ut filii non concurrant, cum Patre eodem tempore, ſed poſt illius mortem *Grat. diſcept. for. cap.* 585. *& cap.* 774. *num.* 24. ergo bonum erit exprimere verba *ordine ſucceſſivo, vel ſimultanee*; ad vitandas dubietates, ſi ita mens diſponentis fuerit *Bichio deciſ.* 274. *num.* 14. *Rot. deciſ.* 424. *part.* 9. *recent.*

Inſtitutus in re certa ſibi dato cohærede univerſali habetur loco Legatarii, quare in eum non tranſeunt actiones activæ, nec paſſivæ; haberet tamen beneficium iuris accreſcendi, deficiente univerſali cohærede *Bellon. de iur. accreſcend. cap.* 7. *quæſt.* 10. *Rot. deciſ.* 152. *num.* 39. *part.* 9. *rec.*

Quis dicatur in re certa inſtitutus *Rot. part.* 13. *recent. dec.* 163. *num.* 12. *Ludoviſ. deciſ.* 244.

Inſtitutus in uſufructu donec vixerit, & quod poſt eius mortem bona tranſeant puta ad Caium, nullo interim ſibi cohærede dato in proprietate cenſetur hæres in totum.

Ad *materiam vidend. Marzimedic. deciſ.* 5. *n.* 2. *&* 12. *Rot. deciſ.* 150. *per tot. part.* 18. *recent. & deciſ.* 368. *&* 465. *d. part. & deciſ.* 99. *num.* 18. *part.* 12. *Urceol. conſult. for. capit.* 38. *cum addit. in fin. vol.* 2. *& cap.* 82. *num* 45.

Ex dictis poterunt Neoterici Tabelliones quodammodo normam ſumere de natura prædictarum diſpoſitionum, in cœteris vero ſupplere poterit eorum ſtudium, & labor.

*De*

*De conditionibus.*

COnditio „ eſt qualitas ita afficiens quamcumque diſpoſitionem, „ ut illius effectus ſuſpendatur uſque ad implementum „ & ideo nil ponit in eſſe uſque ad illius exitum *Gratian. diſcept. for. cap.* 542. *num.* 44. *&* 45. *& cap.* 949 *num.* 5.

Conditio alia eſt poſſibilis, alia impoſſibilis; poſſibilis eſt, quæ de ſui natura verificari poteſt, impoſſibilis dicitur, quæ nullatenus contingere poteſt, ſed ex communiore acceptione quadruplex eſt, nimirum quæ turpis eſt, & contra Legem, & dicitur impoſſibilis moraliter *Leg. ultim. ff. de condit. inſtit.* „ veluti ſi Caium occideris „ alia impoſſibilis natura ver. gr. ſi digito cœlum tetigeris „ & hæc duo conditionum genera, in ultimis voluntatibus pro non appoſitis habentur, nec vitiant diſpoſitionem. *Leg. quæ ſub conditione §. & mortis ff. eod.* alia eſt impoſſibilis de facto, veluti ſi quis ſervum liberum faceret, ſi mille nummos Domino dederit, & ſervus nihil habeat: alia impoſſibilis eſt ex verborum perplexitate „ veluti filius hæres eſto, ſi Seius hæres erit „ & hæc duo genera conditionum communiter receptum eſt vitiare teſtamentum.

Conditio poſſibilis triplex eſt, poteſtativa alia, ideſt quæ remanet in poteſtate inſtituti: alia caſualis, quæ pendet ex eventu futuro „ ut ſi navis ex Aſia venerit „ alia mixta, quæ partim pendet a caſu, partim ab arbitrio ex. gr. „ hæres eſto ſi Romam cum Titio ibis „ plures conditiones copulativæ per particulam „ & inſtitutioni appoſitam omnes ſunt adimplendæ, ut inſtitutus admittatur *Urceol. conſultat. for. cap.* 54. *n.* 51. ſi vero ſint disjunctive adſcriptæ, ſcilicet per particulam „ vel „ ſufficit, quod una tantum ex appoſitis adimpleatur.

Regulariter non præſumitur eveniſſe, niſi probetur ab eo qui allegat implementum *Surd. deciſ.* 210. *per tot.*

Habetur tamen pro impleta, quando non ſtat per debentem implere, quominus impleatur *Leg. quibus ff. de condition. & demonſtrat. Rot. Rom. part.* 9 *recent. dec.* 14. *& dec.* 92. *n.* 2.

Conditio pro parte poſſibilis, & pro alia impoſſibilis, habetur pro impleta in totum, ſi ex parte poſſibili adimpleatur *Pacific. de Salvian. interdicto inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 1003.

Nota, quod dictum eſt circa conditiones impoſſibiles appoſitas in ultimis voluntatibus haberi pro non adjectis, nec eas vitiare, non procedere in contractibus; qui ex dictis conditionibus

d

abſolute vitiantur, & nulli evadunt *Ger. Spin. conſ.* 12. *num.* 17. *Oinot. inſtit. h. t.* videntur enim ea mente adpoſitæ, ut non ſubſiſtat conventio.

Ad plures iuris effectus obſervandum eſt variam eſſe conditionum naturam, quarum alia diſpoſitionis eſt ſuſpenſiva, alia reſolutiva, prima ſiquidem emolumenti, ſive rei in diſpoſitione contentæ acquiſitionis principio obſtare videtur, unde conditionis a parte antea adimplementum exigit; cum ea pendente, vel non impleta nil ponat in eſſe, ac ideo interim emolumentum nequeat acquiri, & hæc caſualis, vel quoad effectum, huic ſimilis dicitur, ac ex dictionibus „ ſi „ dummodo „ ita tamen &c. „ recte percipitur, quæ ſi temporis momento ſit purificanda „ ut Titio centum do, lego, ſi hæres meus aditionis tempore filios non habuerit „ ſuſpenſiva erit proprie dicenda; verum ſi tempus continuum exigat adimplementum, veluti ſi vidualem vitam ſervaverit, quæ itaque continuam expoſcit viduitatem, ſuſpenſiva impropria erit appellanda: quia fere modi imaginem habet, cum inſtar modi acquiſitionis principio non obſtet, ſed actum ex poſt, uſque a principio reſolvat.

Reſolutiva autem e contra, onus, ſeu præceptum a parte poſt regulariter exigit ad implendum, & ſic non obſtat acquiſitionis principio, atque ex dictionibus „ donec „ quouſque „ quandiu &c. „ demonſtratur; veluti Uxori meæ donec viduilem vitam ſervaverit fundi tuſculani uſumfructum do, lego; ſiquidem Uxori hic uſusfructus acquiſitio a principio non impeditur, ſed poſtea contracto Matrimonio illum amittit, & ſic conditio hæc, uti poſtea ad implementum exigens, acquiſitionem non impedit a principio, ac inſtar modi in hac parte extare videtur. Huiuſmodi conditiones in non faciendo conſiſtentes ex. gr. ſi non nupſerit &c. dicuntur negativæ; & qui ſub aliqua ex iis conditionibus inſtitutus eſt, ſtatim accipit bona ſibi relicta modo cautionem preſtet, de non contrafaciendo, quæ dicitur cautio Muciana, & habet locum etiam in Legatis *vid. Novell.* 22. & de hoc paſſim alibi in hoc opere agetur.

Quo vero ſpectat ad ſuſpenſivam conditionem, animadvertendum eſt, quod inter alias ipſius ſpecies etiam caſualis, ac mixta numeratur; prior ſiquidem a caſu, vel facto Tertii pendet, ut ſi navis ex Aſia venerit Caio centum do, lego; mixta vero partim caſualis eſt, partim poteſtativa, ut ſi dictum fuerit, Caio centum do, lego; ſi frumentum kalendis Maii ex Africana navi aſportatum emerit; emere namque frumentum partim a facto, ſeu Caii poteſtate, partim a caſu, ſi nempe ex Africana navi frumentum

ka-

kalendas Maii fuerit aſportatum, dependet; & hæc pariter ut ſimplex caſualis obſtat acquiſitionis principio.

Pluribus de cauſis huiuſmodi conditionum diſtinctiones putavimus adnotandas. I. Ad recte dignoſcendum an rei acquiſitio ante, vel poſt conditionis implementum fieri poſſit; an fructus prout ex tunc, ſeu uſque a principio, aut ex nunc poſt conditionis implementum, ut in modo, ſeu poteſtativa conditione, ſint reſtituendi. II. ad effectum, ut implementum prout in modo, vel poteſtativa conditione, pro impleto debeat haberi, quando non ſtet per debentem implere, quominus ſit impletum. III. Ad effectum retrotractionis uſque a principio etiam in tertii præiudicium. IV. Ad effectum incurrendæ, vel vitandæ caducitatis in contractu, ſive in ultima voluntate appoſitæ, aut ad effectum admittendæ vel non purgandæ moræ. V. Ad effectum tranſmiſſionis impediendæ, vel non, ut in legatis, vel mortis cauſa donationibus, quando nempe Legatarius, vel Donatarius, ante conditionis, vel modi implementum decedens, legatum &c. ad hæredes tranſmittat.

*Ad mater. Sabell. ſumm. §. condit. num. 3. & ſeq. Rot. deciſ. 603. num. 28. & ſeq. part. 5. tom. 2. Caſareg. de commerc. diſc. 2. num. 3. tom. 1. index gener. Rotæ Rom. verb. conditio, & verb. emphyteuſis, Palma deciſ. 292. num 8. tom. 3. Conſtant. ad Stat. Urb. art. 2. num. 158. & ſeq.*

---

*De modo, & in quo differat modus a conditione.*

MOdus eſt „ moderatio quædam diſpoſitioni adiecta, honoratum aggravans in tempus diſpoſitionis iam perfectæ „ *Leg. mævia ff. de manum. Leg. demonſtratio §. ult. ff. de condit. & demonſtrat.* & in hoc differt a conditione, quia conditio ſuſpendit actum, quouſque non fuerit purificata, *Sabell. reſolut. cap. 72. n. 6. part. 11. recent. dec. 283. num.* 10. modus vero debet adimpleri poſtquam diſpoſitio ſortita fuerit effectum. Optime rem explicat *Rot. dec.* 534. *num. 2. part. 14. recent.* „ ibi „ nam quoties onera quæ iunguntur a diſponente explenda ſunt poſt quæſitum emolumentum, toties diſpoſitio dicitur facta ſub modo, „ non vero ſub conditione „ & ſic unum ab altero diſtinguit *Surd. dec. 156. num. 6. De Luc. de teſtam. diſc. 13. ſub n. 3.*

Verum dubia verba potius referenda ſunt ad modum, quam ad conditionem *Urceol. de tranſact. quæſt. 10. num. 39. Rot. poſt*

*eumd. deciſ.* 143. *num.* 1. & eſt notabile, quod ſi modus deficiat ut non poſſit adimpleri, legatum tamen, vel diſpoſitio non corruit; conditio vero ſi per caſum deficiat, facit corruere diſpoſitionem *Bich. deciſ.* 106. *num.* 6.

---

## DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

### *T I T. XV.*

Vulgaris ſubſtitutio in preſenti ſumitur pro ſubſtitutione hæredis, quæ ſic dicta fuit, eo quia ſubſtitutus non ſuccedat, niſi deficiente inſtituto; ſic definiri poteſt „ qua quis hæredem ſibi „ ſubſtituit in defectum primi non adeuntis, & communiter dividitur in directam, & obliquam, ſive fideicommiſſariam. Directa fit, verbis directis ver. gr. „ inſtituo Titium hæredem, qui ſi hæres non erit ſubſtituo Caium „ fideicommiſſaria, quæ fit verbis indirectis, ſeu obliquis „ ut inſtituo Titium hæredem, & eum „ rogo, quod reſtituat hæreditatem Caio „ ſubſtitutio directa communiter dividitur in vulgarem, pupillarem, exemplarem reciprocam, breviloquam, ſeu compendioſam, de quibus infra agemus.

Illud ſciendum, quod Teſtator facere poteſt plures gradus hæredum ver gr. Titius hæres eſto, etſi hæres non erit, Caius hæres eſto, & ſi Caius hæres non erit Seius hæres eſto, & ſic de ſingulis. Verum ad dignoſcendum quo gradu quiſpiam ſubſtitutus ſit non examinatur ordo, quo ſcriptus eſt, verum ſucceſſionis ſeries. Adiectio cohæredis non conſtituit alium gradum, ſed omnes cohæredes ſimul admittuntur.

Itemque ſubſtitutus ſubſtituto, cenſetur ſubſtitutus inſtituto, quare ſi Teſtator duos hæredes inſtituit Caium, & Titium, & Caio Titium ſubſtituerit, & Titio Sempronium, Caio, & Titio repudiantibus hæreditatem, Sempronius Titio ſubſtitutus iure ſubſtitutionis non ſolum Titii, ſed etiam Caii partem acquirit.

N O T Æ.

*Ad vulgarem ſubſtitutionem.*

Vulgaris ſubſtitutio ſic dicta, quia a quolibet de populo fieri poteſt, dummodo ſit idoneus ad teſtandum, eaque duplex eſt, expreſſa, & tacita.

Expreſſa, quæ fit verbis negativis, ver. gr. „ inſtituo hære- „ dem meum Caium, & ſi hæres non erit eidem Titium ſub- „ ſtituo „.

Tacita vulgaris ſubſtitutio dicitur in qua negatio non reſultat expreſſe, ſed tacite ſubauditur, & fit verbis adfirmativis, ex. gr. „ Titium, & Caium hæredes inſtituo, & eos invicem ſub- „ ſtituo „ quo caſu, ſi uterque vixerit, ambo hæredes ſunt, ſi vero unus nolit, vel non poſſit eſſe hæres, alter ſolus erit, & ſi ambo hæreditatem adierint, quilibet illam ad ſuos hæredes tranſmittit: natura enim ſubſtitutionis vulgaris eſt, ut ſemper adita hæreditate expiret.

Subſtitutio prædicta ſupradictis, ſeu ſequentibus verbis fit = Caium hæredem inſtituo, & ſi hæres non erit, vel ſi hæreditatem non adierit, vel ſi adire noluerit, vel ſi me vivo moriatur, vel ſi filius mihi non naſcatur, tunc ſubſtituo Sempronium = vel Sempronius hæres eſto.

---

*Qui ſint effectus huius ſubſtitutionis.*

QUamplures hic enumerantur effectus ſcilicet (1). Vulgaris in uno caſu expreſſo trahitur ad alium caſum non expreſſum, ut ſi dicatur = ſi hæres non erit = ſubintelligitur = ſi hæres eſſe non potuerit (2). Filius inſtitutus, cui Pater facit ſubſtitutionem vulgarem, de ſuo, & neceſſario hærede fit voluntarius hæres, & habet Ius abſtinendi ſi velit (3). Si hæres inſtitutus, hæres non erit, ſubſtitutus conſequitur ex ſubſtitutione tantum, quantum ex inſtitutione alias habuiſſet, quia ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio (4). Quod ad ſubſtitutum perveniunt tantum bona ipſius Teſtatoris, quæ ad Inſtitutum pervenire debuerant, non autem bona illius, cui eſt ſubſtitutus (5). Quod vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem ex. gr. inſtituo filium meum & ſi hæres non erit, ſubſtituo Titium = hæc continet tacitam pupillarem, id eſt, quamvis filius meus adeat hæreditatem, & ſic vulgaris ſubſtitutio expiret; attamen ſi in pupillari ætate deceſſerit ex præſumpta Teſtatoris mente, & vi pupillaris ſubſtitutionis non curatur an hæreditas fuerit adita, nec ne = Et quod contineat etiam exemplarem tradit (6).

Attamen obſervandum eſt quod caſus hic, quod vulgaris expreſſa contineat pupillarem tacitam non procedit 1. ſi Mater pupilli pater, vel avia ſint in medio, quia tunc præſumendum non eſt Teſtatorem extraneos propriæ poſteritati anteponere voluiſſe (7) 2. Si Teſtator taxaret tempus expreſſe, & uteretur verbo = dumtaxat = ex. gr. inſtituo filium meum pupillum,

 ſeu

ſeu impuberem, & in eo tantum caſu, quo hæres non erit, eidem ſubſtituo Titium (8) 3. Si inæqualibus perſonis facta ſit ſubſtitutio ver. gr. uni filio pupillo, & alteri non pupillo, quemadmodum enim tacita pupillaris non poteſt habere locum in maiori, ita nec in minori filio pupillo, & hoc ad vitandam inæqualitatem, *De Luc. de fideicomm. diſc. 79. n. 6.* = 4. Quemadmodum ſubſtitutus per vulgarem expreſſam ſuccedit Teſtatori, per tacitam vero pupillarem ſuccedit pupillo, ſi in pupillari ætate decedat 5. Expirat adita hæreditate per primum inſtitutum etiam ſi plures eſſent gradus ſubſtitutionis (9) 6. Subſtitutus vulgaris excluditur per hæredem hæredis mortui infra tempus deliberandi, quod tranſmittitur (10).

At ſi inſtituti fuerint plures hæredes partibus inæqualibus, & ipſi ſint invicem ſubſtituti abſque expreſſione partium, hoc caſu pars ſingulis data in inſtitutione cenſetur tacite repetita in ſubſtitutione (11).

Poſtremo notandum, quod ſubſtitutio directa fieri tantum poteſt in Teſtamento, non autem in Codicillis, ubi ſit adiecta univerſæ hæreditati, ſecus in re particulari (12).

Obliqua vero, vel fideicommiſſaria poteſt fieri etiam in Codicillis; & ſi directa ſcienter facta fuerit in Codicillis obliquatur, & ſubſtinetur ſaltem in vim fideicommiſſi (13).

Obliqua ſubſtitutio dicitur ſimplex, & indirecta, qua hæres rogatur, aut iubetur hæreditatem reſtituere.

Licet enim proprie exprimatur verbis indirectis, & potius præcativis, quam imperativis, tamen hoc non ſemper ſervatur, & ſubſtantiale diſcrimen inter directam, & obliquam eſt, quod illa locum habeat tantum ſi inſtitutus non ſit hæres, altera autem locum non habet niſi hæres acceptaverit hæreditatem.

Ob *Theoricam Cumani in Leg. cum ita §. in Fideicommiſſo ff. de legat.* 2. ſubſtitutio facta hæredi nomine collectivo ex. gr. Deſcendentium agnatorum, familiæ &c. intelligitur per ſimplicem vulgarem, id eſt, quod expirare debeat in primo, aut primis abſque ulteriori progreſſu, præſertim ſi additæ non ſint dictiones *de gradu in gradum, ſemper &c.*

Subſtitutio vulgaris anomala illa dicitur, qua eſtincto gradu ſuperiori ſubingreditur illi inferior gradus proximior, igitur ſi Teſtator dixerit = Titius hæres eſto, eumque rogo, ut „ poſt mortem reſtituat Sempronio hæreditatem, rogo autem „ Sempronium, ut poſt mortem Caio reſtituat; tunc ſi contin„ gerit, quod Sempronius moriatur, prius quam Titius, illi hæ„ reditatem reſtituerit, Caius in locum ſempronii ſubingreditur;

„ ac

„ ac proinde Titius remanet gravatus ad reſtituendam Caio hæ„ reditatem „

Prædicta ſubſtitutio originem habuit a Theorica Bartoli poſtea declarata ab Angelo in *Leg quandiu ff. de acquir. poſſeſſ.*

(1) *Leg. Titius, & Seius ff. de hæredib. inſtit.* (2) *Leg. quandiu ff. de acquir vel amitt. hæredit.* (3) *Papienſ. libello ex ſubſtit. Gloſſ.* 2. *num.* 16. (4) *Oinot. in* §. 1. *inſtit. h. t. num.* 11. (5) *Oinot. loc. cit.* (6) *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 41. *per tot.* (7) *Papienſ. loc. cit. Gloſſ. pupillariter num.* 21. *cum addit Affiict. dec.* 38. *De Luc. de fideicomm. diſc.* 126. *n.* 4. (8) *Gratian. diſcept. for.* 979. *n* 16. *e* 30. (9) *Leg. poſt aditam Cod. de impub. & aliis ſubſtitut. Oinot. loc. cit. num.* 11. (10) *Papienſ. loc. cit. Gloſſ.* 2. *num.* 5. *Rot. par.* 13. *rec. dec.* 527. *num.* 21. (11) *Leg. plures ff. de vulgari, & pupill. & aliis ſubſtitut. Oinot. inſtit. h. tit.* (12) *De Luc. de fideic. in ſumm.* (13) §. *penult. inſtit. tit. de Codicill. Oinot. in* §. 1. *inſtit. tit. de vulg. ſubſtit.*

## DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE

## *T I T. XVI.*

SUbſtitutio pupillaris ſic appellatur, quia fit pupillis, & eſt cum Pater condendo Teſtamentum inſtituit hæredes filios ſuos impuberes in poteſtate conſtitutos, eo caſu, quo effecti ſui Iuris impuberes deceſſerint: In favorem liberorum impuberum introducta fuit, ut & ipſi hæredem teſtamentarium habeant, quem cœteroquin non haberent, cum impuberes teſtari non poſſint, quibus etiam regulariter a Patre poteſt ſubſtitui, ut ſupra dictum fuit.

Facta ſubſtitutione pupillari, ſubſtitutus pupillo admittitur ad hæreditatem non ſolum ſi filius deceſſerit in ætate pupillari, ſed etiam ſi hæres non erit; Pupillaris enim ſubſtitutio continet in ſe etiam tacitam vulgarem, huiuſmodi tamen ſubſtitutio pupillaris eo ipſo quod, filius pubes factus eſt expirat. Qua ratione ad ſimilitudinem pupillaris, quæ fit a parentibus tam ex linea maſculina, quam fœminina, & eſt cum iſti liberis ſuis etiam puberibus, mentecaptis hæredibus inſtitutis ſubſtituunt certas perſonas in caſu quo hæredes illi non ſint, vel in furore deceſſerint.

Dixi certas perſonas, quia in hac ſubſtitutione prius ſubſtituen-

tuendi ſunt mentecapto eiuſdem liberi, quibus non exiſtentibus fratres, vel ſorores; deficientibus vero iis, liberum eſt quoſcumque ſubſtituere, & iſta quaſi pupillaris ſtatim expirat, ac inſtitutus a furore liberatur.

Duplex Teſtamentum dicitur in quo facta fuit pupillaris ſubſtitutio, vel certe unum duas continens hæreditates, ſcilicet paternam, quæ defertur filio, & filii quæ defertur ſubſtituto, in caſu quo filius deceſſerit in ætate pupillari.

Verum non ſolum hæredibus inſtitutis, ſed etiam exhæredatis a Patre poteſt ſubſtitui, atque etiam poſthumis, dummodo ſi vivo Teſtatore nati, fuiſſent in eius poteſtatem recaſuri.

Acceſſorium debet ſemper principale præcedere adeoque Pater filio pupillariter ſubſtituens debet ſibi prius hæredem inſtituere, & mox filio ſubſtituere, huiuſmodi etiam ſubſtitutio habet rationem acceſſorii ad Teſtamentum paternum, unde eo corruente, & ipſa corruit.

Habens plures filios impuberes, ſingulis pupillariter poteſt ſubſtituere, ſi neminem velit decedere inteſtatum, ſi uni tantum ſubſtituat, hic ſolus decedet teſtatus, cæteri vero inteſtati, unde infertur, quod ſi poſtremo morituro ſubſtituerit, voluiſſe inter fratres conſervari Ius legitimarum hæreditatum *Leg.* 75. *ff. h. t.*

Filio impuberi pupillariter ſubſtituitur, vel exprimendo nomen ſubſtituti, vel nomine non expreſſo. Subſtituitur generaliter, veluti = Inſtituo filium meum Caium, & Sempronium „ hæredes, & ſi filius meus impubes deceſſerit, ei hæres ſit „ quicumque mihi hæres erit „ & tunc illi ſolum cenſentur ſubſtituti, qui hæredes ſcripti ſint a Teſtatore, excluſis eorum hæredum dominis, & parentibus, qui a Teſtatore non ſunt vocati, quemadmodum excluduntur & ipſi ſcripti hæredes ſi forte hæreditatem repudiaverint.

Subſtitutio pupillaris in maſculis expirat completo anno decimoquarto, in fœminis duodecimo; poſt pubertatem nemo poteſt ſubſtituere, ſed ſi velit obligare ſuos hæredes extraneos, ut totum, vel partem hæreditatis reſtituant, poteſt ſubſtituere per fideicommiſſum, de quo inferius dicemus.

NOTÆ.

Pupillaris ſubſtitutio plerumque ſic exprimi ſolet = inſtituo hæredem Caium filium meum, & ſi hæres non erit, vel in ætate pupillari deceſſerit eidem ſubſtituo Sempronium.

Differt a vulgari, quia illa ſtatim expirat adita hæreditate =

Iſta

Digitized by Google

Iſta autem non extinguitur etiamſi pupillus adeat, & poſtea intra pupillarem ætatem moriatur; etenim in ea iſti duo caſus comprehenſi intelliguntur; ſi hæres non erit, & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit = At ſi filius hæres non eſſet, ut in priori caſu, ſubſtitutus diceretur hæres patris, ſi autem filius hæres eſſet, ut in ſecundo caſu, & ante pubertatem decederet, ſubſtitutus diceretur hæres filii.

Pater poteſt hanc ſubſtitutionem intra arctius tempus coercere dicendo = filium meum inſtituo, & ſi intra octavum, vel nonum annum deceſſerit ſubſtituo Caium (1).

Etiam ut obſervatum fuit, quod ſubſtitutio hæc eſt expreſſa, & tacita = Expreſſa, quæ verbis expreſſis fit, tacita, quæ continetur in ſubſtitutione vulgari.

Ad hoc, ut ſubſiſtat ſubſtitutio hæc, plura requiruntur, nempe = quod ſubſtitutus ſit de numero liberorum, & intelligendum eſt non ſolum de legitimis, & naturalibus ſimul, ſed etiam de naturalibus legitimatis, de adoptivis, & adrogatis; & non ſolum de liberis primi gradus, ut ſunt filii, ſed etiam de nepotibus, & aliis deſcendentibus, quia ſub nomine liberorum, veniunt nepotes, & pronepotes, immo de poſthumis dummodo futuri ſint in poteſtate Teſtatoris, quare banniti capitales, hæretici, & ſimiles, qui non habent Patriam Poteſtatem non poſſunt pupillariter ſubſtituere (2) adeoque Mater, neque avus maternus poſſunt ſubſtituere pupillariter (3) quamvis ipſis conceſſa ſit vulgaris, & fideicommiſſaria.

Doctores tamen cauthelam tradunt matri habenti filium pupillum, cui decedenti in ætate pupillari non vult, quod ſuccedant in bonis maternis extranei, ſeu alii vocati a Patre per ſubſtitutionem pupillarem in eius Teſtamento, quod Mater ſubſtituat filio hæredi inſtituto, verbis obliquis videlicet = Quandocumque filius meus deceſſerit hæreditatem reſtituat Caio = Quod tamen in Ætruria locum habere non poſſet, niſi ageretur de nobilibus perſonis, ut patet ex jam notatis. Poterit etiam alia cauthela adhiberi, ſcilicet quod filius a matre hæres inſtituatur cum ad pubertatem pervenerit, & alius poſtea ſubſtituatur, ſi pupillus hæres non erit, & ita ſubſtitutus filio in ætate pupillari decedente hæreditatem habebit = Et hæc cauthela poterit adhiberi a Patre, quando velit filio emancipato ſubſtituere; demum poterit mater licentiam a Principe ſubſtituendi pupillariter obtinere.

Requiritur, ut Teſtatoris morte cui ſubſtituitur efficiatur ſui Iuris, & non ſit in poteſtatem alterius recaſurus quod non exierit

rit poteſtatem Patris de tempore mortis eiuſdem; quod Pater ſibi faciat Teſtamentum, ante quam pupillariter ſubſtituat; quod Pupillus, cui fit ſubſtitutio, vel inſtituatur, vel exhæredetur, alias Teſtamentum eſſet nullum; & quod ex Teſtamento Patris hæreditas adeatur, quia Patris hæreditate repudiata, ſubſtitutus pupillo tantum ſuccedere poteſt.

Ultra iam recenſitis plures huius ſubſtitutionis enumerantur effectus 1. Quod per iſtam ſubſtitutionem, ſubſtitutus ſuccedit pupillo in omnibus bonis ipſi quomodocumque acquiſitis etiam aliunde, quam a Patre. (4) 2. Quod Teſtamentum Patris, pupillareſque Tabulæ id eſt ſubſtitutio, idem ſunt, & unum Teſtamentum 3. Quod annullato Teſtamento paterno, quoad Inſtitutionem cauſa exhæredationis, ſeu præteritionis, nihilominus ſubſtitutio manet firma: Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit Matrem a ſucceſſione Pupilli (5) etiam quoad Legitimam, quamvis Extraneus ſit Subſtitutus, quod tamen non habet locum, ſi Mater gravi paupertate urgeatur, quia tunc Subſtitutus cogi poteſt ad alimenta eidem ſubminiſtranda (6) Ex tacita tamen pupillari Mater non excluditur, nec Avia, nec Pater exceptis aliquibus caſibus, nempe quando Teſtator aliquid Matri reliquit, (7) & eo contentam eſſe iuſſit: quando aliquid annuum reliquiſſet Matri donec vidua &c. ſi ipſa Mater indigna videretur ex. gr. Adultera, quando præſumptio contraria ſumi poſſet favore cognationis, ad rem vidend. (8) quibus ſecluſis caſibus Pupillaris tacita non excludit Matrem a Legitima (9).

(1) *Menoch. libr. 4. præſumpt.* 47. *Maſcard. de probat vol.* 3. *concl.* 1347. (2) *De Luc. de fideic. diſc.* 103. *n.* 38. (3) *Gratian. diſcept. for. cap.* 585. *num.* 17. *Paſchal. de patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 38. (4) *Pract. Papienſ. in libell. ex ſubſtit. Gloſſ. pupillariter num.* 16. *De Luc. de fideicomm. diſc* 79. *num.* 4 *&* 5. „ *& omnes aſcendentes per lineam maternam* (5) *Magon. dec. Florent.* 144. *num.* 21. *Marta de ſucceſſ legal. par.* 4 *qu.* 32. *n.* 3. *per tot. Oinot. inſtit. tit* 16. *de pupillari ſubſtit. num.* 16. (6) *Covarruv. in cap. cum eſſes de teſtam. num* 11. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 38. *num.* 32. (7) *Rot. dec.* 373. *num.* 9. *par.* 2. (8) *Gloſſ. in Leg. precibus Cod de impub. & aliis &c. ubi Angel. Caſtr. Iaſon. num.* 8. *& in Leg.* 2. *n.* 62. *Maſcard. de probat. concl.* 1071. *num.* 6. *Gomez. var. libr.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. *Anton Faber. in ſextum Codicis tit* 8. *deſinit.* 4. *num.* 4. *e* 9. (9) *Bartol. in Leg.* 2. *num.* 32. *ubi Alexander. num.* 26. *Mantic. de coniect. libr* 5. *tit.* 14. *num.* 16. *Merlin. de legit. libr.* 3. *cap.* 14. *num.* 12. *Faber. in ſextum Codicis tit.* 8. *deſinit.* 1. *e* 2. *contra Fulgoſ. Salicet. Covarruv. & Vaſquez.*

NO-

## NOTÆ.

### *Ad ſubſtitutionem exemplarem.*

Exemplaris ſubſtitutio concipi ſolet his verbis = Inſtituo Sem-
„ pronium filium meum hæredem, & ſi in furore deceſſerit
„ eidem ſubſtituo Caium „ & ideo mentio furoris ſine mentio-
ne mortis nec efficit ſubſtitutionem exemplarem (1), nec ſuffi-
cit ad eius eſſentiam aliquem eſſe craſſæ tantum rationis, vulgo
ſimplicem, aut levem (2).

Subſtitutio hæc non requirit Patriam Poteſtatem, & ideo fie-
ri poteſt ab aſcendentibus utriuſque ſexus, id eſt a Matre, vel
utroque Avo, ac utraque Avia, aliiſque aſcendentibus in qui-
bus erga eum, cui fit ſubſtitutio urgeat obligatio, ſeu neceſſi-
tas Legitimæ de Iure naturæ debitæ (3) dummodo ſi de Matre
agatur, ea vilis, & ſordida non ſit, & non tranſierit ad ſecun-
das nuptias (4). A Patre tamen binubo fieri poteſt filiis legitimis,
& naturalibus, legitimis tantum, & nepotibus, quamvis emanci-
patis, excluſis ſemper ſpuriis, & illegitimis, & hoc intelligen-
dum eſt de Patre, quia Mater etiam filiis ſpuriis poteſt ſubſti-
tuere (5); Puberibus, ac impuberibus, furioſis, mentecaptis, ſur-
dis, & mutis, prodigiſque, quibus bona interdicta ſint, dum
non ſint recaſuri in alterius poteſtate, & in furore deceſſerint.
Poſtremo neceſſe eſt, quod ſubſtituens ſibi faciat Teſtamen-
tum (6).

In Pupillari quilibet extraneus ſubſtitui poteſt, in exempla-
ri vero non niſi proximior (7), & primo filii, deinde fratres,
vel ſorores poſteaque quem aſcendentes voluerint.

Pupillaris expirat completa pubertate, exemplaris reſtitutæ
mentis tempore.

Notandum, quod ſi Pater, & Mater Teſtamentum fece-
rint, & ambo exemplariter ſubſtituerint, Teſtamentum Patris va-
lebit in bonis paternis, & Matris in maternis.

Huiuſmodi ſubſtitutio expreſſa continet tacitam vulgarem,
ex. gr. „ Inſtituo Caium filium meum, & ſi in furore deceſſe-
„ rit ſubſtituo Titium „ ſi Caius decedat in furore, & non
ſit hæres Patris quæ eſt tacita vulgaris, nihilominus Titius ſub-
ſtitutus bona capiet (8), & excludit Matrem a ſucceſſione fi-
lii (9).

Ceſſat hæc ſubſtitutio, ſi illi cui ſubſtituerit filii naſcantur.
Si concurrat pupillaris, cum exemplari, exemplaris ceſſat, quia
ordinarium extraordinario præfertur.

Quæ omnia locum ſibi vindicant eo tantum caſu quo ſuperius enumerati, ante morbum, ſeu furorem Teſtamentum non condiderint, nam ſi condiderint, illud firmum manet. Si filius mentecaptus ſanitatem mentis recuperet, & ſubinde rurſus illam amittat vivente Patre, ſubſtitutio illi a Patre facta vim ſuam retinet. Si dementes ſint plures ſufficit, quod uni fiat ſubſtitutio.

(1) *Rot. Rom. dec.* 190. *num.* 7. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.* (2) *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 185. *num.* 14. *Rot. dict. dec. num.* 11. (3) *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 197. *num.* 1. (4) *Fuſar. dict. qu. num* 12. (5) *Fuſar. qu.* 18. *n.* 3. (6) *Papienſ. in libell. in quo agitur ex ſubſtit. Gloſſ. exemplariter per tot. Geriſpin. conſ.* 22. *num.* 19. *Rota dec.* 190. *num.* 5. *par.* 19. *rec.* (7) *Leg. umanitatis Cod. de impub. & aliis ſubſtitut. Fuſar. de ſubſtit. qu.* 189. *num.* 2. (8) *Mantic. de coniect. libr.* 5. *tit.* 3. *num.* 8. (9) *Menoch. de præſumpt.* 46. *per tot. Pract. Papienſ. loc. cit.*

---

### *De ſubſtitutione reciproca, ſeu breviloqua.*

QUamvis ratione materiæ ſubſtitutiones iſtæ proprie, diſtinctæ ſpecies ab aliis tribus præcedentibus non ſint, cum eas in ſe contineant, ſed potius adiectio quædam, ideoque ad clariorem rei intelligentiam, quamplura trademus, modum inducendi reciprocam reſpicentia.

Breviloqua, ſeu reciproca ſubſtitutio dicitur illa, in qua plures perſonæ una verborum ſtructura inſtituuntur, & poſtea invicem ſubſtituuntur „ ver. gr. inſtituo Caium, & Titium „ filios meos hæredes, eoſque invicem ſubſtituo „ & poteſt etiam brevioribus verbis exprimi reciprocis „ Inſtituo Caium, & Titium, & cum uter ex eis ſupervivat, eum alteri ſubſtituo, vel „ Caius, & Titius hæredes ſuncto, eoſque invicem ſubſtituo „ poteſt etiam dici „ Iulium, Caium, & Cæſarem hæredes inſtituo, & ſi quis illorum deceſſerit bona mea perveniant ad reliquos ſuperſtites, vel alter alteri ſuccedat.

Dicitur autem reciproca, eo quia de uno ad alium reciproce verificari poteſt, dicitur breviloqua, quia verbis brevibus fit.

Varii huius ſubſtitutionis effectus ſunt ſecundum diverſitatem perſonarum ſubſtitutarum.

Si æquales perſonæ inſtitutæ, & ſubſtitutæ æquales ſint, pro ut variant verba reciproca, ita quoque varias complectitur ſubſtitu-

ſtitutiones, etenim quandoque duas pupillares, aliquando duas vulgares, aliquando duas fidecommiſſarias, quæ ſecundum numerum perſonarum augeri poſſunt (1).

Si inſtitutæ, & ſubſtitutæ perſonæ ſint inequales, non niſi æqualis ſubſtitutio includitur, id eſt quæ in omnibus ſubſtitutis verificari poteſt, & ambo reciproce gaudere poſſunt, veluti quando inſtituuntur duo filii, unus pubes, & alter impubes, non poteſt venire niſi illa ſubſtitutio, quæ in utroque locum habere poteſt, nempe vulgaris, quia inæqualitas exoſa eſt Iure Civili, & ſic pupillaris non habet locum, quia filius impubes, alteri puberi decedenti non poteſt ſuccedere in pupillari ætate, quam iam complevit prout poteſt impubes ſuccedere, ſi impubes decedat in pubertate, & inæqualitas inter eos daretur *Leg. Iam hoc Iure ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione*, ubi ait „ Incongruum enim videbatur, ut in altero duplex eſſet ſubſtitutio, in altero ſola vulgaris „ hoc itaque caſu ſingulis ſeparatim ſubſtituere Pater debebit.

Quando autem perſonæ inſtitutæ, & ſubſtitutæ ſunt coniunctæ, aut diſiunctæ ſimul: Regula eſt, quod reciproca ſubſtitutio coniunctos tantum reſpicit, ſi in eodem Teſtamento coniuncti ſunt, quare ſi fiat reciproca ſic „ Inſtituo Caium, & Sempronium in duobus partibus, Brutum, & Cæſarem in aliis duabus „ partibus, & Tullium, & Titium in reliquis bonis, & vos „ omnes invicem ſubſtituo, iſtæ ſunt coniunctiones, & ideo „ ſi unus ex præmiſſis coniunctis nempe Caius decedat, non „ omnes certe ſuccedunt, ſed tantum ſempronius cum illo „ coniunctus.

Animadvertendum tamen eſt, quod hic loquimur de coniunctis facto hominis, non Legis Miniſterio, namque hoc loco intelliguntur coniuncti, qui a Teſtatore in aliqua parte bonorum coniuncti ſunt, quo circa, ſi habeam duos filios ex prima uxore, & alios duos ex altera, & eos hæredes inſtituam, invicemque ſubſtituam, ſi primus moriatur illius frater non habetur pro coniuncto, nec ſolus ſuccederet in eius portione, ſed reliqui omnes licet ratione ſanguinis, & naturæ ſint coniuncti, & tamen facto hominis ſunt coniuncti.

In hac ſubſtitutione regula quoque eſt, quod comprehendit hæredes univerſales tantum, non autem ſingulares, nec eos quibus ſpecialiter eſt proviſum „ veluti inſtituo hæredem Fla„ minium, & Cæſarem patrem, & filium, eoſque invicem ſub„ ſtituo „ en ſpecialis ſubſtitutio „ deinde inſtituo Caium, Ti„ tium, & Sempronium, omneſque invicem ſubſtituo, ſi dece-

 „ dit

„ dit Caius, equidem non admittitur Flaminius, & Cæſar, cum „ illis ſpecialiter ſit proviſum,

Effectus ulterius eius ſubſtitutionis eſt, quod in ea ſubſtitutiones ſunt expreſſæ, & ideo Mater excluditur ad mater. vid. (2).

Deducitur reciproca tacita, ex *Textu in Leg. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat.* 3. quando ex. gr. „ inſtituo Seio, ſuiſ„ que deſcendentibus in tota hæreditate ſubſtitutis, Titius ſub„ ſtitutus ſit per fideicommiſſum, in defectum ultimi ex illis de „ qua (3).

Reciproca locum habere videtur etiam in contractibus, præſertim ſi ab initio unus tantum ſit ſtipulans, & acquirens.

Si plures ſimpliciter pluribus ſubſtituti ſint, quiſque hæres erit æquis partibus licet inſtitutis inæquales ſint aſſignatæ, cum dignoſci nequeat, cuinam ex illis alter eorum ſit ſubſtitutus. Verum ſi quiſque inſtitutus ſit, cuique ſeparatim omnibus eadem pars dabitur, quæ aſſignata fuit perſonæ, cui quiſque fuit ſubſtitutus.

Si plures inſtituti ſint partibus inæqualibus, ac mutuo ſubſtituti abſque partium adſignatione, tunc uno deficiente admittuntur alii ad partem illi reſpondentem, quæ cuilibet in inſtitutione adſignata fuit.

(1) *Oinot. in §. qua ratione & §. ſi plures inſtit. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. Mantic. de coniect. ult. vol. libr* 5. *tit.* 8. *& lib.* 7. *tit* 4. *&* 5. *Peregr. de fideic. art.* 13. (2) *Mantic. de coniectur. ultim. volunt. præcipue lib.* 7. *tit.* 5. *Menoch. de præſumpt.* 45. *per tot. Urceol. conſ for. cap.* 58. *Pract. Papienſ. in libel. ex ſubſtit. Gloſſ breviloqua* (3) *Peregr. de fideicomm. art.* 13. *aliique relati a Rota noſtr. in Florent. prætenſi Fideicomm. diei* 6. *Aprilis* 1773. *cor. DD. Audit. Bernardino Buratti. Petro Brogiani, & Philippo de Morellis.*

---

*De compendioſa ſubſtitutione.*

AD verborum compendio, ſeu a brevitate, compendioſa dicitur, neque a primis tribus diſtincta eſt, prout de breviloqua dictum fuit.

A breviloqua, ſeu reciproca differt quia illa multas compræhendit perſonas, quæ invicem ſubſtituuntur; hæc autem non ſolum multas perſonas, ſed etiam multa tempora ſub compendio unius verbi complectitur, ſicque concipi ſolet „ Inſtituo

„ Fla-

„ Flavium filium meum hæredem, & quandocumque deceſſerit ſub-„ ſtituo Mevium „ Etenim per verbum quandocumque; continet in ſe pupillarem ſubſtitutionem, ſi in pubertate deceſſerit (1) vulgarem (2) ſi poſt expletam pubertatem, exemplarem ſi in furore (3) itemque fideicommiſſariam, ſeu indirectam (4).

Varii ſunt huius ſubſtitutionis effectus, prout varia ſunt verba, quibus concipitur; continetur etiam ſub verbis „ E man-„ cando „ deficientibus „ non extantibus (5).

Verbis directis, & obliquis fieri poteſt, ſeu communibus de quibus ſupra actum fuit.

Si fit verbis directis pupillo intra pupillarem ætatem valebit (6). Iure directo; poſt pupillarem ætatem Iure fideicommiſſi, & obliquabitur (7). Verum ſi ſit emancipato, aut puberi directis verbis, quia a Pagano fieri poteſt, ab initio dicta verba obliquantur, & valent Iure fideicommiſſi (8).

At ſi iſta compendioſa fiat verbis communibus (quæ tam directe, quam oblique intelligi poſſunt) res erit decidenda prout diximus de verbis communibus.

Verum ſi ſubſtitutio fiat obliquis verbis perſonæ extraneæ, & puberi, tunc quia huiuſmodi ſubſtitutio non valet directe, ſtatim obliquatur, & ſic compendioſa erit, quaſi fideicommiſſaria.

Animadvertendum inſuper eſt quod ſubſtitutus ex pupillari ſuccedens accipit bona patris, & filii etiam aliunde quæſita, excluſis venientibus ab inteſtato, & Matre etiam a legitima (9).

Quod ſi ſubſtitutio compendioſa fiat verbis obliquis „ quandocumque filius meus deceſſerit „ volo, rogo, mando, quod bona „ mea Titio dentur, vel ad Titium perveniant „ iſta ſubſtitutio ſemper erit obliqua, & fideicommiſſaria, quia ſive in ætate pupillari, ſive extra moriatur, accipit ſubſtitutus hæreditatem ex eorum manibus (10).

Subſtitutio compendioſa poteſt ordinari etiam in Legatis, & in Fideicommiſſis particularibus, & in quavis re particulari (11).

Ad Theoricam *Bartoli in Leg. Centurio a num. 9. ff. de vulgari &c.* ſcilicet num ſubſtitutio compendioſa facta per unicum verbum directum, vel obliquum reſpective contineat omni tempore unicam ſubſtitutionem vel directam, vel obliquam iuxta naturam verbi appoſiti; & quod Teſtator ſubſtituerit unam perſonam per duplex verbum alterum directum, alterum commune, vel obliquum, ſubſtitutus habeat facultatem eligendi ex qua ſubſtitutione velit ſuccedere (12).

(1) *Gratian. diſcept. for. cap.* 528. *num.* 13. *Rot. par.* 2. *diverſor. dec.* 181. *num.* 9. *Rot: par.* 11. *rec. dec.* 269. *num.* 21. *& ſeqq.*

*ſeqq.* ubi quod non comprehendit pupillarem, quando Teſtator ſe reſtrinxit ad vulgarem. (2) *Magon. deciſ. Florent.* 4. *num.* 8. *Rot. dec.* 269. *num.* 23. *& ſeqq. dict. par.* 11. (3) *Menoch. lib* 4. *præſumpt* 45. *per tot. Geriſpin. conſ.* 22. *num.* 14. (4) *Caball conſ. deciſ.* 85. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. for. cap.* 528. *num.* 30. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 53. 54. *e* 55 (5) *Fuſar. conſ* 25. *num.* 13. *Rot. par.* 8. *rec. dec.* 201. *num.* 7. *Rot. Noſtr. in Florent. Succeſſ.* 1739 *cor. Maſſin* (6) *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 528. *num.* 19 *Caball. conſ. deciſ* 90. *lib.* 2. (7) *Pract. Papienſ. in libello ex ſubjtit. gloſſ. compendioſa num.* 8. *&c. Geriſpin. conſ* 84 (8). *Papien. ubi ſupra.* (9) *Papienſ. ubi ſupra num.* 14. *Gratian. diſcept for. cap* 528. *n.* 19. *Caball. conſ deciſ.* 90. *per tot.* (10) *Leg. cohæredi eum plie ff. de vulg. &c. Papienſ. loc. cit. Marzimed. examinat.* 43. *& dec* 69 *e* 70. *cum. addit.* (11) *Peregrin. de fideicomm. art.* 15 *num.* 2. *& artic.* 34. *num.* 7. *Senen. hæreditat.* 21 *Aprilis* 1775. *cor. Taddei ſect.* 2. §. 108 (12) *Peregrin. conſ.* 46. *lib.* 1 *Pariſio conſ.* 36. *lib.* 2. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt* 30. *art.* 6. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 249 *num* 2. *Simon de Prætis de interpr. ult. volunt. lib.* 3. *fol. mihi* 235. *Barry. de ſucceſſ. lib.* 8. *tit* 4. *Menoch. præſumpt.* 73. *lib.* 4 *Oddo de compendioſa par.* 5. *adiect. art.* 4. *num.* 7. *Gomez. variar. tom.* 1. *cap.* 3.

---

## *De fideicommiſſaria Subſtitutione.*

NON dicitur proprie Subſtitutio huiuſmodi fideicommiſſaria, ſed Fideicommiſſum, & ideo recte a ſubſtitutionibus ſeparari poteſt, etenim Subſtituti directe ex ſubſtitutione hæreditatem capiunt, Fideicommiſſarii indirecte, & de manu hæredis, itemque hæreditas ſubſtituto nonniſi ex eventu debetur, atque hæres ultro ſibi acquirit, & adit hæreditatem: Fideicommiſſario autem debetur hæreditas ex voluntate Teſtatoris, hæredemque ad eam adeundam cogere poteſt, ut ſibi poſtmodum reſtituatur.

At cum Subſtitutionibus quodammodo connecti videatur, aliquid de Fideicommiſſis oportune dicendum putavimus.

Fideicommiſſaria igitur eſt, quæ verbis mere obliquis fit, quibus Teſtator hæredem inſtitutum rogat, ut aditam hæreditatem alteri reſtituat ex. gr. ſi dicat ( rogo, iubeo, mando, gravo, quod hæreditatem Mævio reſtituat ) & poteſt hæres gravari, aut rogari ad reſtitutionem vel pure, vel ſub conditione, vel poſt mortem ſuam, vel ad certam diem. Huius fideicommiſſariæ ſubſtitutionis plures ſpecies enumerantur, ut infra. In

In fideicommiſſaria Subſtitutione vulgarem numquam contineri certum eſt, niſi expreſſa ſit, fruſtra enim proviſum eſſet Subſtituto per id quod inſtitutum ad aditionem cogere non poteſt, ſi ex vulgari ſuccedere poſſet.

Alter effectus eſt, quod in hac fideicommiſſaria Subſtitutione hæres de reſtitutione gravatus detrahit quartam Trebellianicam de qua agemus, cum de fideicommiſſariis hæreditatibus erit diſſerendum.

Hæc Subſtitutio fieri poteſt etiam in Contractibus, & Donationibus inter vivos, vel cauſa mortis, *ad mater. vidend. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 247. per tot. & cap. 332. cap. 381. Magon. deciſ. Flor. 71. n. 6. plene Caball. conſ. deciſ. 142. n. 74. & ſeq.*

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus.*

STudeant Notarii optime intelligere quæ ſint verba directa, quæ vero obliqua, adeoque ad explicationem huiuſmodi verborum dicimus.

Quod verba directa ſunt, quæ ita directe referuntur ad perſonam Subſtituti, ut in acquiſitione hæreditatis ipſius tantum factum, & miniſterium, & non alterius perſonæ requiratur, ver. gr. quando Teſtator dicit ( Titius meus hæres eſto, & ſi hæres non erit Caius hæres eſto ) vel ſimiliter, nam generaliter omnia verba, quæ non requirunt alterius miniſterium cenſentur directa, *Rot. dec. 164. num. 3. par. 4. tom. 1. recent.*

Obliqua Subſtitutio, ſeu indirecta illa eſt, quæ alterius eget opera, ſeu interpoſita perſona, quia per eam Subſtitutus capit hæreditatem ex manu alterius, & ſic via obliqua, & per interpoſitam perſonam hæreditas defuncti ad aliquem tranſit, & iſta appellatur hæreditas precaria, ſeu fideicommiſſaria, & proprie Subſtitutio non videtur ex. gr. ( Titius hæres meus eſto, & rogo, ac fidei ſuæ committo, ut hæreditatem reſtituat Paulo ) & licet Paulus per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus Titio, attamen Titius prius hæreditatem adire debet, & aditam reſtituere, vel quando Teſtator dicit ( Titium filium meum hæredem inſtituo, & quandocumque deceſſerit reſtituat hæreditatem Sempronio ) Pariterque ſi dixerit = rogo, ut reſtituat = iubeo = committo = = mando =.

Quædam alia ſunt verba communia, quæ poſſunt ſe habere ad utramque ſignificationem = ſcilicet quod hæres a ſe ipſo capiat,

Digitized by Google

piat, vel ab alio, & ſic poſſunt eſſe obliqua, vel directa = ex. gr. quandocumque Titius hæres deceſſerit, Caium ſubſtituo, & ut = remaneat, ſuccedat, revertatur, devolvatur = Alia etiam verba dicuntur communia ex gr. ſubſtituere = capere = pervenire = pertinere = deferri = habere = conſequi = relinquo = deputo = volo = & ſimilia.

Verum pro regula ſtatuendum eſt, quod verba communia adiecta univerſitati bonorum directa ſunt, veluti = Titius hæreditatem meam accipiat, vel hæreditas mea ad Titium perveniat.

Si autem verba adiecta ſint rei certæ, ſunt obliqua = ſcilicet Caius fundum capiat = ad Caium domus perveniat = & ratio eſt, quia dato, quod Titius ſit hæres in re univerſali Caius non poteſt capere rem particularem, niſi miniſterio hæredis, ſeu per interpoſitam perſonam.

Animadvertant ulterius, quod ſubſtitutio collata in libera alterius voluntate non ſubsiſtit, *Pariſ. conſ.* 38. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 33. *num* 52. *Rot. par.* 6. *recent. deciſ.* 350. *num.* 4. *& par.* 14. *deciſ.* 240. *num.* 13.

Cavendum inſuper eſt iuxta ea, quæ iterum, atque iterum dicta ſunt in hac materia, quod ex Lege in Etruria vigente, Fideicommiſſa nonniſi a Magnatibus conſtitui poſſunt, ac propterea cum de Teſtamentis aliorum de Populo agatur, recte perpendendum eſt, an ſubſtitutiones iſtæ continere poſſint vinculum Fideicommiſſi, & hoc caſu ab illis abſtinendum eſt, quia ſi fideicommiſſariam diſpoſitionem producerent, nullum ipſo iure eſſet Teſtamentum; at ſi contigerit illas eſſe adhibendas, facile erit explicare caſus illos, in quibus Fideicommiſſum minime induci poſſit, quod quidem percipi poterit, ſi recte animadvertatur, quæ ſint formulæ, & quæ ſint verba Fideicommiſſum inducentia, hiſque recte præcognitis poterit quiſque in caſus contingentia legitime actus explere.

Sed ut res clarius pateat exemplum tradimus = certum eſt quod ex traditis per Formularium clauſulæ ſupradictæ ſic explicari ſolent ver. gr. = Inſtituo Caium, & Titium hæredes meos, quibus decedentibus ſine liberis inſtituo, atque ſubſtituo Sempronium vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = Ponamus ergo, quod hæc clauſula adhibeatur in Teſtamento Nobilis Perſonæ, res plana erit, & abſque difficultate. Verum ſi de Populari agendum ſit verbum = & per fideicommiſſum = omnino eſt prætereundum, alias Teſtamentum infirmaretur, & hæc dicta ſint ſatis.

## QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMENTUR.

### *TIT. XVII.*

QUoniam ſæpe contingit Teſtamenta rite facta, aut rumpi, aut irrita fieri, ideo de modis quibus id accidat agitur hic.

Rumpitur Teſtamentum ſi Teſtatore manente in ſuo ſtatu, aliud condidit, vel agnatione ſui hæredis; & quidem poſteriore Teſtamento rumpitur prius etiam ſi hæres ſcriptus in poſteriori inſtitutus ſit ex re certa, vel in parte hæreditatis, quia adhuc cenſetur inſtitutus univerſaliter, cum nemo poſſit decedere cum duobus Teſtamentis, niſi miles, ita ut licet in poſteriori Teſtamento Teſtator expreſſe declaraverit ſe velle, ut etiam prius Teſtamentum ſubſtineatur, nihilominus tamen a poſteriore infirmatur. Rumpitur etiam ſi Teſtator ſe legitime declaraverit nolle ſuum Teſtamentum valere, & hoc facere ut inteſtatus decedat.

Per agnationem, vel quaſi agnationem ſui hæredis, nimirum ſi poſt Teſtamentum factum Teſtatori naſcatur Poſthumus, adeoque ſuus hæres, aut ipſe arroget aliquem, qui ſit ſui iuris, vel adoptet aliquem, qui alterius poteſtati ſubiaceat, & ſimiliter fiat ſuus hæres; rumpitur Teſtamentum, id eſt, ſi adoptans ſit adſcendens in cuius poteſtatem tranſeat adoptatus; Si enim ſit extraneus non rumpitur Teſtamentum. Irritum proprie fit Teſtamentum, cum Teſtator mutat ſtatum, & capite minuitur; diximus proprie, quia lato modo loquendi rumpi, irritum fieri, nullum eſſe promiſcue accipiuntur, cum proprie rumpi dicatur Teſtamentum Teſtatore manente in eodem ſtatu; mutante nullum.

Teſtamentum irritum factum per capitis diminutionem Teſtatoris, ſi idem priſtino ſtatui ſit reſtitutus Iure Prætorio ſubſtinetur: Si Principi facta fuerit inſtitutio in hæredem litis cauſa, non valet Teſtamentum; invidioſum enim eſt, ut Parti adverſæ potentior pars opponatur, *Leg. penult. ff. de hæred. inſtit.* Sicut non ſubſtinetur Teſtamentum minus ſolemne, in quo Princeps eſt inſtitutus, quia etſi Principes Legibus ſint ſoluti, iuxta tamen Leges vivere profitentur.

NOTÆ.

Titulus hic a ſequenti differt, quia in iſto traditur, quomodo Teſtamenta infirmentur ipſo iure; in ſequenti vero quemadmodum infirmetur officio Iudicis propoſita quærela.

Ex traditis in Textu ſupra expoſito certum eſt inter modos infirmandi Teſtamentum præcedens, ſubſequens Teſtamentum rite factum recenſeri. A Doctoribus tamen certatum videtur utrum ſi Teſtator ſimpliciter dixerit coram ſeptem Teſtibus rogatis, ſe nolle valere ultimum, nec aliud Teſtamentum ab eo factum, abſque expreſſione ullius cauſæ, ſuum robur habere poſſit iſtiuſmodi declaratio; certant inquam, ſed perpenſa rationum hinc inde adductarum momenta, ex communiori voto deciſum videtur validam eſſe huiuſmodi diſpoſitionem, quia tunc res ad cauſam inteſtati reducitur (1).

Animadverti tamen volumus, quod aliqui affirmant validam eſſe revocationem genericam Teſtamenti, ita ut Teſtator inteſtatus decedat etiam cum interventu duorum, vel quinque Teſtium, accedente potiſſimum lapſu decennii (2). Sed hæc opinio non eſt tuta, & in praxi obſervanda videntur, quæ præſcribunt citati Doctores hic ſub *num.* 1. & præcipue *Rot. Roman.* quare tutius actum erit, ſi expreſſio fuerit ſpecialis, cui adiungatur generica, certumque eſt omnino adhibendos eſſe ſeptem Teſtes, alias actus corrueret; ſed ut res iuxta præſcriptas regulas valide, & tute exequi poſſit exhibemus hic vernacula lingua conſcriptam ſpeciem formulæ; iuxta quam extendi poſſit huiuſmodi actus.

(1) *Mantic. de coniect. ultimar. volunt. lib.* 2. *tit.* 15. *a num.* 18. *per tot. Clar ſententiar. lib.* 3. *§. teſtamentum quæſt.* 92. *Craſſ. ſententiar. §. teſtamentum quæſt.* 84. *num.* 5. *Voet. ad pandect. lib.* 28. *tit.* 3. *de iniuſto rupto irrito teſtament. Rot. Roman. in rec. dec.* 652. *par.* 4. *tom* 3. *per tot.* (2) *Vide recenſitos auctores*.

---

*Formula qua uti poterint Notarii in hac ſpecie*.

IN Dei nomine amen &c. præſentibus ſeptem Teſtibus rogatis &c. Extendatur prout in aliis Teſtamentis.

Ricordandoſi il Sig. NN. di aver fatto il ſuo ultimo nuncupativo Teſtamento, ſotto dì . . . . . per i rogiti di Ser . . . . . . . Notaro pubblico &c. nel quale infra le altre coſe inſtituì Erede NN. con aver anco nel medeſimo fatte diverſe altre particolari diſpoſizioni &c. e che avendo preſentemente riſoluto di voler totalmente abolire il ſuo Teſtamento, talmenteche tutta la ſua Eredità, dopo la ſua morte pervenga, e paſſi ne' ſuoi Eredi legittimi, che però

Conſti-

Conſtituito perſonalmente avanti di me Notaro infraſcritto, e Teſtimoni ſuddetti detto Sig. NN. non per forza, timore, o inganno alcuno, di ſua certa ſcienza, libera, determinata, ed aſſoluta volontà, revocò, abolì, caſsò, ed annullò, revoca, annulla, irrita, aboliſce, e caſſa, in tutte le ſue parti detto ſuo ultimo Teſtamento, rogato come ſopra Ser &c. ſotto dì . . . . & anno . . . . Notaro pubblico Fiorentino non ſolo quanto alla iſtituzione dell' Erede fatta da detto Sigg. NN. nella perſona del Sig. NN. quanto ancora in tutte le altre particolari diſpoſizioni, che in qualunque modo ivi ſi poſſino trovare eſpreſſe, ancorchè di eſſe occorreſſe farne ſpecial menzione, talmentechè il medeſimo non deva avere effetto alcuno come ſe ſtato fatto non foſſe, e perciò detto Sig. NN. diſponente intende, e vuole che ſi faccia luogo alla ſucceſſione nella detta ſua Eredità a favore di quelli, che gli ſuccederanno ab inteſtato in ogni miglior modo caſſando ad abbondante cautela qualunque altra diſpoſizione tanto univerſale, che particolare, che egli aveſſe fatto fino al preſente.

E queſta detto Sig. NN. diſſe eſſer la ſua volontà, quale intende, e vuole che abbia, & aver deva il ſuo pieno effetto nella forma ſopra preſcritta ſempre in ogni miglior modo &c. rogans &c.

Nel reſtante, e nella contingenza dei caſi potrà ſupplire il diligente Notaro ſecondo la diverſità delle circoſtanze. A cautela, e per evitare ogni difficoltà crederei opportuno l' aggiungere quanto appreſſo cioè = detto Sig. Diſponente quando ſia di ragione, e non altrimenti &c. laſciò, e legò la Taſſa di lire 3. 10. all' Opera di Santa Maria del Fiore.

## DE QUERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI.

### *T. I T. XVIII.*

NON ſolum ipſo iure Teſtamenta infirmantur ut titulo præcedenti &c. ſed etiam facto hominis per querelam inofficioſi, de qua in præſenti.

Huiuſmodi querela datur liberis non ſolum legitimis, et naturalibus, ſed etiam legitimis tantum iniuſte a parentibus præteritis, vel ſine cauſa exhæredatis; item fratribus contra fratres ex Teſtamento, in quo tamen turpis perſona fuerit inſtituta, puta infamis.

Hac querela petitur, ut Iudex reſcindat Teſtamenta tamquam condita contra officium, & pietatem paternam, filialem, aut fraternam ſub colore, quod Teſtator, quaſi non ſanæ mentis fuerit, quia dictas perſonas ita iniuſte præterierit, aut exhæredaverit: ea autem vocatur ſubſidiarium remedium *Leg. final. Cod. de liber. præteritis*; & conſequenter non competit, niſi in caſu quo præteritus, vel exhæredatus alia via hæreditatem conſequi nequeat, proindeque ſi bonorum poſſeſſionem obtinere poſſit, ceſſat querela inofficioſi; item non competit iis, quibus aliquid iudicio Teſtatoris inſtitutionis titulo relictum eſt, quamvis minus legitima Iure Naturæ debita, quo tamen caſu datur actio ad ſupplementum eius quod legitimæ deeſt, & ceſſat omnino querela, quia tali caſu, nec præteritos, nec exhæredatos ſe dicere poſſunt: Fuit autem proponendæ huic actioni quinquennii tempus præſtitutum a die mortis continuum ex Modeſtini ſententia; ſed Iuſtinianus Ulpianum ſecutus, certum ius conſtituit ab adita hæreditate, *Connan. comment. Iur. Civ. lib 9. cap.* 8.

Eſt autem legitima portio eius, quod quis ab inteſtato habiturus fuiſſet lege definita, & his verſibus continetur.

*Quatuor aut infra dant natis iura trientem*
*Semiſſem vero dant natis quinque, vel ultra.*

Verum qui agnoſcit iudicium Teſtatoris recipiendo quidquid fuit ſibi relictum, intelligitur Teſtamentum approbare, & querelæ inofficioſi renunciare, *Leg.* 8. *ff. h. t.* ſicut e converſo qui impugnat voluntatem defuncti tamquam inofficioſam, amittit legatum ſibi relictum, & id procedit, ut neque in caſu quo alieno nomine, veluti procuratorio, impugnatio, aut agnitio fiat; Secus vero accidit, ſi ex officii neceſſitate fecerit, tunc enim nec legatum amittit, nec querelam: exemplum præbet Imperator in Tutore Pupilli nomine legatum agnoſcente ex Teſtamento, in quo iniuſte fuit exhæredatus, vel dicente inofficioſum Teſtamentum, in quo fuit honoratus legato, etenim excuſatur, quia alieno nomine, & neceſſario vi publici officii agens, ſecus facere nequit, ita dicendum eſſet de illis, quibus impoſitum eſſet munus patrocinandi cauſas pauperum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum.

Quocumque titulo antiquitus legitima relicta eſſet excludebat querelam inofficioſi: hodie vero relinquenda eſt titulo inſtitutionis = ſed videnda ſunt notata ſub titulo de Teſtamentis: an relictum ſub clauſula „ omni meliori modo „ ſupplere poſſit titulo honorabilis inſtitutionis.

Quod ſuperius diximus procedit ſi poſtquam Pater teſtatus fuerit, naturalem filium legitimet, vel prius legitimatum in Teſtamento prætereat, aut ſine cauſa exhæredet, *Clar. lib. 3. ſententiar. §. teſtamentum quæſt.* 84.

Oportune hic addendum putamus, quod ſi habens facultatem opponendi querelam inofficioſi Teſtamenti, illud morte præventus non impugnaverit, quæritur an dicta poteſtas tranſmittatur ad ſuos hæredes, & reſolvitur, quod ad hæredes extraneos tantummodo querela hæc tranſmittitur, ſi fuerit præparata (1). Ad ſuos autem, etiam non præparata (2), præparata autem dicitur quando cui competebat antequam decederet ſerio eam comminatus, vel alteri litem fuerit conteſtatus. (3)

Supereſt inſuper notandum, quod impugnato Teſtamento per querelam inofficioſi, non corruunt omnia in ipſo diſpoſita, ut Legata, Fideicommiſſa, & alia. Idque dicendum eſt de Teſtamento invalido ex cauſa præteritionis, nam quoad ſolam hæredis inſtitutionem (4) non etiam quoad alia infirmatur excepto tamen Teſtamento in quo Poſthumus præteritus fuerit ſcienter, ſi autem ignoranter, illud abſolute in totum corruit (5). Quod ſubſtineatur ſtante clauſula codicillari in vim Fideicommiſſi ſi non ſit inſtitutus Extraneus (6) ſicuti ſubſtinetur, ſi Poſthumus vivo Teſtatore decedat (7).

(1) *Leg. ſi quis filium Cod. de inoff. teſtam.* (2) *dict. Leg. Cod. eod.* (3) *Leg. ſi pater tuus Cod. eod. Leg. quæmadmodum ff. eod.* (4) *Auth. ex cauſa Cod. de liberis præteritis, Rot. dec.* 391. *n.* 18. *par.* 9. *recent.* (5) *Altograd. conſ.* 96. *n* 4. *lib.* 2. *Rot. par.* 9. *rec. deciſ.* 405 *per tot.* (6) *Bichio deciſ.* 413. *&* 471. (7) *Calvin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 9.

NOTÆ

## *Ad Legitimam.*

In iure certum eſſe conſtat Legitima deberi parentibus in luctuoſa præmorientium filiorum hæreditate, quæ eſt triens totius axis, iuxta opinionem Butrigarii (1). Nulla tamen debetur ubi extant filii, vel filiæ prædefuncti, ut alibi fuit obſervatum (2), debita tranſverſalibus quarta eſt (3). Hæc ſiquidem quamvis non fuerit agnita, nec in Iudicium deducta cum ſit quota bonorum ipſo iure debita tranſmittitur (4). Viventis tamen non datur (5). Verum limita caſum ſervandæ vitæ filii, ſeu libertatis (6), vel ſi pater

ter dilapidaret in præiudicium filiorum (7). Ex Theorica Ananiæ *in cap. Iudæi 5. num. 5. e 6.* de Iudæis, ſtatuitur, quod Iudæi cogi poſſunt ad tradendam Legitimam filiis in ſacro Baptiſmatis Lavacro renatis ante parentis mortem (8).

An Legitima relicta Aſcendenti a Deſcendente, qui habeat fratres, & inſtituerit extraneum, ſit iuxta numerum triens, vel ſemis totius hæreditatis, vel portionis debitæ caſu, quo ſucceſſiſſet ſimul cum fratribus defuncti, *ad Theoric. Bartol. in Leg. pater filium ff. de inoffic. teſtam. & in Leg. 1. §. ſi pater ff de coniug. & contrariam Butrigarii* (9).

(1) *Leg. nam ſi ff. de inoffic. teſtam. Craſſ. de ſucceſſ. §. legitima quæſt. 9. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 4. Rot. par. 18. rec. dec. 662.* (2) *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. num. 12. Rot. dec. 326. par. 12. recent.* (3) *Craſſ. loc. cit. qu. 10.* (4) *Magon. deciſ. Flor. 10. num. 12. Marzimed. dec. 6. num. 5.* (5) *De Luc. de teſtam. diſc. 73. num. 23. de legit. diſc. 28. n. 20.* (6) *Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 33. num. 37.* (7) *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 6. Surd. de alim. tit. 8. privileg. 26. n. 10.* (8) *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 7. num. 10. Surd de aliment. tit 1. quæſt. 4. num. 56. Craſſ. deciſ. Avinionen. par. 2. lib. 2. cap. 23. num. 25. Ciarlin. controv. 2. n. 44. e 45. accedit Bulla Pauli Tertii quæ incipit Capientes „ altera Clementis Undecimi anni 1704.* (9) *De Luc. de legit. diſc. 10. n. 27. & diſc. 56. n. 3. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. Peregrin. de fideicom. art. 38. n. 13. conſ. 15. e 116. tom. 2. Rot. Rom. ad De Luc. dec. 68. e 69 Conſtantin. vot. deciſ. 327. tom. 3. Rot. cor. Penia deciſ. 248. cor. Falconer. de legitim. deciſ. 8. Sabell. poſt ſumm. reſolut. cap. 9. tom. 3.*

---

*An Legitima ſit quota bonorum, vel hæreditatis, & quæ actio competat pro illa conſequenda.*

AD clariorem Tyronum intelligentiam oportunum eſſe ducimus præmittere, quod cum hæreditatis nomine veniant non ſolum iura activa, ſed etiam paſſiva, ſcilicet obligationes, ac debita, bonorum autem nomine illa tantum, quæ ſuperſunt ære alieno deducto, idcirco Legitima dicitur *Quota hæreditatis*, ſi in portione eam conficiente computanda ſint etiam prædicta debita, & onera, contra autem *Quota bonorum*, ſi triens, aut ſemis Legitimam conſtituens deducendus ſit ex eo tantum quod ſupereſt de-

deducto ære alieno ; his præmiſſis veniamus ad ſolutionem quæſtionis.

Utraque ex prædictis quæſtionibus generaliter, aut adfirmando, aut negando ſolvi poteſt, nam quod ſpectat ad primam ſi acciderit filio iuxte exhæredato legitimam relictam fuiſſe ſingulari titulo, ea ſiquidem non hæreditatis cuius nullam exhæredatus obtinet partem, ſed quota bonorum, ut & quarta ex conſtitutione Divi Pii (1) idemque dicendum eſt ſi inſtitutus quidem ſit filius, ſed aut in re certa ei coherede adiuncto ſimpliciter ſcripto, vel ex parte aſſis, aut certis rebus contentus eſſe iuſſus ſit, quo caſu Legatarii loco habetur, neque a creditoribus hæreditariis conveniri queat (2) & e contra ſi filius inſtitutus ſit, vel in ipſa Legitima, vel ex parte aliqua hæreditatis, puta ex Triente, hic ut filius revera hæres eſt, & ita Legitima erit quota hæreditatis (3), & quamvis apud quamplures Pragmaticos opinio invaluerit Legitimam abſolute quotam bonorum habendam eſſe, verior tamen, magiſque recepta opinio eſt, quæ cum allata diſtinctione procedit (4) Scilicet aliquando bonorum quotam eſſe, aliquando quotam hæreditatis; Sic itaque rebus conſtabilitis certum eſt filio exheredato, cui Legitima relicta fuerit titulo ſingulari, vel in re certa inſtituto, ut ſupra dictum eſt, vel eo Teſtamentum impugnante, nullatenus hypothecaria actio competit, ſed actio tantum perſonalis contra hæredes inſtitutos (5), quæ conditio ex Lege dicitur in rem ſcripta (6) niſi forte legitima appareat relicta Iure Legati ex quo competit hypotheca, & conſequenter interdictum adipiſcendæ (7).

(1) *Leg. 2. §. 1. ff. fam. hercisc. §. 3. inſtit. de adopt* (2) *L. penult. Cod. de hæred. inſtit. De Luc. de legit. diſc. 26 e 42. n. 4. Bellon. de Iur. accreſc. cap. 9 qu. 24. num. 74. quæ concluſio limitatur ſi ſit appoſita Clauſula Codicillaris Michalor. de fratrib. par. 1. cap 33. n. 35.* (3) *De L. de legit. diſc. 42. n. 4.* (4) *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 6. qu 2. De Luc. d diſc. 42* (5) *De Luc. de legit diſc. 26. num. 10. & de iudic. diſc. 44. n. 19.* (6) *ex Leg. omnimodo Cod. de inoffic. teſtam Pacific. de Salvian. inſpect. 2. cap. 2. num. 300.* (7) *Bich. dec 49. & Rota dec. 226 & dec. 363. par. 12. rec. ut ex L. final Cod. de edict Divi Adriani tollendo Ridolfin. in prax. part. 2. cap 6. ad prædictam quæſtionem an legitima ſit quota bonorum, an hæreditatis videatur Salycetus in auth noviſſima qu. 12 num 17 Manſio conſult 122 vel 353. Felic. alleg. 38 num. 1 Merlin de legit lib. 1. tit 1 qu 2. n. 4. Politi de dot. diſſert. 25. tom. 3. num. 30. Sabell. reſol cap 4.*

*tom.* 3. *poſt ſumm. Rot. noſtr. in Florent. Immiſſionis, ſive exactionis Legitimæ diei* 26. *Iunii* 1680. *cor. de Angelis. & Magio a n.* 5.

### *An Legitima ullo onere gravari poſſit.*

IN hac quæſtione diſtinctio adhibenda eſt, & primum diſcernenda onera, quæ ex diſpoſitione Teſtatoris proficiſcuntur ab iis, quæ ab ipſo Iure dimanant. Non recipit Legitima ullum gravamen, quod ex Teſtamento, vel ex alia diſpoſitione Teſtatoris oriatur (1) Onus igitur, vel dilationis, vel conditionis, vel cuiuſcunque alterius generis in eo quod debetur Iure Naturæ habetur pro non adpoſito, & diſpoſitio cenſetur pura (2), & ratio eſt, quia in ſecundo caſu illa non ex Iudicio Teſtatoris, ſed ex Legis proviſione debetur, cui conſequens eſt, ut gravamen Legitimæ impoſitum pro non adiecto habeatur ob Theoricam *Textus in Leg. Quoniam in prioribus* 33. de qua (3) Igitur non poterit Legitima gravari fideicommiſſo, vel alio ſubſtitutionis onere, ita ut nec nuda eius proprietas liberis relinqui queat deducto uſufructu (4). Atque hoc modo intelligendum eſt Legitimam non recipere ullum onus, dilationem, moram, modum, aliudve gravamen (5); ſed hic nobis via aperitur ab obſervanda ea, quæ traduntur de cauthela, ut aiunt Soccini, quæ hæc eſt videlicet: cum gravatur Legitima onere Fideicommiſſi, nempe ſi Pater relinquat filio ſuo omnia bona, in quibus etiam legitima comprehendatur ſub Fideicommiſſo cum expreſſa conditione quod ſi filius nolit parere præcepto, ſeu gravamini intelligatur inſtitutus in ſola Legitima, quo ſane caſu eſt in poteſtate filii, vel acquieſcere adprobando Patris voluntatem, hæreditatem ſimpliciter adeundo, vel illud reſpuere, & ſola gaudere Legitima (6). Cauthela, quæ vulgo dicitur *Soccini* deſumit originem, vel ab *Angelo in §. prohibemus auth. de Triente, & ſemiſſe*, vel a *Durant. de arte teſtandi*.

Eius requiſita ſunt 1. Prohibitio Legitimæ, 2. Acceptatio Teſtamenti 3. Formula huius Cauthelæ, vel ſaltem Clauſula omni meliori modo.

(1) *Leg. qoniam Cod. de inoffic. teſtam.* (2) *Ad Text. in Leg. quoniam in prioribus* 33. *Cod. de inoffic. teſtament. de quo cæteris omiſſis Rot. noſtr. in Florent. reductionis Legitimæ diei* 6. *Septembris* 1731. *cor. Graſſoni* (3) *Gaill. obſerv.* 119. *num.* 2. (4) *d Leg.* 32. *Cepoll. cauthel.* 22. (5) *Leg. omnimodo* 30. *Cod. eod.* (6) *Soccin. iun.*

*iun. conſ.* 122. *num.* 9 *e num.* 20. *verſ. cum legata De Luc. de legit. diſc.* 17. *de feud. diſc.* 19. *in conflictu obſerv* 118. *de legitim. diſc.* 16. *e* 37. *de cautela Soccini late agunt Manſio conſ.* 122. *n.* 13. *Bonfin. de fideicomm. diſp* 145. *num.* 19. *e* 31. *Caſtill. contr. cap.* 107 *num.* 7. *Peregr. de fideicomm. art.* 36. *num.* 33 *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 296. *num.* 40. *e* 41. *Palm. dec.* 302. *num.* 5. *Rota Rom. coram Anſald. annotat. ad dec.* 77. *num.* 31. 33. *e* 91. *&* *in rec. dec.* 254. *num.* 5. *& ſeqq. par.* 14. *& dec.* 594. *num.* 26. *& ſeqq par.* 19. *Rot. Noſtr. in Florent. prætenſ. Detractionis legitimæ diei* 1. *Septembris* 1743. *coram Meoli, & Montordi* §. *Soſtanziandoſi*.

---

*In quibus bonis præcipue legitima debeatur, vel quæ in calculo ponenda ſint ad eam impinguandam.*

EQuidem ſupervacanea quæſtio hæc eſſe videtur, viſum etenim fuit in §. 1. illam detrahendam eſſe ex totius hæreditatis aſſe, deducto prius ære alieno, at cum difficultas oriri poſſet an relicta quædam præciſe alienationesve a Teſtatore factas in calculo æris alieni, vel tamquam æs alienum ſit conſideranda, ideo Tyronibus morem gerendo propoſitam quæſtionem diluendam ſuſcipimus. Breviter igitur, ac practice rem agendo ſciendum quod Legitima debetur ex univerſa ſucceſſione defuncti, & ſic ex iuribus, actionibus, ac nominibus debitorum (1) & per conſequens in illius calculo apponenda ſunt bona exiſtentia de tempore mortis illius, de cuius bonis agitur (2). Feudalia, & Emphiteutica, ſi de novo feudo, ſeu de nova Emphyteuſi agatur ( ſecus ſi de antiqua ) (3) una cum fructibus ſi de re fructifera quæſtio ſit, decurrendis a die mortis Teſtatoris uſque ad actualem conſignationem, licet relicta fuerit in quantitate (4) ac mediante interpellatione etiam ſi conſiſtat in pecunia, vel alia re fructifera (5). Verum ſi Pater per immenſam donationem Patrimonium ſuum exhauſerit, tunc attendendum eſt tempus donationis, cum eadem deducatur etiam ex ære alieno voluntario, nempe ut dictum eſt ex donationibus, quia etiam donata habentur pro extantibus ad hunc effectum (6), niſi forte ageretur de re modica (7). Deducitur, ſeu potius non minuitur ex Legatis etiam ad pias cauſas, ex donationibus cauſa mortis, & aliis gratuitis relictis (8). Legata tamen facta aliquando favore coniunctarum perſonarum, non minuuntur, ut apud *Urceol.* (9) qui

eo legitimæ non ſuccedit, ideo tamquam æs alienum ante legitimam erit detrahenda (8).

Exſtante Statuto excluſivo fœminarum dotatarum, & nuptarum, cenſentur ipſæ etiam excluſæ a ſucceſſione bonorum maternorum, etiam quoad Legitimam (9), & ſic fœminas competenter a Patre dotatas non poſſe prætendere Legitimam in Bonis maternis, idque fortius procedit ubi non à Patre, ſed a fratre, vel extraneo puta Tutore eſſent dotatæ poſt mortem Parentum.

Nota pariter, quod ſtante dicto Statuto, vel ſimili, fœminæ ſuccedunt in Bonis Matris, ſi concurrant ſolum filii alterius Matris, ſeu, ut aiunt, uterini (10) nam Frater uterinus non excludit Sororem uterinam a ſucceſſione communis Matris ſtante etiam Statuto excluſivo fœminarum (11).

(1) *Rot. dec.* 267. *num.* 2. *par.* 9. *rec.* (2) *Alex. conſ.* 20. *n.* 2. *libr.* 1. *Surd. conſ.* 85. *num.* 9. *Dec. conſ.* 383. *num.* 3. *e* 4. (3) *Marzimed dec. Senen.* 52. *num.* 5. *Rot. dec.* 59. *par.* 1. *rec.* (4) *Rot. dec* 770. *num.* 4 *e* 5 *par.* 2. *rec. Craſſ.* §. *Teſtam. ſub num.* 8. *verſ. tertius caſus* (5) *Rot. dec.* 46. *&* *dec* 770. *par.* 13. *&* *dec.* 45. *num.* 1. *par.* 18. *rec.* (6) *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 39 *art.* 3. *num.* 200. *e* 242. (7) *Bonſin. de fideicomm. diſput.* 158. *num.* 1. (8) *Conti dec. Flor.* 49. *par.* 2. *tom* 2. (9) *Sabell. reſ.* 91. (10) *Rot. dec.* 112. *n.* 14. *par.* 17. *rec.* (11) *Soccin. Sen. conſ.* 84. *ſub num.* 1. *Bellon. de iur. accreſc. cap.* 5. *qu.* 49. *num.* 14. *dec.* 112.

## *Appendix.*

Maſculiatio definiri poteſt „ fœminarum quamvis excluſarum, ad ſucceſſionem parentum decedentium, pro virili, ſeu pro æquali portione cum maſculis admiſſio.

Maſculiationi prædictæ, DD. locum eſſe tradunt cum dos non ſit congrua, & maſculi ob propriam, ac hæreditatis paupertatem ſupplere nequeant, quo caſu eas maſculiare, id eſt uti maſculos ad ſucceſſionem æqualiter admittere poterunt. Hanc praxim vigere tradit in Regno Neapolitano *Franch. dec.* 412. ubi fuſe hæc materia pertractatur, quod quidem etiam Florentiæ aliquando practicatum fuiſse vidi.

## DE HÆREDUM QUALITATE, ET DIFFERENTIA.

### T I T. XIX.

QUoniam inſtitutioni ſuccedit hæreditatis aditio, eaque diverſimode habetur ex diverſis qualitatibus hæredum, merito de his in præſens agitur. Hæredum qualitas, & differentia triplex eſt, etenim alii ſunt hæredes noſtri, alii ſui, & neceſsarii, alii extranei, ſeu voluntarii. Noſtri ſunt ſervi a domino inſtituti, qui velint, nolint neceſsario ſuccedere debent, eo quia libertatem conſequuntur: ſui, & neceſsarii ſunt, qui in primo gradu poteſtatis defuncto exiſtunt, veluti filii, aut nepotes ex filio præmortuo, ſive emancipato, & dicuntur ſui, quia ſunt hæredes domeſtici, eo quod abſque aditione hæredes fiunt. Si proximior deſcendens hæres ſuus eſse deſierit, deſcendentes ex illo eius vices implebunt. Extranei ſunt qui extra poteſtatem morientis verſantur.

Hæredum capacitas tempore facti Teſtamenti requiritur ad hoc ut inſtitutio ipſius ab initio conſiſtat. Tempore mortis Teſtatoris, ut effectum ſortiatur, & tempore aditionis, quia tunc ius hæredis eſt inſpiciendum: tempus intermedium non conſideratur, ut patet ex Textu; Ad dignoſcendum igitur an quis ſuus hæres ſit attenditur tempus mortis Teſtatoris, ſi de teſtamentaria ſucceſſione agatur; tamen neceſſe eſt ut hæres ille fuerit capax etiam dum conditum fuit Teſtamentum, idque ob regulam Catonianam. Si vero ſermo ſit de ſucceſſione ab inteſtato, attenditur tempus delatæ hæreditatis.

At cum hæreditatem periculoſum ſit, vel ſtatim adire, propter gravamen latens, aut illico repudiare, ne temere repudiando quis lucroſa hæreditate privetur; hæredibus extraneis datur tempus ad deliberandum de adeunda, vel non hæreditate; ſuis autem datur poteſtas abſtinendi ab hæreditate paterna, ut interim dignoſcant utrum ſibi magis expediat adire, vel repudiare. Etenim poſt abſtinentiam nudum hæredis nomen non eſt abſque effectu, nam confirmat electiones Tutorum, & Fideicommiſſa, ita ut reſtituta hæreditate tranſeant cum illa actiones vigore Senatus-Conſulti Trebelliani. Tempus deliberandi datum a Principe eſt unius anni, ab aliis Iudicibus novem menſium; ſi tamen ſuus hæres ſe immiſcuerit, id eſt pro hærede ſe geſſerit, etſi Extraneus adierit, hæreditatem amplius repudiare non poteſt.

Adi-

Aditio fieri debet pure, adeoque nulla eſt concepta ſub conditione, nempe ſi hæreditas ſolvendo eſt, volo eam adire. Succurrit tamen Prætor in hoc caſu minoribus vigintiquinque annis ope reſtitutionis in integrum, dummodo res ſit integra, ſed & maioribus prædictis ſubvenitur per Divum Adrianum, caſu quo poſt aditam hæreditatem ingens emerſerit æs alienum ab initio latens, quod a Divo Gordiano ad ſolos milites fuit reſtrictum; verum a Iuſtiniano ex ſua Conſtitutione proviſum fuit omnibus hæredibus, eo quia relicto in ſuo robore iure deliberandi; conceſſum etiam fuit beneficium inventarii, quo rite confecto intra tres menſes coram Teſtibus, & Notario non tenetur hæres creditoribus hæreditariis, prout plenius agemus cum de inventario in ſpecie differemus. Hæredes neceſſarii, itemque ſui, & neceſſarii proprie non dicuntur adire, nec repudiare, ſed vel hæreditati ſe immiſcere, vel ab illa abſtinere.

## NOTÆ.

Cum Prætor certum ſpacium ad deliberandum Edicto non expreſſerit, iure veteri tempus hoc erat arbitrarium, modo non pauciores dies darentur, quam centum. Verum Iure novo obtinent, quæ ſupra in textu dicta ſunt, idque hæredi hæredis prodeſt ſi hic intra illud tempus deceſſerit; nemine Creditorum urgente, triginta demum annis elapſis Ius adeundi expirat (1).

Si Inſtitutio pura ſit, poteſt hæres ſtatim adire hæreditatem mortuo Teſtatore; poſſet tamen aditionem differre per annos triginta, ut iam diximus, niſi Iudex ad inſtantiam Creditorum brevius tempus præfigeret ad ipſam aditionem (2).

Ius autem deliberandi circa aditionem, vel repudiationem durat anno (3), quo elapſo, & iure deliberandi ſublato, adhuc remanet firmum ius adeundi, & repudiandi ipſo hæredi uſque ad annos viginti novem, cum enim ius deliberandi repertum ſit in favorem hæredis non debet in ejus odium retorqueri, & per conſequens ipſum ius deliberandi non habebit abſorbere ius adeundi.

Sciendum inſuper eſt, quod licet ius adeundi, & hæreditas non adita non tranſmittatur per hæredem in eius hæredem; Ius tamen deliberandi quod annali ſpatio concluditur, & in conſequentiam ius adeundi, & repudiandi tranſmittitur, ſi ipſe hæres intra anni ſpatium moriatur; Speciale tamen eſt in filio, quod poſt ius deliberandi finitum, tam paternam, quam maternam, cœterorumque adſcendentium hæreditatem non aditam, & ſibi delatam, ex teſtamento, vel ab inteſtato traſmittit, nedum in deſcendentes ſuos, imo ad extraneos, & hæc procedunt in filio

maiore infante. Infans vero hæres omnem hæreditatem extraneorum ſibi delatam tranſmittit ad omnes ſuos adſcendentes, tam per lineam maſculinam, quam fœmininam; fallit tamen regula in hærede minore, & abſente, quorum ſucceſſoribus competit beneficium reſtitutionis in integrum pro adeunda hæreditate non adita per ipſum minorem, vel abſentem; & in aliis caſibus. Poſtquam vero hæreditas fuerit repudiata amplius adiri nequit in præiudicium aliorum qui iam eam acceptaverint (4), ſicut poſtquam fuerit adita amplius repudiari non poteſt, niſi fuerit filius, qui poſt repudiationem admittitur ad adeundum, ſi res hæreditariæ fuerint in eodem ſtatu, uſque ad triennium, vel niſi hæres fuerit minor viginti quinque annis, qui beneficio gaudet reſtitutionis in integrum. (5) verum beneficium contra inconſulto aditam hæreditatem maioribus etiam competere poteſt quando iuſta adſit cauſa ex. gr. ſi ex communi opinione hæreditas opulenta exiſtimetur, poſteaque damnoſa deregatur (6)

Si delata fuerit hæreditas furioſo committitur Curatori eius adminiſtratio, ſub conditione, quod ſi furioſus mentis ſanitatem adeptus fuerit, poſſit eam vel acceptare, vel omittere, ſi vero in furore obierit, hæreditas ad eos devolvatur ad quos, ſublato furioſo, iure fuiſſet perventura.

Pupilli nomine Tutor acceptat, & filii familias impuberes parentum auctoritate.

Iuxta theoricam deſumptam ex *Text. in Leg. Pantonius ff. de acquir. hæredit.* hæreditas tranſmittitur ab eo, qui illam non adivit vel iure ſuitatis, vel iure ſanguinis, vel ope reſtitutionis in integrum ob iuſtam abſentiam, vel ignorantiam, vel aliam iuſtam cauſam non adeundi, ut iam dictum eſt (7).

(1) *Heinecc. in paratitl tit. de iur. deliber.* 8. § 70 (2) *Leg. quandiu in princ ff. de acquir hæredit.* (3) *Leg ſancimus, & Leg. cum antiquior Cod. de iur. deliber.* (4) *De Luc de hæred. in ſumm. num.* 36: (5) *Papienſ. in prax. forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento gloſſ.* 2. *per tot pag. mihi* 457. & 458. (6) *Ad mater. De Luc. de hæred. in ſumm. loc. cit. De Luc. de legat. diſc.* 63. *n.* 9. *de hæred. diſcurſ.* 12. *n.* 14. *diſcurſ.* 18 *n.* 7. *diſcurſ.* 22. *num.* 15 *Rot. Rom. dec.* 82. *per tot. par.* 9. *rec quæ eſt magiſtralis.* (7) *Rot. Rom. cor. Anſald. dec.* 84. & 113. *tom.* 2. *De Comit. addit. ad dec. Flor.* 10. *ad ornat. fideicom. & cor. Magon deciſ. Flor.* 10. *n.* 20. & *ſeqq. Florentina Iurispatronatus diei* 19. *Auguſti* 1763. *cor. Ricci, Baldigiani, e Venturini.*

*De hærede cum beneficio Legis &c.*

BEneficiatus hæres dicitur ille , qui proteſtatur , ſe velle ſervatis ſervandis hæreditatem adire , cum beneficio Legis , & Inventarii , omnibuſque beneficiis a iure introductis gaudere, poſteaque iuxta ea , quæ a iure præſcribuntur inventarium conficit, quo caſu non dicitur proprie hæres , ſed potius legalis Adminiſtrator (1) neque intra tempus conficiendi inventarium ab hæreditariis Creditoribus conveniri poteſt , quamvis contra defunctum fuerit lata ſententia (2), quod tamen intelligendum eſt de actione perſonali ; ſecus de actione reali (3), poteſt tamen conveniri ſi iam confecerit inventarium licet duret terminus ad conficiendum , quia ceſſante cauſa dilationis debet ceſſare dilatio (4).

Inventario ſiquidem recte perfecto hæres prædictus rationem reddere tenetur de bonis in eodem deſcriptis , & eorum fructibus (5), & ſi ea rite deſcripſerit non tenetur ultra vires hæreditarias, nec poteſt in bonis propriis gravari ; poſſet tamen gravari (6) ſi contumax eſſet, & perſonaliter conveniri (7). Illud obiter notandum eſt , quod primo venienti poteſt ſolvere , & tutus evadit, (8) quod fallit, ubi ſciret adeſſe anteriores, & hoc intelligendum eſt de ſcientia vera , & non præſumpta (9), ſed cautius agendo, ſi forte contigerit alicui ſolvere qui poſſit eſſe poſterior eidem iniungi poterit onus de reſtituendo, vel cautionem dare de reſtituendo prioribus, & potioribus, dum ſcit alios exiſtere, atque hæreditatem imparem eſſe omnibus dimittendis, maxime ſi concurrat dolus ſaltem præſumptus, ad *Text. in Leg. dolo ff. ad Leg. falcid.* ſi poſtea alii Creditores emergant tempore priores, non habent actionem contra hæredem , ſed contra creditores poſteriores (10). Ulterius non tenetur de debitorum nominibus inexactis rationem reddere (11) , & ſi ſua credita exigere voluerit opus eſt , quod iacenti hæreditati Curatorem decernere faciat (12).

Hæres liber ſcilicet deſtitutus beneficio legis , & inventarii, regulariter tenetur ad omnes obligationes , & facta defuncti , & illa impugnare nequit , quod explicant Doctores (13).

(1) *De Luc. de credit. diſc.* 34. *num.* 7. *&* *diſc.* 37. *num.* 3. (2) *Leg. fin. §. donec , & §. ſi Cod. de iur. delib. Ridolph. in prax. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 37. (3) *Merlin. de pignorib. lib.* 4. *tit.* 5. *quæſt.* 173. *per tot. Franc. dec.* 352. (4) *Funucc. de invent. par.* 4. *num.* 16. (5) *Rot. dec.* 31. *n.* 2. *par.* 13. *rec.* (6) *Rot. d. deciſ.* 31. (7)

*Ur-*

Digitized by Google

*Urceol. conſult. for. cap.* 32. *n.* 37. (8) *De Luc. de hæred. diſc.* 25. *n.* 5. *in conſlcl. obſerv.* 114. (9) *De Luc. de hæred. diſc.* 82. *n* 13 *Rot. dec.* 82. *n.* 11. *par.* 14. *rec.* (10) *Ad Theoric. textus in Leg. final.* § *& ſi præfatam Cod. de iur. delib.* (11) *De Luc. loc. citat.* (12) *Noguerol. allegat.* 36. *n.* 31. (1) *Ad text. in Leg. cum a matre ff. de reivindic. & in Leg. vindicantem ff de evictìon.*

An omiſſio Inventarii noceat filio in legitima relate ad Fideicommiſſarium particularem, & Legatarios vide *Rot. Noſtr. cor. Urceol. dec.* 34. *& apud De Comitib. dec.* 77. *n.* 12. *& ſeqq.*

---

*De Inventario, quod confici debet ad hærede beneficiato.*

PRius quam ad deſcriptionem Inventarii deveniamus animadverti volumus, quod qui habet privilegium adeundi cum Beneficio Legis, & Inventarii volens ſic adire, Florentiæ intra quindecim dies a die obitus defuncti, debet Notarium requirere, & rogare ut extendat Inſtrumentum aditionis prædictæ, quod precedere debet Inventarium, a quo eſt actus omnino ſeparatus ab inventario prædicto „ De hoc extat Formula in Formulario Florentino, & in aliis.

Species inventarii, de qua hic agere ſuſcipimus a *Leg. fin. Cod. de iur. deliber.* dimanat; certum ſi quidem eſt, quod quiſque hæres de Iure Communi nolens ultra vires hæreditarias teneri poteſt hæreditatem adire cum Beneficio Legis, & inventarii. Verum hoc Beneficium Florentiæ ſublatum fuit maioribus decem, & octo annis, ex diſpoſitione *Stat. Rubr.* 29. *libr* 2. ubi decernitur, quod talis maior qui poſſederit, vel retinuerit poſt dies quindecim a defuncti morte, bona quæcumque, etiam minimi valoris, eiuſdem intelligatur hæredem eſſe obnoxium omnibus oneribus, & debitis hæreditariis *Magon. dec. Flor.* 148. *n.* 5, abſque eo quod poſſit ſe tueri ſub prætextu dotium maternarum, repudiationis, abſtinentiæ, vel alio quocumque titulo, & præcipue inventarii, quod quidem intelligi debet de eo, qui poſſidet propria auctoritate non auctore Prætore, *Natt. conſ.* 448. *n.* 18. *Soccin. conſ.* 113 *lib.*4. *Ruin. conſ* 152. *col.* 1. *lib.* 3. Remanet tamen hoc Ius in ſuo robore favore minorum aliarumque perſonarum privilegiatarum, ut ſunt Clerici, Mulieres &c. dummodo iſti rite, & recte inventarium conficiant. Verum tamen eſt, quod aditio, ſeu pro hærede geſtio eſt ſemper probanda; unde regula „ Filius ergo Hæres „ procedit tantum ubi ſit Actor, nec

ali-

aliter, quam uti hæres agere poſſit alias contra eum opponi nequit, *Marzimed. dec. 79. num.* 3. Aditio tamen hæreditatis mulieris, creditoris puri favore, non conditionalis. Florentiæ præſumitur, quando *vidend. Tuſch. litt. H verb hæredibus concl.* 20.

Ad hoc ut inventarium recte factum dicatur, vigintiduo requiſita, neceſſaria eſſe dicuntur ad normam, *Textus in Leg. final. Cod. de iur. deliber.* ut videre eſt penes *Sabell. reſolut. cap* 3. attamen, his prætermiſſis in dicto actu de ſubſtantia neceſſarium eſt, quod deſcribantur bona diſtincte in pondere, numero, qualitate, & menſura in hæreditate reperta, eo modo, quo poſt eorum conſumptionem, eorum valor a Peritis facile dignoſci poſſit.

Ulterius iuxta Leges noſtras aliæ requiruntur ſolemnitates pro forma ſubſtantiali, videlicet, quod adhibeatur in actu inventarii, præſentia trium Notariorum, & trium Civium Florentinorum, & vice eorum Cancellarium, ut infra dicemus, & quod creditores, tam certi, quam incerti pro die certa ad interveniendum tali loco &c. citentur ad confectionem inventarii „ vulgo „ I Bandi & Editti „ iuxta præſcripta in reformatione diei 12. Auguſti 1668. eiuſque ſupplemento, ubi hæc diſponuntur „ Il Bando ſi pubblichi in Mercato Nuovo dal Banditore alla Porta del Saggio, ove ſi pubblicano gl' Inventari dei Beni, e che in vece del Bando da mandarſi per i quattro Quartieri, o vicinato ſi affighino Editti nei luoghi pubblici della Città, ed intervenghino alla confezione dell' Inventario i tre Notari, e i tre Cittadini per i creditori, o in vece di eſſi il Cancelliere del Magiſtrato, o Preſidente che dovrà interporre il Decreto a tale inventario „

„ Siccome nelle Corti dei Rettori di fuori ſi oſſervi l' ordine di pubblicare il Bando alla maggior frequenza di popolo, ed affigere gli Editti ai luoghi pubblici, ed alla confezione del medeſimo intervenga un Miniſtro pubblico di quella Corte ſotto la Giuriſdizione, nella quale ſi fa l' Inventario.

Ad hoc ut ordinate omnia procedant fit coram Magiſtratu, ſeu Iudice talis qualis petitio, quæ admittitur, & in admiſſione adſignatur terminus creditoribus incertis quindecim dierum, certis vero decem dierum ad comparendum in Curia, & ad intereſſendum pro tali certa die in tali loco ad videndum confici huiuſmodi inventarium, animadvertendo, quod creditores certi ſunt perſonaliter citandi, eodemque pariter Decreto datur a Magiſtratu facultas interveniendi Cancellario, ſeu Actuario, loco prædictorum trium Civium, & Notariorum, iſtud-

que plerumque Decretum publicatur in forma Edicti iuxta normam ſuperius traditam, ac demum præſcripta die confici debet inventarium manu publici Notarii iuxta Formulam, de qua in Formulario Florentino in Formula ſolemnis Inventarii.

Cæterum Inventarium, ſeu Iudicium Inventarii ſolemnis inchoari debet inter præſentes intra menſem a die mortis defuncti, ſeu a die aditæ hæreditatis, & perfici intra alios duos menſes. Inter abſentes vero inchoatur intra quatuor menſes, & perficitur intra annum, *Rot. par.* 12. *rec. dec.* 118. *num.* 25. *Pract. Pap. libell. quo petitur hæreditas ex teſtam. Gloſſ.* 2. *num.* 9. hæc tamen ſolemnitas levis a Doctoribus eſſe dicitur, & ceſſante dolo, Inventarium valere adfirmant etiam poſtea factum, *Rot. par.* 14. *rec. dec.* 272. *num.* 1. *& ſeqq.* & hoc intelligi debet de hæredibus; alii tamen tenentur ſtatim conficere inventarium, nempe ſi agatur de Tutore, Adminiſtratore &c. Tutior vero Sententia eſt, etiam quoad hæredem illud intra tempus ſupra expreſſum conficere.

Poſtremo Inventarium dicitur legitime factum, quando fuerunt obſervatæ omnes ſolemnitates adhiberi ſolitæ in loco, ubi conficitur *Duran. dec.* 387.

Notandum, quod non obſtante diſpoſitione Statuti Florentini maior gaudet privilegio Legis, & Inventarii, quoad legata *Caſtrenſ. conſ.* 323. *num.* 3. *libr.* 4. *Tuſch. concl.* 577. *num.* 1. *lib.* 1. *De Comit. dec. Florent.* 77. *num.* 3. *litt I.*

Ubi Bona ſita ſint extra dictionem Principis, cui ſubiectus ſit hæres, & præcipue Florentiæ practicatur, quod iſte etiam maior, cum gratia ſui Principis, poſſit Bona extra Territorium adire cum beneficio Legis, & Inventarii.

Non obſtantibus ſupra recenſitis iuxta ea, quæ diſponuntur in Statuto Florentino *Rubr.* 29. *libr.* 2. dicendum eſt hunc locum non habere inter Comitatinos, ut patet ex *Motivo Dom. Auditoris De Angelis Anni* 1684. *& ex Sententia ab eodem prolata ſub die* 13. *Ianuarii* 1683. *exiſt. in Filtia Dom. Conſervator. Leg. ſub num* 10. quod hic brevitatis gratia ſic ſummatur „ Diſpoſitio huius = Statuti eſt contra Ius Commune, quia illud numquam inducit aditionem, ubi actus ad alium titulum referri poteſt „ *Gratian. diſcept. For. cap.* 10. *per tot.* „ Ruſtici de Iure Communi non = evadunt hæredes, quamvis actus, qui citra nomen hæredis = fieri non poſſint „ expleant, ut in terminis *Theor Alexand. in L his, qui putas n.* 7. *ff. de adipiſc. hæred. Maſcard. concl.* 47. *Rot. Florent. libr. motiv.* 107. *a* 375. *De Luc. diſc.* 13. *de hæred. ſub num.* 3. *Rot. libr. motiv.* 114. 8. *Februarii* 1683. & prout latius videre eſt in dicta *Deciſ.* *Clau-*

Digitized by Google

### *Clauſulæ, quæ apponi ſolent in Inſtrumento Inventarii ad ornatum Formulæ.*

ASſerens ſe nulla alia Bona „ nam qui vellet alia adfuiſſe Bona probare debet, *Roland. de invent. par.* 4. *cap. hæres cum inventario Phanuc. de invent par.* 3. *num.* 58. *volum. Tract. Magn. par.* 2.

Si alia inveniet „ De hac proteſtatione facienda, agit *Bald. in Leg. fin §. cum igitur num.* 8. *Cod. de iur delib.*

Quod ſi hæres non obſervet de addendo, vel aliud inventarium faciendo an amittat hoc beneficium, *Bald. in auth. ſed cum Teſtator num* 19. *Cod ad Leg falcid. & in Leg. fin. §. cum igitur num.* 9. *Cod. de iur. deliber.*

---

### *De Abſtinentia, & Repudiatione.*

QUoniam ſuperius obſervatum fuit hæredibus extraneis dari tempus ad deliberandum, utrum adire velint, nec ne, ſuis autem poteſtatem abſtinendi, ergo aliqua obſervanda aggredimur ad ornatum formulæ repudiationis, de qua in Formular. Florentino „ definitur hæc renunciatio quædam, & alienatio „ quæ de ſui natura non præſumitur niſi expreſſe de ea conſtet (1), & de hac plene agitur (2), & ut iam dictum eſt Iure Communi inſpecto verbum repudiare refertur ad extraneos, abſtinere vero ad ſuos (3).

Repudiatio fieri poteſt expreſſe per verba denotantia refutationem; tacite ſinendo labi tempus a Lege præfinitum ad adeundum (4), & poteſt fieri per Procuratorem dummodo conſtet de ſpeciali mandato (5), atque per epiſtolam (6), ſed maxima inter DD. quæſtio eſt an hæreditas dicatur repudiata per verba nolo adire, nolo eſſe hæres ſimpliciter prolata (7)

Quæri etiam ſolet an repudians partem hæreditatis, totam repudiaſſe videatur, & negative reſolvitur (8), unde repudiando partem, habeatur ac ſi nihil repudiaſſet: notandum etiam, quod hæreditas tam delata, quam adita non poteſt repudiari a minore, vel a muliere abſque ſolemnitatibus (9).

Ulterius ſciendum eſt, quod ex *Lege die* 29. *Martii* 1477. Mulieris hæreditas, quæ defertur ab inteſtato, vel ex Teſtamen-

 to

to alicui maſculo, ſi non fuerit repudiata infra aunum a die delationis, & eo tempore repudiatio non fuerit notificata in Palatio Dominorum, hodie pœnes Magiſtratum Supremum; pertinet elapſo anno ad creditores eorum, quibus deferebatur ac ſi adita fuiſſet, idemque dicendum eſt quando repudiatur, a ceſſante, ſeu decocto etiam infra annum, modo de tempore repudiationis ſit ceſſans, vel efficiatur infra quatuor menſes a die ceſſationis, & comprehendit tam præteritos creditores, ante decotionem, quam poſteriores (10).

Repudiatio, ſeu abſtinentia ex *Rubr.* 19. *Stat. Flor. libr.* 2. duos infra menſes a die quo facta fuit in publico communis Florentiæ conſilio olim publicanda erat, ſi Florentiæ, vel in eius diſtrictu fuiſſet celebrata; alibi vero quatuor infra menſes (11). Hodie vero ut dictum fuit ex nova Imperantis conſtitutione in Magiſtratu Supremo.

(1) *Maſcard. de probat. vol.* 3. *concluſ* 1266. (2) *tot. tit. Cod. de repudiat. & abſtinend. hæredit.* (3) *Azzo in ſumm. ad libr.* 5. *Cod. de repudian. hæred. num.* 6 *ſpeculator de inſtrument editione* §. 6. *n.* 20. (4) *Marant. in Leg. in bis poteſt num.* 99. *de acquir. hæredit.* (5) *Rot. cor. Bichio dec.* 66. *num.* 5. (6) *Genua de ſcript. priv. libr.* 3. *qu.* 21. (7) *Magon dec. Flor.* 117. *num.* 37. e 38. (8) *Marant. in Leg. is poteſt ſub num.* 21. (9) *Bichio dec.* 588. *num.* 25. *Rot. dec.* 273. *par.* 17. *rec.* (10) *Tuſch. lit. H. concl.* 20. *per tot. dec. ſeu caſus Vincentii Caroccii* 49 *num.* 91. (11) *Sabell. in praxi* § *repudiæ*.

---

*De Hærede Putativo.*

Altera Hæredum ſpecies verificatur in hærede putativo, & eſt cum quis putans ſe eſſe hæredem, bona fide hæreditatem ſuſcipit, vel quia ſit proximior ad ſuccedendum, vel quia ſit hæres ſcriptus in primo Teſtamento, & ſecundum ignoret, quo caſu quæri ſolet an bona fide res conſumptas reſtituere teneatur, aut qui illi ſolvit liberetur: ſuper hiſce quæſtionibus aliqua ſummatim prænotabimus, ne in immenſum ſcripta hæc protrahere cogamur, quare dicendum eſt quod excuſatur a fructibus bona fide perceptis (1), atque contrahens cum ipſo recte contrahit (2), ac etiam de dilapidatione bonorum non tenetur (3), geſtaque per eum præiudicant vero hæredi (4). Poſtremo tenetur reſtituere dicto hæredi, quod extat ſi non dolo, vel

vel mala fide conſumpſit (5). Et an ad aliquid teneatur de proprio erga verum hæredem, vel creditores vel legatarios, ſi inventarium non confecerit (6).

(1) *De Luc. de hæred. diſc. 9. num. 9. diſc. 18. num. 12.* (2) *De Luc. de feud. diſc. 76. num. 11. Salgad. labyr. credit. part. 2. cap. 9. num. 48. Rot. Rom. dec. 485. num. 2. par. 13. recent.* (3) *De Luc. diſc. 18. num. 2. de hæred. 4. dict. diſc. 24. num. 6 & 7. eod. tit.* (5) *diſc. 17. num. 6. dict. tit.* (6) *dict. De Luc. diſc. 17. & de ſucceſſ. diſc. 8. num. 2.*

---

## *De Hærede Fiduciario.*

INter Hæredum qualitatem, & differentiam datur quoque ille, qui fiduciarius hæres dicitur, ſeu confidentialis, cui a Teſtatore confidentialiter committitur, quid de ſua hæreditate faciendum diſpoſuerit, quare nudus potius videtur hæreditatis Miniſter, ſeu Depoſitarius, & ad hoc ut talis dici poſſit duo requiri videntur, ſcilicet cauſa fiduciæ, ac verba in Teſtamento fiduciam exprimentia, quæ magis urgent, ſi perſona, cui tradenda eſt hæreditas ſit Teſtatori dilecta.

Cauſa vero cur ſic agatur eſſe ſolet, vel quia hæres cui deferenda eſt hæreditas ſit debitis involutus, aut confiſcationi ſubiectus, aut adſit alia prudentialis cauſa Teſtatori nota, eo quia ſic, vel Fiſci, vel creditorum commodum aufugiat.

Verba confidentiæ generica hæc eſſe ſolent, vel ſimilia ſcilicet „ Teſtatorem de inſtituto hærede valde confidere, uti de mente ſua bene informato, vel hæredi ſcripto ſummam fiduciam habere, omnemque fideliter executurum, prout informatum a Teſtatore ipſo de eius voluntate.

Plures enumerantur caſus huius fiduciarii hæredis I. Ubi ſubſtantia diſpoſitionis eſt certa, & ſolum incerta eſt perſona non diſtincte per Teſtatorem declarata ad terminos (1), in quibus certificatio per probationem naturalem etiam adminiculatam fieri poſſe compertum eſt „ (2) II. Ubi etiam ſubſtantia diſpoſitionis ſit certa, quia nempe in Teſtamento exprimatur determinata voluntas, ibi tamen in ſpecie non explicata, ſed alicui confidentiario pro actuali executione commiſſa, cui adſertioni ſtandum ſit ad terminos (3) III. eſt caſus intra terminos Legis (4). Cuius Textus diſpoſitio verus eſt caſus fiduciariæ hæreditatis, & explicatur ex circumſtantiis ſequentibus (5). Ad effectum ut hic caſus locum habeat, quatuor requiruntur. Pri-

Digitized by Google

Prima, ut fiduciarius ſit talis, qui de Iure inſtitui debuerit (6). Secunda, ut fiducia ſit in tota hæreditate, ita ut fiduciarius ſit nudus Miniſter, nullum Ius in hæreditate habens (7). Tertia, ut iuſta cauſa ſimulandi accedat ſine qua fiducia non admittitur (8). Quarta ut in Teſtamento adſint verba, quæ fiduciam præciſe importent, adeo ut adeſſe videatur vera voluntas per fiduciarium ſolum explicanda, ſeu eo non declarante, cum naturali probatione, ut eſt caſus (9), ubi Teſtator hæredem inſtituerit cum illa verba „ Del quale mi confido, e ſo, che eſeguirà la mia volontà „ Hæc requiſita enumerantur in (10). IV. Eſt caſus in quo Teſtator ordinet diſpoſitionem in hæredis voluntatem collatam, ſeu arbitrium iuxta terminos (11), & tunc ex eorumdem Iurium diſpoſitione, ac ſenſu omnium interpetrum intrat diſtinctio an verba contineant arbitrium, vel potius liberam, ac abſolutam voluntatem, ut in primo caſu diſpoſitio ſubſtineatur, utpote ex Iuris diſpoſitione certificanda, quoniam hærede nullatenus, vel male arbitrante, intrat arbitrium boni viri per Iudicem ſupplendum, ſecus in altero, in quo intrat illa incerta diſpoſitio in alterius voluntate collata, de qua apud (12).

(1) *Leg. ſi in nomine Cod. de teſtam. & Leg. aſse toto ff. de hæred. inſtit.* (2) *De Luc. de teſtam. diſc.* 46. (3) *Leg. Teopomp ff. de dot. præleg. ibique Gloſſ.* (4) *Leg. Seius Saturnin.* 46. *ff. ad Trebell. & Leg. quid cum fil.* 46. *ff. de hæred. inſtit. Bich. dec.* 103. *&* 195 *par.* 10. *rec. inter ſuos dec.* 317. (5) *Grat. diſcept. foren.* 650. *num.* 1. *& ſeqq.* (6) *Rot. dec.* 351. *num.* 14. *par.* 4. *recent. tom.* 2. (7) *Bich. dec.* 317. *num.* 1. (8) *dec.* 381. *coram Cavaler.* (9) *dec. apud Burat.* 616. *& dec.* 103. *par.* 10. *rec.* (10) *Leg. cenatum §. Legatum, & Leg. ſi ſic legat. ff. de legat.* 1. (11) *Caſtill. tom.* 2. *controv. cap.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* (12). *De Luc. de fideic. diſc.* 212. *de teſt. diſc.* 44. *&* 47. *de iurepatronat. diſc.* 62. *num.* 21. *& ſeqq.*

*Monita.*

Animadvertendum, quod plerumque vocatio fiduciarii hæredis continet fideicommiſſum, vel legatum favore Manuum Mortuarum, vel excluſio creditorum, vel fiſci; Cauti ergo ſint Tabelliones in hac ſpecie de non conficiendis ſimilibus diſpoſitionibus oſcitanter, ſed diligenter animadvertant ea, quæ diſponunt Leges ſuo loco recenſitas reſpicientes fideicommiſſa, manuſque mortuas &c. & ſi fieri poteſt ſe abſtineant ab illis conficiendis, quibus etiam obſtare videtur Lex *ſopra le Cedole, e Biglietti*.

DE

## DE LEGATIS.

### TIT. XX.

QUoniam legatum eſt plerumque appendix Teſtamenti, non immerito poſt tractatum de Teſtamentis ſubiicitur de legatis. Legatum eſt „ Donatio quædam a Teſtatore relicta, ab hærede præſtanda „ Dicitur ab hærede præſtanda, quia regulariter ab eo præſtari debet, nec poteſt Legatarius propria auctoritate illud occupare, adeoque differt a Fideicommiſſis, qui aliquando, & a Legatario præſtantur.

Omiſſis legatorum ſpeciebus, quæ olim in uſu fuerunt, ut videre eſt in Textu, de his agimus, qui in uſu ſunt, ac propterea dicimus, quod legata quibuſcumque verbis concipiantur, ad eamdem naturam redacta ſunt ab Imperatore, & Legatariis triplex actio conceſſa eſt ad legata conſequenda, nempe actio in rem, perſonalis ex Teſtamento, & hypotecaria, de quibus in *tit. de action.* quia ex eiuſdem Imperatoris conſtitutione per omnia fere exequata ſunt fideicommiſſis.

Legari poſſunt omnes res, quæ cadunt in privatum commercium, adeoque non ſolum res propriæ Teſtatoris, verum etiam hæredis, & alienæ: alienæ tamen utiliter leguntur, ſi alienas eſſe ſciverit Teſtator, nam ſi ignorans rem alienam legaverit regulariter inutile legatum eſt, quia preſumitur, quod ſi sciviſſet legaturus non fuiſſet. Legata vero utiliter aliena re hæres tenetur eam emere, & Legatario præſtare, vel ſi emere non poſſit, quia dominus nolit vendere, aut plus iuſto pretio petat rei æſtimationem tenetur præſtare; Rei autem extra humanum commercium legatum eſt inutile.

Res pignori obligata eodem modo per Teſtatorem legata ſolvenda eſt ab hærede; Secus vero ſi Teſtator ignoraverit pignori obnoxiam fuiſſe ex ratione ſuperius adducta, niſi eſſet legata coniunctæ perſonæ, amico, & ſimiliter &c. in quibus caſibus cum ceſſet ratio Legis, ceſſat & diſpoſitio, nam Teſtator licet ignorans præſumitur legare voluiſſe dictis perſonis per *Theor. Text. in Leg. ſi res obligata ff. de legat.* 1. ad quem Textum DD. examinant an hæredi, vel legatario incumbat onus redimendi rem hypothecatam tertio, quam teſtator legato reliquit, de quo vide *Camarell. de legat. lib.* 3. *Torr. var. libr.* 5. *tit.* 13. *in fin. n.* 11. *e* 47. *De Luc. de legat. diſc.* 20. *n.* 4. *& in ſumm.*

*cap.*

*cap. 3. num. 61. Cenc. de cenſ. qu. 89 Rot. noſtr. in Florent. Luitionis, ſeu Reintegrationis Fideicommiſſi diei* 29. *Ianuarii* 1773. *coram Ulivelli*. Legata utiliter re aliena, ſi eam Legatarius acquiſiverit ante quam cedat dies legati, aut acquiſivit ex cauſa oneroſa, veluti emptionis, adhuc ei debetur æſtimatio, quia cui abeſt pretium, res abeſſe cenſetur. *Leg. Si Servus*, §. *& ideo ff. de evictión.* aut acquiſivit titulo lucrativo, puta donationis, & æſtimatio non debetur, quia circa eamdem rem, eamdemque perſonam duæ cauſæ lucrativæ nequeunt concurrere.

Quod ſi eadem res aliena uni fuerit legata in Teſtamentis duorum, aut rem illam eſt conſecutus ex uno Teſtamento, & non poteſt petere eius æſtimationem ex altero, aut ex uno habuit æſtimationem, & ex altero poteſt petere rem, quia in æſtimatione proprie res non continetur, *Leg.* 88. *ff. de verbor. ſignific.* eædem quoque res quæ non ſunt in rerum natura, ſed futuræ ſperantur, ut fructus &c. utiliter legantur, quæ tamen futura non ſunt, inutiliter leguntur.

Valet etiam legatum rei, cuius proprietas apud Teſtatorem fuerit, quam ipſe opinatus fuit, vel ad tertium, vel ad legatarium, vel ad hæredem pertinere.

Nequit alicui legari res, quæ eiuſdem eſt, ita ut licet vivo Teſtatore Legatarius eam alienaverit, inutile legatum eſt, limitatur tamen, ubi res fuerit alteri oppignorata, quia tunc hæres tenetur eam luere.

Si quis putans rem aliquam eſſe alienam, & ſit ſua, eamque legaverit, utiliter legat, nam plus valet, quod eſt in veritate, quamquod in opinione; rei legatæ alienatione, vel oppignoratione in totum, vel pro parte a Teſtatore facta non adimitur legatum, niſi ab hærede probetur id factum eſſe animo adimendi, quod Iudicis arbitrio ex coniecturis, & præſumptionibus decidendum.

A creditore recte debitori debitum legatur, quia tali caſu intelligitur remiſſum, & e converſo inutile eſt legatum factum creditori, a debitore de ſuo debito, niſi plus ſit in legato, quam in debito, quia legatum debet eſſe ex cauſa lucrativa: plus poteſt eſſe in legato, quam in debito pluribus modis, puta ſi quod ſub conditione debebatur pure legatum ſit; inſuper plus poteſt eſſe in legato, quam in debito ſi debitum fuerat ſolvendum ex. gr. infra annos quinque, citius ſolvi legatum iuſſum fuerit; modo etiam, atque loco; tamen ſecundum aliquos quamvis plus non ſit in legato, quam in debito valet legatum ea forte ratione, quia duplicantur actiones creditori ex Teſtamento ſcilicet, & actione debiti contra debitorem. Ex

Ex hactenus dictis ſequitur utile eſſe legatum dotis receptæ factum mulieri a marito, cum plus ſit in legato quam in debito, actione etenim ex legato ſtatim mulier dotem conſequi poteſt, quam ſi conſiſteret in mobilibus actione ex dote non poſſet conſequi niſi poſt annum, & præterea ex legato poteſt petere dotem in ſolidum ab hæredibus mariti, quæ alias ſi ſint filii, actione de dote non tenentur, niſi in quantum facere poſſunt; quod ſi maritus uxori dotem legaverit, quam non recepit utile erit legatum ſi quantitatem dotis expreſſerit, vel ex inſtrumento dotali quantitas appareat, ſecus ſi quantitas, aut res certa deſignata fuerit propter incertitudinem.

Legari poteſt etiam quota, aut pars hæreditatis a Teſtatore acquiſita, vel etiam ex bonis propriis eiuſdem, *Voet. ad Pand. lib.* 30. 31. *&* 32. *tit. unic. num.* 19.

In quo hæc legata ab aliis diſcrepent, *vid. Camarel. de legat. libr.* 12. *cap.* 3. *in fin.* §. 17. *Text. relat. apud Voet. ubi ſupra, & in Florent. Donationis ſuper liquidatione Bonorum diei* 26. *Iulii* 1773. *cor. Vinci pag.* 10. §. 28. *adde eumdem Camarell. lib.* 3 *de hæredit. legat. qu.* 2. *num.* 1.

Poſſunt legari etiam res incorporales, veluti nomina debitoris, quo caſu hæres tenetur cedere actiones, non autem exigere creditum.

Facta etiam poſſunt legari, veluti ſi Teſtator legaverit, quod hæres domum alterius dirutam reficiat.

Legata re in genere infimo, puta equo, legatum eſt utile, & electio eſt Legatarii non hæredis; verum ſi legetur in genere ſumma, vel ſubalterno, veluti res, animal &c. legatum eſt inutile. Legatum generis, aut quantitatis nunquam perit, ſecus tamen legatum ſpeciei, ſi ſpecies illa amplius non exiſtat facto aliquo abſque hæredis culpa.

Si legatum augumentum, aut decrementum patiatur, id contingit commodo, aut damno legatarii, donec Teſtator vivat; Nam poſt eius mortem, ſi augeatur ante quam hæres adeat hæreditatem, augumentum intrinſecum ſpectabit ad legat[illegible], extrin- arium ſecum vero ad hæredem.

Si decrementum conſiſtat in eo, quod Principale eſt rei legatæ, etiam acceſſoria extinguuntur.

Legari nequit perſonæ, quæ certa fieri non poteſt; Non nocet error in nomine, aut demonſtratione legatarii, aut rei legatæ. Tamen ſi diſponens vocavit alio nomine rem ſuis oculis ſuppoſitam legatum erit inutile, niſi valde ſimilis ſit res legata rei, cuius nomen adhibitum fuit, vel niſi nomen iſtud ſignifi-



Digitized by Google

candum extendi valeat. Relinqui poteſt legatum, quod habiturum ſit initium a morte hæredis, vel legatarii.

Legatarius cui adiecta fuit conditio in abſtinentia a facto conſiſtens, uti valet cautione Mutiana, ſcilicet promittendo ſe id non facturum, ac ſi fecerit reſtituturum hæredi legatum cum fructibus, & ſtatim legatum accipiendo.

Relinqui poteſt legatum generis, vel ſpeciei inter plures disiunctive, aut alternative ex. gr. relinquo Titio picturam, aut ſtatuam; tale eſt legatum, quod optionis dicitur, quodque non videtur differre a legato electionis, quod conſiſtit in relinquendo rem in genere, vel alternative unam ex pluribus eligendam, ſive ab hærede, ſive a legatario, quo caſu optimum eligere poteſt.

Proprie tamen dicitur optio, ſive electio legata quando legatum conſiſtit in ſola eligendi facultate.

Differunt hæc legata a legato generis, aut ſpeciei alternative relictæ abſque declaratione, cui nam competere debeat eligendi facultas.

Involutæ quæſtiones, quæ de huiuſmodi legatis agitari ſolent habentur, *apud Vinnium hoc titulo; & apud Voet. ad Pand. tit. 5. lib. 33. & apud De Luc. de legat. diſc. 12. & 13.*

## N O T Æ.

Legata poſſunt fieri non ſolum in Teſtamentis, verum etiam in contractibus, & revocabilem naturam continere, *Bartol. in L. legatum 37. num. 3. verſ. ſed ſi ff. de legat. 2. Gomez. var. reſol. cap 12. num. 4. tom. 1. Surd. dec. 127. num. 9. & 10. Rot. dec. 189. num. 9 & 10. par. 13. rec.* quamvis olim fieri non poſſent ſine Teſtamento, & hæredis inſtitutione, hodie de Iure Digeſtorum, & Codicis relinqui poſſunt in codicillis, & prorſus ab inteſtato, ac per Teſtes probari, *Leg. 1. ff. de legat. 1. Leg. 2. Cod. commun. de legatis, Gobio conſ. 37. num. 7.* Per ſcripturam quinque Teſtibus munitam, *Genua de ſcript. priv. lib. 3. qu. 22. & 23.* Immo per ſcripturam ab ipſo legatario ſcriptam ſi fuerit a Teſtatore ſubſcripta, & approbata ſpecialiter *Rot. par. 13. rec. dec. 190. per tot.*

Legatum non vitiatur ex falſa cauſa adiecta cum cauſa non requiratur, *Leg. cum tali §. falſam ff. de condict. & demonſtrat. §. longe inſtit. hoc tit. Rot. par. 11. rec. dec. 326. num. 3. &c.* niſi cauſa eſſet finalis, vel conditionaliter appoſita *Surd dec. 142.* & fieri poſſunt ſimpliciter in diem certum, ex certa die ſub modo, ſub conditione, ſub demonſtratione, *Leg. pr. in princ. ff. de condit. & demonſtr. Vaſquez. opuſcol. moral. Tract. de teſtam. cap.*

8. §.

8. §. 2. *Oinot. in §. Longe magis inſtit. h. tit.* Pariter relinqui poteſt nomine pœnæ, quando ſcilicet Teſtator aliquid oneſtum præcipit, & in caſu inobſervantiæ vult Caio dari centum, *Leg. pr. ff. de his quæ ſub nomine pœnæ & Leg. unic. Cod. eod.* Niſi pœna eſſet in voluntate captatoria, *Surd. dec.* 228. *& deciſ.* 232, *per tot.*

Non ſolum pro legatis competit actio perſonalis, ſed etiam hypothecaria, *L. pr. Cod. de commun. legat* §. *inſtit. hoc tit.* verum etiam utile Salvianum *Viv. dec.* 395. & datur ſuper bonis Teſtatoris ad hæredem pervenis, quod intelligitur etiam pro Fideicommiſſis. Animadvertendum tamen eſt, quod hæc hypotheca eſt diverſæ naturæ aliarum, nam aliæ dantur in ſolidum contra omnes debitores, & hæredes, hæc vero datur tantum pro portione hæreditaria, & pro illa rata tantum, pro qua competit actio perſonalis, *Leg. pr. Cod. comm. de legat.* §. *noſtra inſtit. hoc tit* Quod tamen non procedit in dote legata *Surd. conſ.* 109. *num.* 10.

Hæc hypotheca non datur pro fructibus rei legatæ, etiamſi Teſtator aliquid legaverit de fructibus *Surd. dec.* 28. *num.* 10. Item non datur in legato annuo ſuper rebus Teſtatoris, *Natt. conſ.* 323. *Grat. diſcept. for. cap.* 1294. Quam opinionem non ſatis probat *Marzimed. examinat.* 23. *ſub num.* 50. *vidend. cum dec.* 38 ubi firmat, quod pro legatis alimentorum poſſit convenire unus ex cohæredibus *Rot, Rom. dec.* 260. *num.* 6. *e* 15. *par.* 11. *rec,* Non firmat hypothecam pro annuo legato niſi illud ſit perpetuum „ & *Guid. Pap dec.* 432. rationem adſignat „ Quia legatum perpetuum conſideratur tamquam ſors.

Hæres adiens hæreditatem abſque beneficio Legis &c. cenſetur contraxiſſe cum legatariis, & in ſe ſuſcipere videtur onus, ac proinde legatarii ab eo recte legatum actione in perſonam petere poſſunt, quæ ſecumfert hypothecam *Rot Rom. dec.* 438. *num.* 5. *& ſeqq par.* 5. *tom.* 2. *rec.* verum regulariter non datur hypotheca in bonis hæredis, quæ non perveniunt a Teſtatore *dec.* 4. *num* 32. *par.* 5. *tom.* 1. *dec* 468. *num.* 2. *par.* 5. *tom.* 2. *rec* Sed per moram traditionis remanent etiam hypotecata bona hæredis, *dec.* 273. *num.* 11. *par.* 12. *rec. Marzimed. dec Senen.* 37. *examinat.* 23. *num.* 42. *&* 43. Pro coronide addendum, quod ex *Stat. Florent. Rubr.* 31. Legatarius, ſeu Fideicommiſſarius propria auctoritate poteſt, rem legatam, ſeu &c. accipere *Marzimed. in addict. ad examinat.* 13. *num.* 17. *fol* 28.

Hæres aut legatarius, cui certa quantitas relicta eſt nequit onerari ad reſtituendum aliquid maius quantitate in qua hono-

 ratus

ratus eſt, computatis uſuris per *Text. in Leg. Imperator §. cum quidam ff. de legat. 2. Florent Iuriſpatron. diei 7. Iunii 1758: coram De Riccis.*

Legata relinqui poſſunt iis tantum, qui hæredes inſtitui valent. excepto legato alimentorum.

Modus computandi alimenta legata ſtatuitur in *Leg. hæreditatum 66. & Leg. cum Titio 55 ff. ad Leg. falcidiam, & Florentiæ vide la Scala di S. Maria nuova „ Florentina Prætenſæ nullitatis Donationis cor. Soldani.*

In dubio legatum præſumitur una vice præſtandum, & non annuum, aut reiterabile. *Theoric. in Leg. boves §. hoc ſermone ff. de verb. ſignific: de qua Rot. noſtr. in Liburnen. Mandati 15. Aprilis 1719. cor. Piccinini, & Caſaregi, & in Volaterrana Legati diei 18. Iunii 1751. cor. Mormorai, Angiolini, e Meoli §. Come ſocio.*

---

## *De Prælegato.*

In iure certum eſt dari legatum, & prælegatum, quod ex communi Doctorum Sententia eamdem quam legatum definitionem ſortitur „ id eſt, quod ſit delibatio hæreditatis *Leg. cum legatum 119. ff. de legat. 1:* „ ſive donatio quædam in Teſtamento relicta, *Leg. legatum 37. ff. de legat. 2.* „ Clarius tamen definiri poteſt donatio quædam a defuncto relicta ab uno hærede, alio cohæredi, vel cæteris præſtanda; non ſibi metipſi, ſi unicus hæres ſit: Patet ſiquidem legatum hæredi a ſemetipſo datum non valere; *Vulpian. in Leg. plane 34. §. 11. ff de legat. 1* „ Inquit enim „ Si duobus res legata ſit quorum alter hæres inſtitutus ſit, a ſemetipſo inutiliter legatum videtur, ideoque, quod ei a ſe legatum eſt ad collegatarium pertinebit *Florentin. in Leg. legatum 116. §. 1. ff. eod.* his verbis reſpondet „ hæredi a ſemetipſo legatum dari non poteſt ex pluribus rationibus, & ex ea potiſſimum, quod in eadem perſona reſpectu eiuſdem rei debitum, & creditum conſiſtere nequeat, & hæredibus a ſeipſis legari nequeat.

Verum regula prædicta limitanda eſt ad effectum retentionis prælegati, quando iidem hæredes ſunt gravati onere fideicommiſſi, & ſubſtitutus cui tenetur hæreditatem reſtituere, *Leg. plane §. ſi duobus ff. de legat 1. Peregr. de fideicomm. art 7. n. 16. Fuſar de ſubſtit. qu 650. num. 9. Rot. dec. 135. num 7 dec. 150. n. 10. dec. 358 par. 16. rec.* Alter

Alter caſus limitationis eſt, cum pluribus hæredibus inſtitutis uni ex his generaliter aliquid prælegatum eſt, in quo etiam non adita hæreditate legatum obtinere poterit, dummodo unus ex cohæredibus hæreditatem adierit, *Leg. & quidem, & Leg. quæſitum qui filiabus §. ult. ff. de legat.* 1.

Poſtremus eſt cum plures ſunt hæredes, & tunc aut legatum fit uni ab omnibus, & valet pro portione cohæredum *dict. Leg. qui filiabus* 17. *ibiq. Gloſſ.* & tunc hæres conſequitur portionem ſuam tamquam hæres, & portiones aliorum tamquam legatarius: aut omnibus legatur ab omnibus, & ſiquidem ſive æqualiter, ſive inequaliter inſtituti ſint, non valet legatum, quia tantum tenetur quis eorum dare, quantum recipit *Surd. deciſ.* 205. *per. tot.*

Quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi *Cont. dec. Flor.* 99. *Bich. dec.* 496. „ An debeatur titulo hæreditatis, vel Iure legati, & quomodo ſubſtineri poſſit in totum, vel tantum pro parte, *Altograd. conſ.* 87. *n.* 7. *& conſ.* 88. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 2

## *De Iure Accreſcendi, & alia.*

IUS accreſcendi eſt modus acquirendi dominii de Iure Civili per quem Portio hæredis, ſeu collegatarii, qui non acquirunt, ſeu non concurrunt portioni eius, qui concurrendo acquiſivit, ipſo iure accreſcit. Verum quemadmodum in hæreditate locum habet Ius accreſcendi, quia nemo pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt, ita in legatis, & fideicommiſſis, adeoque dum Teſtator duos in eadem re coniunxit, maluiſſe videtur, ut res ad legatarium perveniret, quam in hæreditate remaneret, ex quo fit, quod locum tantum habeat inter coniuntos, de quibus hic breviter agemus Ad rem ſciendum, quod pluribus modis legata relinqui poſſunt: Primo alternative, ut Titio, & Caio, ut hæredi placuerit centum lego, quo caſu ſi uni ex illis hæres ſolverit, liberabitur: Secundo poſſunt legata relinqui coniunctim, & coniunctio hæc triplex eſt. Primo dicuntur aliqui re coniuncti non autem verbis, veluti ſi Teſtator dixerit „ Caio fundum tuſculanum do lego, eumdemque fundum Titio lego „ Iſti enim re coniuncti dicuntur, quia eadem res omnibus relicta eſt ſub diverſis propoſitionibus, ideo non dicuntur coniuncti verbis, alii verbis tantum „ ut Titio, & Caio fundum tuſculanum, pro equis portionibus do, lego „ Alii demum

mum re, & verbis coniuncti dicuntur „ Ut Sempronio, & Mevio fundum tuſculanum do, lego „ En eadem res ambobus ſub eadem propoſitione relinquitur.

His ita conſtabilitis prima regula erit, quod legatum pluribus coniunctis re, & verbis, vel verbis tantum ſingulis illorum cenſeatur relictum pro æqualibus portionibus; Coniunctis autem re tantum cenſetur cuilibet illorum legatum relictum in ſolidum, ſed ipſi per concurſum, id eſt cum omnes petunt rem legatam, tunc illa dividenda eſt inter eos, *§. ſi eadem res inſtitut. tit. de legat.* cuius rei effectus eſt, ſi enim unus ex legatariis ita coniunctis cui a Teſtatore aliquod onus iniunctum fuerit, legatum repudiet, repudiatum legatum devolvitur ad legatarium, non Iure accreſcendi, ſed Iure non decreſcendi, ideoque ad hunc collegatarium dictum onus non tranſit, quia ipſe lucrum, quod capit non ſentit ex perſona repudiantis, ſed ex proprio legato, quod ipſi in ſolidum, cum ſocio, & totum ab initio relictum fuit, *Iaſon. in Leg. re coniuncti ff. de legat.* 3. licet hæc verba accreſcere, vel non decreſcere, ut plurimum per ſcribentes confundantur, ac promiſcue uſurpentur, *Gloſſ. in Leg.* 1. *§. fin. ff. de uſufruct. accreſcend. Bellonio de iure accreſc. cap.* 5. *qu.* 20. *n.* 3 *Craſſ in §. Ius accreſc. qu.* 6.

Secunda regula eſt, quod portio unius legatarii deficientis tranſit ad alium collegatarium coniunctum illi, vel tantum re, vel verbis tantum, vel re ſimul, & verbis, *§ ſi eadem res inſtitut. h. t.* Legatum pluribus modis defeciſſe dicitur: & primo quando illud legatarius repudiat: ſecundo, quando legatarius vivo Teſtatore deceſſerit, tunc enim legatum ad hæredes non tranſmittitur: tertio ſi decedat poſt Teſtatorem, ſed ante quam cedat dies legati.

Ad intellectum ſciendum eſt cedere diem legati eſſe legatum deberi, ſed non peti poſſe; venire autem diem ſignificat eum diem veniſſe quo legatum debitum peti poteſt, *ad Text. in Leg.* 213. *ff. de verb. ſignific.* neque enim ſemper aliquid peti poteſt ſtatim ac debetur, ut puta „ Promitto tibi ſolvere centum, prima Octobris, ſtatim ac promiſi centum tibi debeo, attamen ante primam octobris diem centum promiſſum petere nequis.

*Appendix.*

Ius accreſcendi, a non decreſcendi Iure in hoc tantum differt, quod primum locum habet cum res pluribus in ſolidum non ſit relicta, ubi vero relicta ſit in ſolidum, vel de Iure individuo agatur, veluti Ius patronatus &c. locum non decreſcendi

di Ius habere videtur. Etenim primo caſu, cum res in quolibet non ſit in ſolidum pars deficientis alteri perveniens, in hoc, cum per prius non adeſſet, optime huic accreſcere dicitur, non utique in ſecundo caſu, quia deficientis portio, alteri ſuperveniens in hoc, cum per prius ſolidi, vel individuitatis ratione iam adeſſet, congrue non accreſcere ſed decreſcere dicitur. *Bartol. in Leg. re coniuncti num.* 23. *ff. de legat.* 3. *Rot. Rom. par.* 15. *rec. dec.* 322. *n.* 8. *e* 9. *&* *par.* 16. *dec.* 248. *&* 256. *per tot. Conti dec. Sen.* 35. *num.* 12.

Ius accreſcendi regulariter non habet locum in contractibus, ſed interdum per accidens contingit, vel ratione individuitatis rei, vel intereſſe, *Leg fundus §. de contraheud. emptione Leg. ſtipulatio §. alteri ff. de verb. oblig. Grat. diſcept. for. cap.* 272. *num.* 10. *cap.* 756. *num.* 57. *ad mater. vidend. Bellon. de iure accreſcend. cap.* 6. *qu* 32. *num.* 35. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *num.* 5. *Rot. par.* 11. *rec. dec.* 154. *num.* 12. *Magon. dec. Lucenſ.* 7. *num.* 33. *& dec.* 8. *per tot.*

Ius accreſcendi non competit in legato alimentorum, vel uſusfructus ad alimentorum valorem limitati.

Si Teſtator pluribus Legatariis relinquat quantitatem, quæ omnibus coacervatis portionibus excedat ſuas facultates ſit inter ipſos diminutio pro rata relicti, *Leg. ſi quis Teſtamento §. apud Iulianum ff. de legat.* 1. de qua regula *vid. Camarell. de legat, lib.* 6. *cap.* 5. *De Luc. de legat. diſc.* 34 *Marta de ſucceſſ. legal, par.* 4. *quæſt.* 18. *artic.* 9. *Peregrin de fideicomm. art.* 4 *n.* 63, *in fin. Boer. dec.* 145. *Rot. in recent. deciſ.* 83. *num.* 18. *& deciſ.* 153. *num.* 11. *par.* 9.

## *De Cautionibus in genere, & in ſpecie.*

CAutio pro ſecuritate accipitur, & ſic plus cautionis in rem eſſe, quam in perſonam dicitur *in Leg. plus* 26. *ff. de reg. iur.* Generaliter prolata omnis ſcriptura appellatur, qua cui proſpicitur, ſive obligationis, ſive liberationis emittitur, *Leg. lecta eſt* 40. *ff. de reb. credit.* Cautio eſt nuda, vel non nuda; Cautio nuda ſimpliciter Cautio appellatur, *Leg. ſancimus* 3. *Cod. de verb. ſignificat. ibiq. ſumma:* Verbum Cautio intelligitur de nuda promiſſione non nuda eſt fideiuſſoria, vel pignoratoria, vel iuratoria, *Heinecc. in pandect. lib.* 2. *tit.* 8. *par.* 1. *qui ſatiſdare coguntur in addit. ad §.* 299. verum non nuda eſſe dicitur ſi aliquid

ſit

ſit adiectum, veluti quod ſit idonea, ſufficiens, plena, vel ſimilis, vel ſi verſemur in indiciis, vel ubi Lex mandet caveri cauſa cognita, vel de indemnitate, vel perſona ſit ſuſpecta, vel de actu, de cuius natura ſit præſtandus fideiuſſor, vel de cautione quæ Legatorum, vel Fideicommiſſorum nomine præſtatur, nam tunc intelligitur cum datione fideiuſſoris, vel pignoris, *Leg.* 50 *ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinent. Mauro de fideiuſſoribus par.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 8. *n.* 9. *Merlin. de pignorib. lib.* 1. *tit.* 1. *qu.* 3. *e* 4. Inter recenſitas Cautiones præcipuum locum obtinet Mutiana ſic dicta, quia a Lucio Mutio inventa, ut in ultimis voluntatibus actio, quæ numquam nata eſſet, nec pendente conditione naſci poſſet, mediante Cautione iſta naſcatur ex. gr. ſi alicui Legatum &c. relinquatur ſub conditione poteſtativa, negative concepta ſcilicet, ſi Capitolium non aſcenderit; Conditio hæc ante mortem Legatarii perfecte ab eo impleri nequit, ſed conditione non extante, nec obligatio, nec actio nata dicitur, ergo Legatum peti non poteſt, *Leg. cedere diem* 213. *ff. de verb. ſignific.* ideo Mutius cautionem hanc invenit, ut per Legatarium caute promittatur de numquam aſcendendo, & ſi contrafecerit de reſtituendo Legato cum omnibus &c. *Leg. Mutianæ* 7. *& ibi Bartolus Leg. Titio fundus* 73. *ff. de condit. & demonſtrat.*

Paſſim Cautio hæc locum habere poteſt in Legatis negative conceptis, ut diximus, verum etiam in uſufructu mulieri relicto adiecta conditione ſi non tranſierit ad ſecunda vota, *Leg.* 1. *Cod. de uſufruct. Borgnin. Cavalcant. de uſufruct. mulieri relicto ſub n.* 13. Si de uſufructu agatur precedere debet Inventarium earum rerum, quæ uſufructui ſubiiciuntur, & ſubſequi promiſſio de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo finito uſufructu, ut in *Leg. ſi cui pr. in princ. & in §. habet autem ff. ab uſufruct. quæmadmodum caveatur, Papienſ. in form. libell. quo uxor agit ad dotem gloſſ. dedit ſub n.* 4. *Ciarlin. contr.* 109. *n.* 28.

## *Appendix.*

Cautio iuratoria privilegio niti, ac eo gaudere viros Illuſtres, quibus ipſa dignitas fidem conciliat, poſſeſſoreſque rerum immobilium, tradit *Heinecc. loc. cit.* §. 302. *ex Merlin. de pignor. lib.* 1. *tit.* 1. *qu.* 4. *n.* 2. conſtat quod divitiæ æquipollent cautioni, *Rot. par.* 2. *diverſor. dec.* 281. *n.* 4.

Ex communi Doctorum ſententia Cautio Mutiana non habet locum in contractibus, *Mauro de fideiuſſorib. par.* 1. *ſect.* 3 *cap.* 24 ſed tantum in relictis ultimarum voluntatum, & in donationibus cauſa mortis. Quam-

Digitized by Google

Quamvis alibi demonſtratum fuerit quomodo decernendum ſit, ſi Teſtator liberet Uſufructuarium ab Inventario, & Cautione, addendum putamus, quod tenent multi id non eſſe admittendum, & quibus caſibus *Leg. ſi uſuſructus* 1. *Cod. de uſuſructu Ciarlin. controv.* 109. *n.* 28. *addit. ad deciſ. Gratian.* 3. *num.* 5. *e* 6. *Baitell. de ultim. volunt. deciſ.* 93. ubi non obſtante liberatione a confectione Inventarii, & a Cautione ſub caducitatis pœna hæredibus impoſita, mulierem moleſtantibus fuit condemnata deſcribere bona, quæ uſu conſumuntur cautionemque præſtare.

Cautio Mutiana habet etiam locum in conditione adfirmative concepta eo modo quo ante mortem impleri non poſſit, *Geriſpin. conſ.* 98. ubi examinat quando dictio *dummodo* importet conditionem, *Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 13. *n.* 12. quod debeat præſtari etiam in diſpoſitione modali, quia etſi modus non impediat nativitatem actionis, agens repellitur doli exceptione, niſi realiter offerat cautionem de modo implendo, *Leg. ſi bis cui & Leg. cum in teſtamento* 48. *ff. de fideicomm. libert. Auth. cui relictum Cod. de indic. iudic. tollend. Gratian. diſceptat. for. cap.* 250. *num.* 23. *& cap.* 400. *num.* 17.

---

*Monita pro Neotericis Tabellionibus circa Legata.*

QUando ſit Legatum de rebus futuris ver. gr. quando legantur fructus, vel partus naſcituri, ſi Legatarius decedit ante quam naſcantur, attamen debentur, quia eos tranſmittit ad hæredes; ſit ergo cautus Notarius recte explicare mentem Teſtatoris ad tollendas dubietates.

Licet hæredis inſtitutio ſit fundamentum, & ſubſtantia Teſtamenti, tamen legata non ſolum poſſunt, ſed etiam ſolent præmitti in ordine ſcripturæ hæredis inſtitutioni.

In exigenda Dote maius privilegium habetur ex Legato, quam ex Hypotheca dotali, quare oportunum erit, quod maritus dotem vigore legati, & omni meliori modo relinquat; ex hoc enim Legato poterit emergere, quod hæredes non poterunt deducere expenſas, quas fecit vir in recuperanda dote, dummodo tamen dos in quantitate expreſſa legetur.

Pœna adpoſita in Legato facto puellæ cum conditione ne nubat, & virgini ut nubat, vel non, non valet.

Si Teſtator vult legare alicui eo modo, quo non poſſit revocari Legatum dicatur ſic „ Iure Legati legavit Titio ſcuta

centum perſolvenda poſt mortem dicti Teſtatoris, promiſitque mihi Notario uti publicæ perſonæ pro dicto Titio ſtipulanti, & acceptanti etiam mediante eiuſdem iuramento accepto ad delationem mei, dictum legatum non revocare, & ſi revocetur intelligantur dicta ſcuta centum donata inter vivos; nam iſto caſu haberet vim contractus, & contractus, ut iam obſervavimus, in Teſtamento factus revocari nequit, *Surd. dec.* 127. *n.* 14.

Si Teſtator aliquod debitum confiteretur in favorem alicuius, ad hoc ut huiuſmodi confeſſio ſit irrevocabilis cautus ſit Notarius, vel facere ut ſupra, vel quod ſit præſens creditor, & acceptet, quod exprimi debet; reliqua vide ſparſim alibi in hoc volumine.

Legatum mobilium attenta proprietate verborum comprehendit omne id, quod eſt aptum moveri de loco ad locum, *Sabell. reſolut. cap.* 10. *n.* 29. ac etiam pecunias *Leg. ſi chorus* 77. §. 1. *ff. de legat.* 3. *Rot. par.* 3. *diverſ. dec.* 1169. *per tot.* præcipue cum ſint adiecta verba „ *omnia*, *& cuiuſcumque generis* „ *Altograd. conſ.* 79. *n.* 13. *lib.* 1. *Ludoviſ. dec.* 257. *n.* 10. de pecuniis tradit *Altograd. conſ.* 70. *n.* 38. *&c. lib.* 1. niſi ſint Negociationibus deſtinatæ.

Sub Legato ſupellectilium, quæ erant in domo Teſtatoris tempore mortis eiuſdem comprehenduntur, quæ in domo ſtare ſolebant, ſed fuerunt alibi aſportatæ pro modico tempore, *Rot. poſt Gyrond. de gabellis dec.* 14 *num.* 1. Maxime quando Legatum conceptum fuit non per verba de preſenti, nempe mobilia, quæ ſunt, ſed futuri temporis quæ erunt, vel erant. *d. dec. n* 2.

In Legato facto mulieri de veſtibus, quæ veniant, *Altogr. conſ.* 70. *n.* 55 *lib* 1. ergo clare per Notarium erunt ſingula explicanda.

## DE ADEMPTIONE, DIMINUTIONE, ET TRANSLATIONE LEGATORUM.

### *T I T. XXI.*

QUum hæreditas teſtamento data non niſi altero Teſtamento adimi queat, vel alia diſpoſitione iuxta formam de qua egimus; Legata tamen non ſolum in Teſtamento, ſed etiam in Codicillis adimi poſſunt, non ſolum verbis contrariis ex. gr. quod Seio legavi amplius id ei non lego, ſed quibuſcumque aliis verbis; verum non ſolum poſſunt adimi, ſed etiam transferri ex uno

Digitized by Google

uno in alium ex. g. quod Caio legavi Sempronio do, lego atque etiam minui, & augeri.

N O T Æ.

Ademptio Legati in dubio non eſt præſumenda, immo tam ad ipſam, quam etiam ad legati nullitatem excludendam omnis interpetratio facienda eſt, unde nec rei legatæ alienatio ex cauſa neceſſaria illud adimit, ſecus ex voluntaria, ut per modum regulæ ſic diſtinguitur, ex coniecturis tamen limitandæ.

Legatum ademptum præſumitur, ſi Teſtator ſpeciem legatam prorſus in aliam ſpeciem converterit, vel donaverit, vel extra neceſſitatem, ut diximus, alienaverit; Tertio ſi exegerit creditum in quo legatum consiſtebat; quarto ſi cum Legatario capitalem inimicitiam contraxerit, abſque reconciliatione.

Transfertur autem mutata ſubſtantia eorum, vel perſona Legatarii, aut illius a quo ille capere debebat, vel modo legandi ex. gr. mutando Legatum purum in conditionale, & viceverſa,

Extinguitur primo ſi eorum conditio deficiat. 2. Si Legatarii non acceptent, vel præmoriantur Teſtatori, nec ſint cum aliquo coniuncti 3. Si Teſtamentum tamquam falſum, aut inofficioſum impugnaverint. 4. Si hoc factum ſit a non habente Activam teſtamentifactionem, vel ſit iniuſtum, ruptum, irritum, aut deſtitutum.

*Gabella.*

Florentiæ ex diſpoſitione Statuti Gabellarum conſtat a Legatariis, qui Extranei defuncto ſint, vel ultra gradus expreſſos in dicto Statuto, de quo hic alibi &c. Solvendam eſſe gabellam aliquibus tamen exceptis, videlicet.

Rubr. 15. = E quando ſi diſpone, che ſe foſſe fatto alcun Legato per amor di Dio ad alcuna fanciulla povera per maritarſi, e che tal laſcito non paſſi la ſomma di ſcudi dugento di oro in oro, fatte le prove della povertà, o miſerabilità, tali perſone non devino pagar Gabella = Ed al §. e degli altri = Di detta Rubrica che non ſieno gabellabili i Legati fatti a povere perſone, e miſerabili, quando non eccedino la ſomma di ſcudi cinquanta d' oro in oro = al §. ed acciò = Si determina, che il Legato, Donazione, o Laſcito fatto dalla Zia da canto di padre, cioè ſorella del padre, al nipote maſchio nato di fratello carnale, non è gabellabile, intendendoſi ciò anco della ſucceſſione inteſtata; ma quando detti Laſciti veniſſero dal nipote alla zia, ſe ne deve pagar la Gabella. = §. alle quali Gabelle = I figli

 adot-

adottivi pagano la Gabella di qualunque coſa ottengono dal padre adottante, come ſe foſſero eſtranei.

N O T Æ.

Filii adrogati quando viget eadem ratio, comprehenduntur in Statuto ſimpliciter de filiis loquente, *Rot. poſt Gyrond. de gabell. dec.* 34. *num.* 8. *et* 20. Ideo filius adrogatus reſpectu Gabellæ habetur pro vero filio *d. deciſ. num.* 9. idque dicendum eſt de adoptato. Si agatur de adoptato ab adſcendente ſecus ab extraneo, quia hoc caſu adoptatus non tranſit in patriam poteſtatem. *dict. deciſ. num.* 10.

Hæres tenetur ſolvere Gabellam rerum immobilium relictarum uxori a marito pro reſtitutione ſuarum Dotium, *Rot. poſt Gyrond. deciſ.* 14. *num* 4. cum Dos reſtituenda ſit ſine onere. Secus ſi Legatum Dotem excedat.

Legatum pro ſalute animæ non eſt gabellabile. *dict. Gyrond. deciſ.* 18. *num.* 2.

---

*Quæſtio reſpiciens aliqua, quæ Notariorum muneris ſunt iuxta ea quæ alias monuimus.*

CUM actus, qui ſolemnes dicuntur, vel publici, ſive ſint ultimæ voluntatis, vel inter vivos a Notariis extendendi, ac publicandi ſint, in his certum eſt requiri præſentiam tum Diſponentium, tum Contrahentium reſpective una cum interventu Teſtium a Lege præſcriptorum ſecundum eorum naturam, quia Inſtrumentum non probat ſine Teſtibus, & iſti debent eſſe tales, qui intelligant negotium, quod agitur, *Cyriac. controv.* 444. *num.* 47. Diſcutiendum eſt an Notarii ex debito ſui officii teneantur cognoſcere Contrahentes, ſeu Diſponetes, vel ſaltem Teſtes: De Iure Communi certum eſt, quod non teneantur cognoſcere Teſtes, nec Contrahentes, nec obſtant ea, quæ Doctores tradunt, ſcilicet Notarios teneri de pæna falſi, quando inter ignotos ſtipulantur; nam hoc intelligendum eſt ſtante Statuto, quod debeant illos cognoſcere, *Ricc. collect.* 713. hinc ſequitur, quod hæc notitia requiratur pro forma, quod quidem ſuppleri poteſt per æquipollens, quando forma eſt inducta ob aliquam cauſam, puta vitandæ fraudis, & cauſa deficiat. Ita ſentit *Rot. deciſ.* 149. *per tot. par.* 6. *recent.*

Pro-

Probatur noſtra propoſitio, quia nullibi de hoc in iure cautum reperitur, immo conſtat contrarium deciſum fuiſſe a *Rot. dec.* 62. *par.* 6. *recent.* Scilicet non oportere Notarium notos habere Contrahentes, neque Teſtes ante confectionem Inſtrumenti, ſed ſatis eſſe, quod habeat notitiam eo modo, quo poteſt videndo perſonas ipſorum aſſerentium ſe tales, ut docuit *Baldus in rubr. Cod. de fid. inſtrument num.* 21. verbo In contrarium videtur = ubi quod ſi Notarius deberet cognoſcere Contrahentes, = eſſet quaſi ad nihilum reducere Inſtrumenta = *Ruin. conſ.* 18. *n.* 17. *lib.* 1. *Rot. dec.* 434 *n.* 1. *par.* 2. *diverſor*

Illud tamen eſt animadverrendum, quod in dictione Pontificia ex Conſtitutione Pauli Quinti, Notarii cognoſcere debent ſaltem unum ex Contrahentibus, aut Teſtes, & de tali cognitione mentionem facere in Inſtrumento, ſed ceſſante fraude deciſum fuit, quamvis Notario non conſtaret de eſſentia perſonarum Contractum validum fuiſſe, ut ex *deciſ.* 149. *par.* 6. *recent.* quod quidem obſervandum eſſe cenſet *Sabell. in prax.* §. *Notai ſub num.* 68. ſed quæ diximus inſervire poterunt ad ampliorem explicationem rerum contentarum in Monitis generalibus.

---

### *Quæſtio an Teſtes in Teſtamento, & in Contractibus debeant eſſe rogati.*

Altera inter Doctores inſurgit quæſtio an Teſtes tam teſtamentarii, quam inſtrumentales debeant præciſe rogari, vel a Teſtatore, vel a Contrahentibus reſpective.

Verum incipiendo a Teſtamento dicendum videtur, quod debeant eſſe rogari, & non caſu advenifle, *Claro* §. *Teſtam. qu.* 58. *Magon. dec. Lucenſ* 32. *num.* 6 *cum addition.*

Sed cardo difficultatis in eo verſatur an Teſtator debeat eos rogare, vel alia quæcumque perſona nomine Teſtatoris poſſit eos rogare: ſunt qui tenent eos rogandos eſſe præciſe a Teſtatore: re tamen exactius perpenſa magis receptum eſt ſufficere quod rogentur a quocumque præſente Teſtatore, *Gratian. diſcept forenſ. cap* 843. *num.* 22. immo præſumuntur rogari cum ſit ſolemnitas, quæ tunc potuit intervenire, *Urceol. conſ for. cap.* 88. *num.* 14. *ubi num.* 12. ait ſufficere fuiſſe præſentes, nec eſſe neceſſariam huiuſmodi ſolemnitatem, vel ſufficere fuiſſe rogatos, ſive a Notario, ſive ab alio, atque cenſeri rogatos dum reperiuntur deſcripti, *Altograd. conſult.* 50. & *conſult.* 55. *n.* 50. *lib.* 1.

*Fa-*

*Farinacc. de Teſtib. quæſt. 62. num. 132. uſque ad* 174. & quod de Teſtamento diximus, contractibus etiam aptandum videtur. Illud tamen ſubſtantiale, & certum eſt, quod Teſtes in Teſtamento ut probent debent Teſtatorem videre omni remoto impedimento, & ut aiunt in faciem, *Bartol. in L. 2. § idem labeo ff. de aqua pluvia arcenda Marzimed. dec. 96. num.* 7. & clare audire eius voluntatem *dict. Marzimed. in addit. ad d. dec.* quam ſolemnitatem remitti poſſe putant Doctores tempore peſtis cum tunc ſufficiat Teſtes audiviſſe licet interiecto pariete, *Vaſquez. de ſucceſſ. §. 22. num. 35. Rot. Rom. in Praten nullius Parrochialis* 11 *Martii* 1633. *cor. Veroſpio par. 6. diverſ.* dummodo ceſſet fraudis ſuſpicio *Altograd. conſ. 73. num. 4. libr. 1. Peregr. dec.* 80. *per. tot. Riccio collect.* 324. *&* 1921. *&* 2477. *vol. 4. Rota par. 13. rec. dec.* 331. *num.* 12. ubi agitur de numero Teſtium, & an minor quam ſeptem ſufficere poſſint in caſibus urgentis neceſſitatis, & difficultatis habendi præciſe ſeptem Teſtes.

---

## DE LEGE FALCIDIA.

### *T I T. XXII.*

Legata ſicut voluntate Teſtatoris poſſunt adimi ita Legis diſpoſitione imminuuntur, & propterea ſubditur hic de Falcidia.

Et quoniam olim conceſsa erat Lege duodecim tabularum libera legandi facultas Teſtatoribus, ita ut totam aliquando hæreditatem exhaurirent, vel minimum ſupereſset, fiebat ſæpe numero, ut hæredes hæreditatem non adirent, ex minimo, vel etiam nullo lucro, ex eo quod in legata tota eſset abſumpta. Iſta legandi libertas reſtricta vi Legis Furiæ, & Legis Voconiæ fuit, ſed cum iis Legibus adhuc hæreditas poſset exhauriri ob id poſtremo Lege Falcidia cautum fuit, ne poſset legari plus dodrante hæreditatis, ita ut neceſsario quarta pars eſse debeat pro hæredibus, & ſi plus dodrante relictum fuiſset, legata quoad exceſſum ultra dodrantem ipſo Iure minuerentur in hæredum favorem.

Legis Falcidiæ beneficium non debetur hæredi, qui inventarium rite non confecit, cum præſumatur ita occultaſse bona pro Falcidiæ portione ſufficientia, nec debetur in legatis ad Pias Cauſas, nec in legatis in quibus a Teſtatore prohibita ſit partis Falcidiæ deductio, qui ſibi imputet ſi ob id hæredem non invenit.

In ſingulis hæredibus Falcidiæ ratio obſervatur, quare ſi quis duos,

duos, aut plures hæredes inſtituerit ſcilicet Titium, & Seium, ſi portionem unius ver. gr. Titii legatis exauſit, vel oneravit ſupra dodrantem, licet Seio relictus ſit, quadrans hæreditatis, adhuc Titio competit Legis Falcidiæ beneficium pro conſequenda ſua parte, ſcilicet quatuor uncias.

In ponenda ratione Legis Falcidiæ ſpectari debent vires patrimonii defuncti de tempore mortis illius, ex quo legata legatariis ſolvi, & aſſignari debent.

Præterea in imponenda huiuſmodi ratione prius eſt deducendum æs alienum defuncti, funeris impenſæ, prætia ſervorum Teſtamento manumiſſorum, impenſæ medicorum, pharmacopolarum &c. & ratio eſt manifeſta, quia bona non intelliguntur niſi quæ ſuperſunt deducto ære alieno, *Leg. ſub ſignific. §. bona ff. de verb. ſignific.*

NOTÆ.

Si plures in genere ſint inſtituti hæredes, omnibus amplius detrahere non licet quam quadrantem inter ipſos dividendum *§. in fin. inſtit. h. t.* ſin vero in ſpecie, & ſeorſim plures ſint, & una cohæredis portio legatis ſit exauſta, aut nimium gravata, alterius vero nullo modo, tunc licet gravato quartam de legatis e ſua portione detrahere, *Vinn. in §. & cum quæſitum inſtitut. h. t.*

Hæres imputare debet in dicta ſua quarta ſolum id, quod illi eſt relictum titulo inſtitutionis, hinc oritur, quod ſi ipſi aliquod ſingulare fuiſſet a Teſtatore relictum, quod prælegatum in Iure vocatur id non deberet in quarta imputari, & ideo differt quarta Falcidiæ, a quarta Trebellianicæ, quæ detrahitur ex fideicommiſſis univerſalibus, in illa enim computatur totum id, quod hæres quovis titulo a defuncto obtinuerit, ad *Text. in Leg. in quartam ff. ad Leg. Falcidiam.*

Detrahitur hæc quarta non ſolum ex legatis, ſed etiam ex donationibus cauſa mortis *Leg. ſi mortis Cod. ad Leg. falcid.* nec non ex donationibus illis inter vivos, quæ morte confirmantur. (1)

Ceſſat aliquando falcidia, & primo ſi eam Teſtator expreſſe prohibuerit (2), Secundo in ea re quam Teſtator alteri reliquit, ea conditione, ne alienetur, vel diminuatur (3), Tertio in relictis ad Pias Cauſas. Quarto ſi hæres promiſerit ſe integra legata ſoluturum (4). Quinto ſi hæres adierit hæreditatem non confecto inventario. (5)

(1) *Leg in donatione Cod ad Leg. falcid. Gratian. diſcept. for. cap.* 247. (2) *Auth. ſed cum teſtator Cod. ad Leg. falcid.* (3) *Auth. ſed*

*ſed & in ea Cod. eod.* (4) *Leg. fin. Cod. eod.* (5) *ad Text. in Leg. finali §. ſin vero Cod. de iur. delib. ad mater. Sabell. in ſum. §. trebellianica n. 19. & §. falcidia n. 11.*

## DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS AD SENATUS CONSULTUM TREBELL.

### *TIT. XXIII.*

Fideicommiſſum eſt quædam liberalitas, qua res verbis præcariis, vel alio quocumque iudicio ultimæ voluntatis miniſterio alterius commiſſæ in aliquem conferuntur. Dividitur in ſingulare, & univerſale, de quo in præſenti; Univerſale namque eſt cum tota hæreditas univerſali titulo alteri eſt reſtituenda; Singulare cum ſingulæ res veniunt reſtituendæ de quo inferius.

Item. alia ſunt pura, alia conditionalia, alia ex die: Hodie fideicommiſſa omnino, & neceſſario ſunt adimplenda, cum olim tantum a fide, & pudore hæredis penderent.

Fideicommiſſum poteſt relinqui in Teſtamento, codicillis, & ab inteſtato, & quidem poteſt conſtitui tam totius hæreditatis (iure communi inſpecto) quam quotæ, & tam pure, quam ſub conditione, & ex certo tempore ad differentiam directæ hæreditatis, quæ ex certo tempore dari nequit. Adeo tamen, ut valeat, ſi Teſtamento relinquatur, debet fieri in eodem Teſtamento, in quo facta eſt hæredis inſtitutio, quia a Teſtamento ſumit vim, tamquam a principali. Hæredes hodie fideicommiſſum particulare, aut hæreditatem reſtituere gravati retinent ſibi quartam vulgo trebellianicam, diviſis actionibus, & oneribus hæreditariis inter hæredem, & fideicommiſſarium pro rata portione ſingulorum. Quod ſi totam hæreditatem hæres adeat, ut adeat coactus, totum lucrum, & damnum tranſit in fideicommiſſarium; verum tamen eſt, quod ſicut a Teſtatore poteſt prohiberi deductio falcidiæ, ita & trebellianicæ, quæ pariter non deducitur de relictis ad Pias Cauſas; utrum autem trebellianica amittatur ab hærede qui non confecit inventarium certant inter ſe Doctores, quorum alii affirmant, alii negant; negativa vero ſententia verior videtur, cum nulla id cautum lege reperiatur, ſicut reperitur de falcidia, quod ſi hæres gravatus quartam ſibi non reſervaverit, ſi id fecerit errore iuris, illam amittit, error enim iuris eſt ineſcuſabilis; Si vero errore facti poteſt repetere cum hu-

huiuſmodi error excuſet; & quidem id procedit ſive hæres in tota, ſive in parte hæreditatis ſit inſtitutus, ſive totam hæreditatem reſtituere gravatus ſit, ſive partem. Si hæres uſus non ſit iure ſuo detrahendi trebellianicam, ut donaret primo fideicommiſſario, non autem fideicommiſſo, poteſt fideicommiſſarius illam detrahere, ex iuribus hæredis eius auctoris.

Si res quarum detractio volita eſt quartam non adæquent, poteſt hæres, vel ſupplementum petere, vel quod deeſt retinere titulo hæreditario, contra quoad exceſſus ſuper quartam eſt obnoxius legatariis, & creditoribus.

Si hæres inſtitutus rogatus ſit a Teſtatore, retenta ſibi re aliqua certa, totam hæreditatem, vel partem reſtituere alteri, in tali caſu omnes actiones hæreditariæ tranſeunt in fideicommiſſarium, ita res percepta, ſive retenta abſque ullo onere, quaſi ex lagato hæredi acquiratur. Si vero rogatus ſit reſtituere hæreditatem, retenta quarta, actiones hæreditariæ ſcinduntur pro rata inter hæredem, & fideicommiſſarium.

Fideicommiſſum ab inteſtato quoque poteſt relinqui, ut diximus, gravando legitimum hæredem ad reſtituendam alteri hæreditatem, nec obſtat quod legitimus hæres non videatur poſſe gravari, qui a defuncto nihil accepit *Leg. 9. Cod. de fideicomm.* nam revera etiam legitimus hæres videtur a Teſtatore recipere hæreditatem quoticſcumque ab eo per Teſtamentum non auferatur.

Plures gradus poſſunt fieri fideicommiſſi, & id contingit ubi gravatur ad reſtituendam hæreditatem non ſolum hæres primo inſtitutus, verum etiam fideicommiſſarius, cui hæreditas fuit reſtituta, quo tamen caſu ſecundo loco gravato non debetur quarta trebellianica, niſi caſu quo a primo gravato deducta non fuiſſet, ne pluribus detractionibus hæreditas exhauriretur.

Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani fideicommiſſis relinquendis quinque Teſtes requiruntur, quod ſi remotis teſtibus, Teſtator ſolam fidem, & religionem hæredis ſecutus, fideicommiſſum reliquerit, & hæres inficiatur fideicommiſſum petente fideicommiſſario, ipſe hæres cogitur iurare fideicommiſſum ſibi relictum non eſſe, quod ſi recuſet iurare cogitur reſtituere licet abſque ſolemnitatibus relictum, quia non eſt opus Teſtibus, ubi hæres Iudex eſt, & Teſtis *Leg. fin. Cod. de fideicom.* ipſe vero fideicommiſſarius ante quam deferat iuramentum hæredi, tenetur iurare de calumnia.

NOTÆ.

Quo ſpectat ad fideicommiſſorum naturam, exiſtentiam, illorumque progreſſum plura notanda ſupereſſent, quæ tamen ma-

ximi ex parte materiam conieċturalem reſpiciunt, adeoque omittenda cum in hac ſpecie obſervanda ſit Lex diei 2. Iunii 1747. quam inferius impreſſam videbitis, & in qua præſcribuntur regulæ obſervandæ in materia fideicommiſſorum, adeoque in facti contingentia ad eam recurrendum eſt, obſervando præcipue, quod fideicommiſſa ſuper mobilibus, pecuniis, ac ſemoventibus conſtitui non poſſunt, ac eorum progreſſus extendi nequit ultra quatuor capita, cum aliis ibidem obſervandis.

Accedendo tamen ad ea, quæ generaliter naturam fideicommiſſi reſpiciunt, dicimus fideicommiſſum, aliud reale eſſe, ſeu conſervatorium, ſive principaliter in rem directum videlicet in alienationis caſu ſimpliciter conſtitutum, aliud perſonale, ſive abſolutum, vel reſtitutorium (1).

Primum adeſſe dicitur cum, nullo fideicommiſſi præcedente gravamine, Teſtator hæredi eiuſve deſcendentibus, aut collateralibus, eiuſque agnationi alienatione bonorum prohibita, in huius caſu ex eis proximiorem ſubſtituit, & tunc, non curata gradus proximitate infra eos erit alienatio tantummodo permiſſa.

Secundum vero extare cenſetur cum Teſtator hæredi eiuſque deſcendentibus fideicommiſſi gravamen iniunxit, & tunc proximitatis methodus a Lege mandata turbari non poterit, nec alienatio in remotiorem fieri (2). An autem, & quando alienantis vita durante; an & quando fideicommiſſum per alienationis prohibitionem adiectam ad alias quoque perſonas ſit extendendum (3).

Caducitas ab hæreditate impoſita hæredi per modum pœnæ non incurritur abſque probatione contraventionis doloſæ, & animo intervertendi fideicommiſſum, ad quem effectum requiritur probatio ſcientiæ Teſtamenti, præcepti, ac pœnæ, & pertinaciæ, in dicta contraventione, ac demum intimatio, acceptatio caducitatis, & declaratio Iudicis. Ad dignoſcendum autem quando caducitas impoſita ſit per modum pœnæ proponuntur ab *Aretino in Leg. Titia* 134. *ff. de verb. oblig.* tria extrema copulative probanda ſcilicet I. Inſtitutio, aut ſubſtitutio pura, & abſoluta II. Præceptum ſeparatim inductum III. Privatio in caſu contraventionis (4).

Iure Canonico deſcendentibus gravatis ad reſtituendum fideicommiſſum univerſale debentur copulative duo detractiones, ſcilicet Legitima, ac Trebellianica

Filii primi gradus non tenentur imputare fructus poſt mortem Teſtatoris perceptos, & legata (5)

(1) *Rot*

(1) *Rot. Flor. apud de Comit. dec.* 24. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 2. (2) *Rot. apud eamdem dec.* 17. *num.* 68. *& ſeqq.* (3) *Merlin. dec.* 163. *num.* 3. *& ſeqq. tom* 1. (4) *Rot. noſtr. in Florent. prætenſæ nullitatis Teſtamenti diei* 5. *Septembris* 1774. *coram Aud. Antonio Franciſco Pellegrini, & in Florent. prætenſæ nullit. Teſtam. diei* 8. *Aprilis* 1775. *cor. Bizzarrini* (5) *Leg. iubemus Cod. ad Trebell. de qua Theoric. agitur. in Florent. Trebellianicæ diei* 13. *Auguſti* 1743. *cor. Meoli.*

---

*De Primogenitura, & Maioratu.*

QUamvis maioratus, & primogenitura in genere fideicommiſſa dici poſſint, attamen ad quamplures Iuris effectus in ſpecie differunt a primogenitura, igitur inchoando a Primogenitura, illa nil aliud eſt, quam fideicommiſſi ſpecies, in qua ſoli familiarum primogeniti tantum ſuccedunt, hæc ſiquidem alia propria appellatur, alia impropria (1).

Propria etenim primo lineæ, ſecundo gradus, tertio ſexus quarto demum ætatis prærogativam exigit. Quare in primis locus eſt lineæ primo vocatæ, & hac pœnitus evacuata ſecundæ, & ſic deinceps.

Primogenitus, vel eſt naturalis, ſive facti, ſcilicet, qui talis vere natus eſt, vel civilis, ſive Iuris, nempe quicumque talis evadit in defectum naturalis (2). Igitur primogenitus civilis eſt perſona incerta certificabilis a futuro eventu apertæ ſucceſſionis.

Item vel eſt naturalis, nempe qui habet Ius irrevocabile eo quia illi Ius ſucceſſionis a nemine auferri poſſit. Cuiuſmodi ſunt filii, & alii deſcendentes lineæ primogenialis; vel eſt habitualis, id eſt qui proximum in ſucceſſione Ius habet, ſed variabile donec delata fuerit (3).

Super primogenitura non competit beneficium Auth. res quæ niſi prius conſumpto fideicommiſſo generali ſi adſit (4).

(1) *Ad mater. vid. Sabell. in §. primogenit. Bottin. de maioratu in eius indice verb. maioratus* (2) *Florent. Fideicomm. de Ferronis diei* 11. *Septembris* 1739. *cor Finetti num.* 66. *e* 68. (3) *Florent. Fideicomm. de Ferronis ſuper ſucceſſione Primogeniti Iunioris diei* 15. *Maii* 1737. *cor. Venturini ſignanter §.* 90. *& ſeqq. pag.* 45. *& ſeqq.* (4) *Anſald. dec.* 256. *n.* 20.

*De Maioratu in ſpecie.*

MAioratus vero, aut minoratus, alter pariter propiius eſt, ſeu regularis, alter irregularis, ſive ſaltuarius, & alter mixtus: In priori, primo gradus, inde ſexus, poſtea ætas conſideranda: In ſaltuario, ſeu irregulari ætas tantummodo inſpicitur, & ſic de ſeniori in ſeniorem, ſeu de iuniore, in iuniorem, ſpreta gradus prerogativa, fit tranſitus, ita nepos quamvis maioratus, ſive minoratus in partem fuerit ingreſſus, adhuc ab eius patruo ſeniore, ſive iuniore remanet excluſus: alter denique dicitur mixtus hoc eſt partim regularis, ſive linealis, partim ſaltuarius, ut quia de patre in filium ſervato ordine lineali, ſive gradus proximitate uſque ad lineæ primo vocatæ evacuationem proſequi debeat, inde ad aliam lineam non ſpectata amplius gradus, ſed ætatis tantum prærogativa, in vocatos pertranſire, & ſic non proximior, nec in paritate gradus maior, aut minor ætate, ſed ſenior ſemper, aut iunior ſit ſucceſſurus, proindeque in prima vocationis parte regularis, in ſecunda irregularis, adeoque mixtus proprie dicendus, unde in parte regulari patruus maior, ſive minor a nepote, in altera vero irregulari, nepos a patruo maior erit excludendus (1).

Maioratus mixtus dicitur interdum meri facti in ingreſſu, & primogenitura regularis, & linearis in progreſſu (2).

(1) *Ad mater. vid. Torr. de primogenituris Sabell. in ſumm. §. primogenitura* (2) *Piſana Maioratus, & Fideicomm. in origine dividui de Campilia ſuper prælat. maſculor. cognator. diei* 30. *Martii* 1773. *cor. D. Aud. Cattani pag.* 15. *per tot. & in alia eiuſdem diei, & anni ubi quod interdum fideicommiſſum in origine dividuum componere ſubinde poteſt unicum maioratum.*

---

*Oportunum hic duximus Formulam maioratus tradere iuxta Leges ſuperius indicatas ad Neot. Tabellion. Rudimentum.*

„ IN tutti gli altri ſuoi beni mobili, ſemoventi luoghi di mon-
= te, ragioni, ed azioni ſuo Erede univerſale inſtituì, eſ-
= ſer volſe, e di ſua propria bocca nominò, e nomina NN. ſotto-
= ponendo conforme ſottopoſe, e ſottopone a Fidecommiſſo partico-

= ticolare tutti i Beni ſtabili di ſuolo, e Luoghi di Monte che
= ſi troveranno nell' Eredità di eſſo Sig. Teſtatore, ed a detto
= ſuo Erede volgarmente, e per Fidecommiſſo nei ſuddetti Beni
= ſtabili ſoſtituì, e ſoſtituiſce i di lui figli, e deſcendenti maſchi
= fino in quattro gradi in conformità del preſcritto dalle Leggi
= ed ordini veglianti nel modo, e coll' ordine infraſcritto cioè;
= poichè tutti gli ſtabili di ſuolo, o ſiano Fondi ruſtici, e urba-
= ni che ſi ritroveranno nella di lui Eredità volſe, e vole che
= reſtino ſoggetti ad una Primogenitura, alla quale debbano ſuc-
= cedere i deſcendenti maſchi di maſchio del detto ſuo Ere-
= de con ordine di primogenitura lineare fino ai quattro gradi
= permeſſi dalla Legge, oſſervata ſempre la prerogativa della Li-
= nea, e tutte le altre regole convenienti alle primogeniture li-
= neari; dichiarando a maggior cautela che il nipote, il quale
= abbia la prerogativa della Linea eſcluda lo Zio ſin tanto che
= non ſiano evacuati, e terminati i quattro gradi, o ſiano i
= quattro capi preſcritti dalla nuova Legge ſopra i fidecommiſſi,
= e primogeniture, oltre i quali non ha inteſo, ne intende di
= aver voluto eſtendere il ſuddetto Fidecommiſſo, ma bensì di
= totalmente uniformarſi al preſcritto dalle Leggi ſuddette tal-
= mentechè l' effetto ſia, ed eſſer debba, che qualora in tutta
= la preſente ſua diſpoſizione vi foſſe coſa, la quale poteſſe eſſer
= contraria al diſpoſto della Legge predetta, in tal caſo volle,
= e vuole che ſi debba reputare ad ogni effetto di ragione, co-
= me ſe ſtata ſcritta, o diſpoſta non foſſe, e ſolo debba aver
= luogo la diſpoſizione di eſſo Sig Teſtatore in quelle parti, ed
= in quei termini, nei quali foſſe conforme a detta Legge.

### *De Trebellianica.*

Ut clarius innoteſcat Tyronibus quid ſit Trebellianica, di-cendum, quod hæc olim dicta fuit Pegaſiana, tamquam ex Se-natus Conſulto Pegaſiano, exemplo Falcidiæ inducta; exploſo igi-tur Senatus Conſulto Pegaſiano, ſucceſſit Senatus Conſultus Tre-bellianum, a quo Trebellianica nuncupatur, & nil aliud eſt, quam quarta Portio, quæ ab hærede gravato de Fideicommiſſis univerſalibus deducitur, ſicut Falcidia de Legatis (1). Trebellia-nica hodie de Iure Codicis, & Authenticorum prohiberi poteſt a Teſtatore expreſſe, & tacite (2)

Florentiæ tamen, ut tradunt nonnulli ex Conſuetudine iudi-candi filiis primi gradus, nec expreſſe, nec tacite prohiberi po-teſt, & pari paſſu ambulat cum Legitima, nec per approbatio-

nem

nem Teſtamenti videtur remiſſa (3), & incidenter notandum eſt quod hæreditatis fructus favore filiorum in Trebellianicam non imputandos ex diſpoſitione *Textus in Leg. iubemus Cod. ad Trebellianum*, quod non obtinet in nepotibus; illi enim, ac cœteri in hanc imputare debent quæcumque in eos a Teſtatore pervenerit, *Leg. in quartam ff. ad Leg. Falcid.* (4) Quid autem dicendum ſit Cautela Soccini adhibita videndum, cum quid ſit Legitima diſſeruimus. Ex dictis infertur, quod ſi filius ſit Fideicommiſſo gravatus, poterit prius Legitimam detrahere, deinde Trebellianicam, & ſic duas Quartas (5).

Æquiparatio Trebellianicæ cum Legitima procedit ſecundum opinionem Rotæ quoad effectum, ut prohiberi nequeat filiis primi gradus, non autem quoad effectum imputationis fructuum in Trebellianica; nam Legitima numquam ſub Fideicommiſſo comprehenditur, ſed ab eo ſtatim, & ipſo iure abſcinditur, ita ut in illius reſtitutione venire nequeat, ſed Trebellianica, ſi non ſit per hæredem extracta, remanet in hæreditate integre reſtituta, & conſequenter Fideicommiſſarius ad quem devolvitur Ius eam deducendi, debet in illam fructus hæreditatis imputare (6), quod non cenſeatur remiſſa, niſi adſint coniecturæ (7).

(1) *§. ſed quia hæres inſtit. de fideicom. hæredit.* (2) *Mantica de coniect. ultimar. volunt. in libr.* 7. *tit.* 11. *per tot.* (3) *Marzimedic. examinat.* 4. *n.* 10. (4) *Magon. deciſ. Florent.* 35. *num.* 4. *per tot. Altograd. conſ.* 69. *n.* 110. *lib.* 2. *Merlin. deciſ.* 776. *n.* 13. „ *niſi quando primus hæres non detraxiſſet* „ (5) *Bonſin. de fideicomm. diſc.* 143. *tom.* 2. *Gobio conſult.* 80. *n.* 74. (6) *Bonſin. d. tract. diſput.* 144. *n.* 8. *& ſeqq* (7) *Idem d. diſput. n.* 13. *ad n.* 24.

*Gabella.*

Hæres gravatus non tenetur ſolvere Gabellam debitam pro Fideicommiſſo ſibi delato, ſed illam poteſt detrahere ex bonis fideicommiſſi, nec tenetur imputare fructus in ſuum creditum, & quod dicitur de hærede gravato non eſt intelligendum de ſucceſſoribus in dicto Fideicommiſſo, *Rot. poſt Girond. de gabell. dec.* 45. *num.* 9. *e* 20. itemque Gabella ſoluta ab hærede gravato non debet iterum ſolvi a ſucceſſoribus in Fideicommiſſo. *Rota ubi ſupra deciſ.* 37. *num* 4.

Sciendum, quod Repudians hæreditatem paternam, & ſuccedere volens in Fideicommiſſo inducto ab aliquo alio Agnato, ſeu ut aiunt Antenato, ſolvere debet Gabellam, ut clarius infra patebit, vel dubitans de iure ſuo, ſi agere velit, debet ſaltem pe-

potere licentiam agendi in Tribunali Gabellarum, ut ex Rubrica de Teſtam. §. e ſe occorreſſe, che alcuna perſona, *Rot. poſt Girond. dec.* 31. *per tot.* etenim in dicta Rubr. hæc diſponuntur = E = ancora ſi deva pagar la Gabella, ogni volta che detta Eredità, = Laſcio, o Donazione ſaranno preſe, o accettate da Perſone = non eccettuate; ma tutti quelli, che come Eredi, e Donatari = ſuccederanno mediante le perſone de Padri, Madri, o altri, = eccettuati ſucceſſivamente di mano in mano, perchè l'Eredità = predette ſono confuſe con l'Eredità del primo Diſponente, e = in quelle ſuccedono mediante le perſone di detti loro attenenti, o conſanguinei, o come loro eredi, non ſieno obbligati detti, che ſuccederanno ne loro beni al pagamento di = Gabella =

## DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMM. RELICTIS

### T I T. X X I V.

Fideicommiſſum ſingulare, ſeu particulare eſt illud, quo res ſingulæ, & certæ relinquuntur ut argentum, aurum, & huiuſmodi &c. Fideicommiſſa hæc exequata ſunt Legatis, & relinqui poſſunt non ſolum ab Hærede, ſed a Legatario etiam, vel Fideicommiſſario, vel Donatario mortis cauſa præſtanda.

Non ſolum res propriæ Teſtatoris, ſed etiam Hæredis, aut alterius reſtituere gravati, atque etiam aliena per fideicommiſſum relinqui poteſt; non poteſt autem Teſtator gravare Legatarium, vel Fideicommiſſarium ad reſtituendum pluſquam reliquit, quia nemo plus debet onerari, quam honoretur, ut alias dictum fuit *Leg. ab eo Cod. de fideicomm.* In caſu reſtitutionis ſucceſſores huiuſmodi particulares non habent ius detrahendi Quartam; ea enim fuit introducta ad excitandos hæredes ad aditionem, atque ita ad ſubſtinenda Teſtamenta, unde tale Ius competit tantummodo hæredi.

Tam Fideicommiſſum particulare, quam univerſale relinqui ſolet verbis, volo, mando, ſeu verbis precariis in hæredem directis.

An, & quatenus a Legatis differant vide *Iulium Pacium ad inſtit. tit. de legat.* §. 3

Non æquantur Legatis Fideicommiſſa univerſalia, quia conſiſtunt in univerſali, atque hæreditario iure, cuius ope ille cui reſtituuntur locum obtinet ulterioris hæredis.



Digitized by Google

## DE CODICILLIS

### *T I T. XXV.*

POſt Teſtamenta, quæ Codices appellantur dicendum ſequitur de Codicillis, qui ſunt parvi Codices. Eſt autem Codicillus ſupremæ voluntatis minus ſolemnis teſtatio, ut tradit *Vinnius ad rubr. huius tit.* Quod ſit minus ſolemnis patet ex dictis in explicatione definitionis Teſtamenti, quia videlicet ſufficiunt ad rite perficiendos Codicillos quinque Teſtes tantummodo non ſpecialiter rogati, & ſi fiant in ſcriptis ſufficit ſubſcriptio Teſtium abſque obſignatione: cæterum qui Teſtamentum facere nequeunt, nec Codicillos condere poſſunt.

Codicilli, & in Teſtamento, & ab inteſtato confici poſſunt, & ante, & poſt factum Teſtamentum, & licet olim deberent confirmari in Teſtamento ſequenti, hodie tamen ſubſtinentur niſi conſtet de contraria mente Teſtatoris, quod eſt ab hærede probandum. In Teſtamento poſſunt, & ſolent fieri per adiectionem clauſulæ codicillaris = ad maiorem ſecuritatem, quod adimpleatur voluntas Teſtatoris = Ratio differentiæ ſpecifica per quam Codicilli differunt a Teſtamento eſt, quod in Codicillis hæreditas relinqui nequit, nec confirmari, nec adimi, nec poteſt apponi hæredi in Teſtamento pure inſtituto conditio, ſicuti non poteſt exhæredari, nec remitti conditio in Teſtamento appoſita, nec fieri ſubſtitutio; per hæc enim omnia intelligeretur hæreditas, aut adempta, aut data, quod ſolius Teſtamenti proprium eſt.

Licet non poſſit cum pluribus Teſtamentis quis decedere, poteſt tamen cum pluribus Codicillis, quia Codicilli priores non rumpuntur a poſterioribus, niſi forte ſint contrarii, quod ſecus eſt in Teſtamentis. Codicilli rumpuntur ſi facti fuerint cum Teſtamento, & Teſtamentum ipſum corruat.

Si quis volens Teſtamentum condere ſolemnitates Codicilli adhibuerit, non valebit diſpoſitio tamquam Teſtamentum, utpote carens ſolemnitatibus, nec tamquam Codicillum quia voluntas deficeret.

N O T Æ.

Ex clauſula codicillari, hæredis inſtitutio aliquando obliquatur, quia cum directo non valeat, trahitur ad Fideicommiſſum, *L. non Codicilli Cod. de teſtam. Bartol. in L. 1. ff. de iure codicillor.*

De

De clauſula codicillari fuſe agit præ cœteris, *Mantic de conieƈt. ultimar. volunt. lib.* 1. *titul.* 9. *& alii relati a Vinnio ad hunc titulum*.

Hæc non ſupplet deficienti Teſtatoris voluntati, aut diſponendi facultati.

Quomodo Codicilli poſſint fieri in Teſtamento *vidend apud Oinotom. inſtit. h. t. num.* 21. *& ſeq. in proemio*, & quod quinque Teſtes in Codicillo ſufficiant inter quos adhiberi poſſint etiam fœminæ, *idem loc. cit. num.* 34. *e* 37.

Hæres tamen in Codicillis declarari poteſt, *idem in §. Codicillis num.* 7.

In Codicillo non poteſt hæreditas adimi uni ex filiis æqualiter cum aliis inſtituto, ita quod nec ademptio obliquetur, *Magon. deciſ. Florentin.* 4. *per tot. & deciſ. Lucen.* 32. *num.* 28.

Nec relinqui Legitima, cum requirat titulum inſtitutionis, ergo nec adimi, *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *qu.* 1. *n.* 11.

Sed generaliter loquendo regula eſt, quod in Codicillis poſſit per fideicommiſſum, & verbis obliquis adimi hæreditas, immo etiam ſi Teſtator uſus fuerit verbis direƈtis obliquentur ad ſuſtinendam ademptionem, *Rot. par.* 17. *rec. dec.* 4. *n.* 5. ubi etiam quod in Codicillis poteſt Trebellianica prohiberi, ſed vide quo caſu &c.

Obſervandum tamen eſt in Etruria traditas regulas obliquationis, de qua agitur, in materia Codicillorum locum habere non poſſe, niſi ageretur de Codicillis faƈtis a Nobilibus Perſonis, ut conſtat ex Lege *ſopra i Fidecommiſſi*, de qua alibi.

An fideicommiſſum purum quod inducitur ex clauſula codicillari comprehendatur ſub Legibus anni 1747. & 1751. ſuper Fideicomm. non ſatis deciſum videtur. Pro adfirmativa quidem deciſum fuit in *Senen. Hæreditatis diei* 21. *Aprilis* 1775. *cor. Dom. Advocato Franciſco Taddei ſeƈt.* 1. Sed contrarium videtur poſtea deciſum fuiſſe a Dominis Auditor. Magiſtratus Pupillorum in Cauſa Luciani, & Petri, & hæc pro complemento huius ſecundi Libri diƈta ſint ſatis.

*FINIS TOMI PRIMI.*



Digitized by Google

# AL NOME DI DIO AMEN.

*Sunto delle Leggi dell' Archivio da tenerſi dalli Notai nella prima carta del loro Protocollo, con ordine eſpreſſo, che quando manderanno i loro Protocolli a riſcontrare, devino ſempre mandare detto ſunto allegato in detta prima carta, e non lo mandando, non ſe li reſtituiranno li Protocolli.*

I. DEvino i Notai ne' principj di ciaſcuno Inſtrumento, o ultima Volontà mettere *In Dei Nomine Amen &c.* e l'anno della ſalutifera Incarnazione del noſtro Sig. Gesù Criſto, e dopo il nome del Sommo Pontefice, e del Sereniſſimo Granduca, che per i tempi regneranno, ſotto pena a chi mancherà di ſcudi 25. come per il Capitolo 9. della Legge pubblicata il dì 26. di Gennaio 1569.

II Deve ciaſcun Notaio regiſtrare a' ſuoi Protocolli tutti i rogiti, che farà fra 10. giorni dal dì del rogito, ſotto pena in caſo d' inoſſervanza di ſcudi 50. per ciaſcun rogito, come per il Cap 9. della Legge del dì 14. Dicembre 1569.

III. Deve ancora ciaſcun Notaio che abita in Firenze fra giorni 15. Campanabili dal dì del rogito rimettere gl' Inſtrumenti che farà nell' Archivio, ſotto la medeſima pena di ſc. 50. per ciaſcuno Inſtrumento, o ultima volontà, conforme al Capit. 10. della ſuddetta Legge, ed i Notai, che abitano dentro alle 40. miglia hanno facoltà di rimetterli fra 40. giorni Campanabili dal dì del rogito, come hanno ancora i Notai, che abitano in Firenze quando rogano fuori di detta Città di Firenze.

IV. I Notai non poſſono tranſumere, cioè copiare in fede Inſtrumenti di ſorte alcuna di altri Notai morti, ſotto pena di ſc. 50. e della privazione dell' ufizio del Notariato per anni 4. ſtantechè tale tranſunto ſi aſpetta ſolamente ai Miniſtri dell' Archivio, come viene dichiarato per il Cap. 13. della Legge pubblicata il dì 14. Dicembre 1569. nemmeno poſſano in qualſivoglia modo eſibire Inſtrumenti archiviati, che non ſiano ſottoſcritti dai Sigg. Conſervadori, non facendo tale tranſunto, o ſcrittura fede alcuna in Giudizio, ſe non ſono ſottoſcritti da detti Conſervadori, oggi però in luogo della ſoſcrizione di detti Sigg. Conſervadori è ſucceſſo il Sigillo dell' Archivio, come per Negozio, e Reſcritto in piè di eſſo del dì 5. Gigno 1701.

V. I Rettori, o alcun Miniſtro non poſſono ammettere in Giu-

Giudizi, etiam Compromiſſarii, gl' Inſtrumenti, che non ſiano riſcontrati, e corredati con il detto Sigillo, ſenza del quale non fanno alcuna fede in Giudizio, ſotto le pene, delle quali nelle Leggi di detto Archivio.

Deve ancora ciaſcun Notaio mandare all' Archivio nel termine, come ſopra dichiarato, i Teſtamenti, ed altre ultime volontà in fogli ſeparati ſenza poſtille, chiuſi, e ſigillati, a ſegno, che non poſſino eſſer letti da chi li porta, altrimenti ſi avranno per non mandati al debito tempo, come viene diſpoſto dalla Legge pubblicata li 9. Aprile 1570. e gli altri Inſtrumenti, i Notai gli devono mandare infra il detto termine aſſegnato, ſecondo la diſtanza del luogo, non dando faſtidio che ſiano ſcritti più di uno in un foglio, ma però devono andar correnti, con il notare in margine la qualità dell' Inſtrumento, e li nomi dei Contraenti con le debite ſoſcrizioni.

VI. I Notai quando rogano Inſtrumenti, e che ſiano neceſſitati darne Copia ſubito alla Parte, devono dar Copia duplicata, acciò la Parte ſe ne poſſa ſervire, e farli archiviare, e nondimeno ſono obbligati mandare ai debiti tempi la ſolita rimeſſa di tale Inſtrumento all' Archivio, per non incorrere nella predetta pena di ſc. 50. per ciaſcuno Inſtrumento, e per la Copia che danno duplicata alla Parte, oltre alla loro mercede, ſi poſſono far dare ſoldi tre per carta, conforme a che diſpone la Legge pubblicata il dì primo Febbraio 1571.

VII. I Notai facendo apoſtille, o cancellature ne' loro Protocolli, ſono obbligati approvarle di loro propria mano dopo la clauſula *rogans*, e non altrove, ed avanti mettino altri Inſtrumenti; nemmeno poſſono laſciare ſpazio da un Iſtrumento all' altro più di quello ſono ſoliti laſciare fra un verſo, e l' altro, nemmeno poſſono fare cancellature, che non ſiano intelligibili, nè prepoſterare gl' Inſtrumenti, conforme diſpone il Capitolo primo della Legge del dì 8. Marzo 1574.

VIII. Nemmeno poſſono ſcrivere le ſomme, o quantità delle ſomme per abbaco dentro al corpo degl' Inſtrumenti, ſe prima non le averanno almeno una volta compitate, nemmeno poſſono mettere per abbaco il milleſimo, nè la giornata del rogito, ſotto pena dell' arbitrio di detti Sigg. Conſervadori, come vien diſpoſto per detto Capitolo primo.

IX. Devono i Notai mandare ogni anno all' annuo riſcontro i loro Protocolli, ſotto pena dell' arbitrio di detti Sigg. Conſervadori, conforme diſpone il Cap. 2. della ſuddetta Legge, e tal riſcontro ſi deve fare dal giorno dell' ultimo riſcontro, an-

 cor-

corchè in detto anno tali Notai non aveſſero rogato alcuno Inſtrumento, conforme diſpone la Legge del dì 22. Febbr. 1585.

X. Devono ancora i Notai fare i repertori ai loro Protocolli, ſotto pena dell' arbitrio di detti Sigg. Conſervadori, nè poſſono avere altri Protocolli ſenza licenza di detti Sigg. Conſervadori, conforme diſpone il Cap 3. della ſuddetta Legge.

XI. Non ſi poſſono vendere Scritture, nè in altro modo diſporre, dove fuſſe intereſſe pubblico, o privato, conforme alla diſpoſizione della ſuddetta Legge.

XII. Non ſi poſſono eſibire gl' Inſtrumenti, che venghino fuori del feliciſſimo Stato di S. A. R. nemmeno regiſtrarli negl' Inſtrumenti che rogaſſino, ſe prima non ſono ſtati archiviati, ſotto pena dell' arbitrio di detti Sigg. Conſervadori.

XIII. I Notai devono fare nella prima carta de' loro Protocolli l' inſcrizione, ed apporvi il ſegno del Notariato, ſotto pena dell' arbitrio di detti Sigg. Conſervadori, come viene ordinato per la Legge pubblicata il dì 3. di Giugno 1599. e confermata per la Legge de' 9. Febbraio 1607. ed ogn' anno quando gli mandano a riſcontrare devono fare la ſottoſcrizione generale ai detti loro Protocolli, ed apporvi il ſegno ſuddetto ſotto la medeſima pena.

XIV. I Notai che averanno finito il Protocollo, e ſottoſcritto dal Cancelliere, e che non voleſſero più rogare, devono mandare ogn' anno fede autentica della conſervazione di tutti i loro Protocolli, non ſervendo rimettere l' ultimo all' Archivio per ſegno di più non rogare; ma devono mandare detta fede della conſervazione degli altri, o rimetterli tutti all' Archivio, ſotto pena dell' arbitrio di detti Sigg. Conſervadori, come impone la Legge predetta de' 9. Febbraio 1607.

XV. Deve ciaſcun Notaio nella coperta de' ſuoi Protocolli fare il numero del Protocollo che ſarà, come comanda la Legge del 1569. al Capit 9.

XVI. Alli Contratti che vanno fuori del feliciſſimo Stato di S. A. R. devono i Notai apporre in centro alla loro ſottoſcrizione il ſegno del Notariato.

XVII. Devono i Notai tanto nelle fedi dei Teſtamenti, o altra ultima Volontà, che rimettono all' Archivio, quanto nei Regiſtri che ne fanno al Protocollo, notare in margine la morte del Teſtatore, o Diſponente quando li coſta, ſiccome il pagamento della Taſſa all' Opera di S. Maria del Fiore, quando parimente li coſta, eccettuato però nel caſo che i Teſtatori fuſſero di luoghi non ſottopoſti a detta Taſſa; e ſoprattutto devono

av-

avvertire di non dare ad alcuno notizia del contenuto de' Teſtamenti, o altre ultime Volontà, ſe prima non gli è fatto coſtare del pagamento di detta Taſſa, e morte del Diſponente, ſotto pena delle cenſure, riſpetto a detta Taſſa, e della vita, e confiſcazione de' Beni riſpetto alla morte.

*Tariffa di quello devono avere i Notai per le Copie degl' Inſtrumenti, e de' Teſtamenti, ed altre ultime Volontà.*

Quando ſarà donato, o laſciato per ultima Volontà a Perſone, che non ſuccederebbono ab inteſtato da quel tale a cui è donato, o laſciato, i Notai devono avere lire 7. per cento fino a ſc. 300. della valuta di quello è laſciato, o donato, e da ſc. 300. in ſu lire 3. 10. per cento fino che ſi arrivi alla ſomma di ſc. 20. non paſſando più oltre.

De' Contratti che ſi transferiſce il dominio, e confeſſione di dote devono avere i Notai lire 5. per cento fino che ſi arrivi alla ſomma di ſc. 300. e da detta ſomma in ſu lire 3. 10. per cento fino che ſi arrivi alla ſomma di ſc. 10.

De' Livelli ſi fa pagare l' Entratura come di ſorte principale, e poi ſi valuta il Livello con le vite di chi conduce, e così ſi conſtituiſce di tal vite un fondo di quanto potrebbe importare ſe fuſſe vendita, e ſi fa pagare alla ſuddetta ragione delle Vendite, riducendo il frutto delle Graſce ad un fondo in 8. per cento, e ſe paſſa la ſeconda generazione a ragione di cinque per cento.

Delle diviſe ſi fa pagare lire 7. fino in ſc. 500, e da ſcudi 500. in ſu lire 14, ed arrivando a ſc. 2000. lire 21, e da ſcudi 2000. in ſu ſi puol pretendere uno ſcudo per migliaio fino alla ſomma di ſcudi novemila incluſive, che in tutto ſaranno ſcudi 10. di mercede.

De' Contratti delle Vendite de' Beni mobili, e Beſtiami, Recognizioni di debito, Mallevadorie, Tutele, Fine, Soccide, Ceſſioni di ragioni, Eſtinzione di Cenſi, Affitti, Convenzioni, Accordi, e Pagamenti di qualſivoglia ſorte, quando non ſi dà Beni in pagamento ſi fa pagare, come appreſſo, cioè;

| | |
|---|---|
| Da ſc. 50. in giù lire 1. 13. 4 | E per la ſeconda Copia non ſi può pretendere più che il terzo della prima ſpeſa. |
| Da ſc. 50. in ſc. 100. lire 2. | |
| Da ſc. 100. in ſc. 200. lire 3. | |
| Da ſc. 200. in ſc 500. lire 7. | |
| Da ſc. 500, in ogni ſom. lire 14. | |



Digitized by Google

*Tariſſa di Piſtoia, e della Montagna delle vendite, e degl' Inſtrumenti che ſi transferiſce il dominio.*

| | |
|---|---|
| Da lire 150. in giù lire 1. | Da lire 1000. in lire 200. l. 7. |
| Da lire 150 in lire 300. l. 2. | Da lire 2000. in lire 3000. l. 10. |
| Da lire 300. in lire 500. l 2. 10. | Da lire 3000. in ſc. 1000. l. 14. |
| Da lire 500 in lire 1000. l. 4. | Da ſc. 1000. in ogni ſom. l. 21. |
| Delle Pace, e Tregue lir. 2. | |

Diviſe de' Beni ſi paga per ogni lira della ſcala delle vendite ſoldi 5. ſicchè non può paſſare un Iſtrumento di diviſione l. 5. 5.

Per le Copie degl' Iſtrumenti, per i quali non ſi transferiſce dominio, nominati, come ſopra, alla Piſtoieſe, pagano come appreſso cioè:

| | |
|---|---|
| Da lire 150. in giù l. 1. | Da lire 1000. in lire 2000 l. 2. 10 |
| Da lire 150. in lire 500. l 1. 13. 4 | Da lire 2000. in lire 4000. l. 3. |
| Da lire 500. in lire 1000. l. 2. | Da lire 4000. in ogni ſom. l. 4. |

Delle quali Copie alla Piſtoieſe, come ſopra, ſi deve ſempre avere la medeſima ſpeſa, che non ſi defalca mai cos' alcuna.

I Rogiti ſi fanno pagare per conſuetudine lire ſette, e ſe vi è Minuta, e Gite, anco queſte ſi fanno pagare.

*Luoghi eſenti dal pagamento della Taſſa all' Opera.*

Borgo San Sepolcro = Caſtiglion Fiorentino = Caſtiglion del Terziere = Fucecchio = Fivizzano = Foreſtieri = S: Gimignano. Lucignano = Montepulciano = Piſtoia, e ſua Montagna = Turicchi = Val di Nievole.

---

# F R A N C E S C O

*Per grazia di Dio Imperator de' Romani ſempre Auguſto, Re di Germania, e di Geruſalemme, Duca di Lorena, e di Bar, Gran-Duca di Toſcana, Duca di Calabria, di Gueldria, di Monferrato, e di Teſchen; Principe Sovrano d' Arches, e di Charleville, Marcheſe di Pont-a-Mouſſon, e di Nommeny; Conte di Provenza, Vaudemont, Blamont, Zutphen, Saarvverden, Salm, e Falcheſtein &c.*

TRA gli Oggetti, che intereſsano la Noſtra Paterna cura, e vigilanza ſempre intenta al bene, ed avvantaggio de' Noſtri amatiſſimi Sudditi, avendo noi ſpecialmente avanti gl' occhi l' ampliazione, e propagazione del Commercio, e volendo faci-

facilitare il modo di eſercitarlo a quelli, che ne ſon più capaci, procurando loro, per quanto ſia poſſibile, la conſervazione ed aumento delle facoltà, ſenza le quali manca il mezzo più importante, e neceſsario per la Negoziazione; Abbiamo creduto a propoſito di eſtendere la Legge proibitiva del paſsaggio dei Beni ſtabili nelle Mani Morte, preſentemente vegliante in una parte de' Noſtri Stati di Toſcana, a tutti gl' altri del Gran-Ducato, e ad altri caſi in eſsa non compreſi.

I. Con la pienezza per tanto della Noſtra Sovrana Autorità diſponghiamo, comandiamo, ed ordiniamo, che qualunque Atto, o Diſpoſizione procedente da qualſivoglia Perſona Suddita del Noſtro Granducato di Toſcana, ſempre che ſia ordinata a traſferire a favore di Mani Morte dominio, o poſseſso di Beni, Mobili prezioſi, che ſorpaſſino il valore di cento zecchini, o di Beni ſtabili, trai quali vogliamo, che ſian compreſi i Luoghi di Monte, Crediti pubblici, e ſimili, ricerchi per ſolennità ſoſtanziale la Noſtra Licenza, e Decreto di Ammortizazione da impetrarſi nel modo, e tempo infraſcritto, ſenza di che ſia nulla, e di niun valore, come ſe fatta non foſſe; Talchè, il Dominio, e poſseſso o rimanga appreſso il Diſponente, e primiero Padrone, e poſseſsore, o ſivvero trapaſſi, e pervenga nei reſpettivi caſi a chi di ragione ſpetterebbe in difetto di tale diſpoſizione, e s' intenda, che ſenza la detta ſolennità periſca la forma dell' Atto, manchi la prova all' Inſtrumento, o Scrittura pubblica, o privata, tanto in giudizio, che fuori, ed in oltre reſti tolta al Diſponente l' integrità della perſona, ed abilità di diſporre a quel fine, ed ai Beni la loro libertà naturale, e capacità alla traslazione in Mani Morte.

II. Dichiarando, che ſian compreſi in queſto genere tutti gli Atti tanto per ultima volontà, che *inter vivos*, i quali o a titolo lucrativo, o correſpettivo ed oneroſo, importino, ancor che reſolubilmente, ed a tempo, traslazione di dominio, poſseſſo, comodo, uſo, uſufrutto, e ſervitù; Siccome ſian compreſe le Locazioni a lungo tempo, i Vitalizi, e generalmente tutti gl' Atti, per i quali, o direttamente, o indirettamente ne poteſse ſeguire la detta traslazione.

III Il che dovrà aver luogo non ſolo riſpetto agl' Atti, e Diſpoſizioni da farſi, ma eziandio riſpetto alle già fatte, che ſon rimaſte pendenti fin ora per qualche condizione non per anche purificata, volendo Noi, che anche per queſte, qualora ſi purifichi la condizione, ſi ricerchi la noſtra Licenza, acciò abbiano il loro effetto, ed eſecuzione,

VI. La

IV. La grazia, o licenza di Ammortizazione, dalla dimanda della quale diſpenſiamo ſolamente gl' acquiſti del valore fino ai cento zecchini, dovrà impetrarſi dal Noſtro Conſiglio di Reggenza, dopo di che il Magiſtrato Supremo in Firenze, e reſpettivamente in Siena il Giudice Ordinario, verificato ciò che foſse da verificarſi, ne paſſeranno l' opportuno Decreto, quale riſpetto agl' Atti *inter vivos* di qualunque ſorte, ed anche riſpetto agl' Atti di ultima volontà, che ſi celebrano aperti, e paleſi, come ſono le Donazioni *cauſa mortis*, acciò produca il ſuo effetto debba procedere all' Atto medeſimo, ed in eſso inſerirſi, altrimenti ſia proibito ai Notari del noſtro Stato di rogarſene, e gl' Inſtrumenti rogati fuori di Stato non ſi poſſino, nè devino archiviare, nè ad eſſi dal Segretario del noſtro Regio Diritto poſſa mai darſi l' *Exequatur*, ſenza il noſtro preciſo Ordine.

V. Quanto poi agl' Atti di ultima volontà, che ſi celebrano occultamente, e ſegretamente, come ſono i Teſtamenti, e Codicilli, poichè ben ſpeſso ſi mutano, o ſi fanno in eſtremo di vita, ci contentiamo, che in queſti baſti, che il Diſponente nell' atto ſteſso dichiari di diſporre a termini di queſta Legge, ed incarichi gli Eſecutori delle Mani Morte onorate, ad impetrare il noſtro aſsenſo.

VI. E in queſti caſi i detti Eſecutori, o altri Amminiſtratori delle Mani Morte dovranno preſentare la lor ſupplica dentro il termine di due meſi dal dì dell' apertura, o pubblicazione del Teſtamento, o Codicillo.

VII. Siccome riſpetto alle Diſpoſizioni per ultima volontà già fatte, e che non hanno per anche ſortito effetto, come dependenti da qualche condizione non per anche purificata, dovrà procurarſi l' impetra del noſtro aſſenſo dentro l' iſteſso termine di due meſi da computarſi dal giorno della purificazione della condizione, ſe ſi tratterà di diſpoſizione contenuta in un Teſtamento, o Codicillo già pubblicato, o dal giorno della ſcienza, ſe non ſarà proceduta tale pubblicazione.

VIII. Spirato il qual termine ſenza che ſia ſtata dimandata la grazia, i Beni immediatamente paſseranno, come ſopra è ſtato ordinato all' Articolo primo, in chi di ragione ſpetterebbero, nè in tal caſo ſaranno atteſi i rimedi ordinari, o ſtraordinari, che dalle Leggi ſi accordano ai Minori, e che ſi ſogliono anche eſtendere alle Mani Morte,

IX. Chiunque ſotto qualſivoglia affettata cautela, o queſito colore attenterà di fraudare la preſente noſtra coſtituzione, mediante

diante la ſimulazione, ed apparenza di altro Atto, o Perſona, o mediante qualunque altra aſtuzia per ottenere il fine della traslazione de' ſuoi Beni in Mani Morte ſenza il noſtro Aſsenſo, o Decreto d' Ammortizazione, oltre la nullità dell' Atto ſia punito con pena pecuniaria, o afflittiva di corpo, da regolarſi ſecondo le circoſtanze dei caſi dal più rigoroſo arbitrio del Giudice.

X. Tutti quelli, che ſi rogheranno d' Atti, e Diſpoſizioni, o ſiano tra i vivi, o referibili ad ultima volontà direttamente, o indirettamente contrarie a quanto ci è piaciuto di comandare, ſieno privati del rogito, e multati nella pena di ſcudi dugento, da applicarſi la metà al Regio Spedale di S. Maria Nuova, un quarto all' accuſatore ſegreto, o paleſe, e l' altro quarto al Tribunale, o Giudice, che condannerà, e non avendo da pagare nella carcere per un anno.

XI. Proibiſchiamo a tutti i noſtri Tribunali, e Miniſtri di non ricevere negl' Atti ſotto qualſivoglia preteſto, e titolo veruna di queſte Diſpoſizioni, e di non fare la voltura dei Beni nelle perſone conſiderate dalla Legge come incapaci d' acquiſti ſe non ſi eſibiſca copia autentica del Decreto da inſerirſi negli Atti, ſenza di che le volture che foſsero fatte, e tutti gl' Atti s' abbino per non fatti, e non producan verun' effetto civile, e i detti Miniſtri ſieno puniti nella perdita dell' Impiego, e rigoroſo arbitrio.

XII. Dichiariamo, che la preſente noſtra Coſtituzione, che ha per oggetto la pubblica utilità, reputare ſi debba favorevole, ad effetto che riceva ogni più benigna eſtenſiva interpretazione, che nei caſi dubbi adattar ſi ſuole di ragion comune a tutte le altre diſpoſizioni favorevoli.

XIII. Vogliamo, che la medeſima ſia inviolabilmente oſservata in tutti i Luoghi del noſtro Gran-Ducato, da ogni perſona di qualunque grado, ſtato, e condizione quanto ſi voglia privilegiata a noi mediatamente, o immediatamente ſottopoſta per ragione della perſona medeſima, o per ragione dei Beni.

Derogando perciò in quanto faccia di biſogno colla pienezza della noſtra Sovrana Poteſtà a tutte le Leggi, Statuti, Conſuetudini, e Privilegi, anco dei quali ſe ne doveſse fare eſpreſsa menzione in tutte le parti, che foſsero contrarie a quanto ci è ora piaciuto di diſporre.

XIV. Comandiamo a tutti i Governatori, Commiſſari, Giuſdicenti, ſiccome a tutti i Tribunali, e Miniſtri del noſtro Gran-Ducato, ed altri dei quali foſſe neceſſario di fare menzione, di

eſeguire la preſente noſtra Legge, e d' invigilare alla più eſatta oſſervanza della medeſima.

Tale è la noſtra volontà ed in conſeguenza incharichiamo il noſtro Conſiglio di Reggenza di farne fare la pubblicazione nelle ſolite forme in tutti i Luoghi del noſtro Granducato. E tutto non oſtante &c. Dato in Vienna il dì 1. Febbraio 1751.

FRANCESCO. *Vid.* C. B. PFUTSCHNER.

IL CONTE DI RICHECOURT. *Per ordine di S. M. C.* SAINT ODILE.

*Pubblicato il dì 12. Marzo 1751. in Fir.* PANDOLFINI.

---

LEGGE SOPRA I FIDECOMMISSI, E PRIMOGENITURE DA OSSERVARSI NEL GRANDUCATO DI TOSCANA.

*Franceſco per Grazia di Dio Imperatore de i Romani ſempre Auguſto, Re di Germania, e di Geruſalemme, Duca di Lorena, e di Bar, Granduca di Toſcana &c.*

IL bene, e vantaggio de' noſtri fedeli Sudditi movendoci a ſtabilire una regola chiara, ſtabile, ed uniforme, concernente li Fidecommiſſi nel noſtro Granducato di Toſcana, perciò colla noſtra piena poteſtà, e ſovrana Autorità ordiniamo, e comandiamo quanto ſegue.

ARTICOLO I.

Avendo le Primogeniture, e li Fidecommiſſi per oggetto la conſervazione, e ſoſtegno delle principali Famiglie delli Stati, permettiamo a tutti quelli che godono della Nobiltà nel noſtro Granducato di Toſcana di potere in avvenire inſtituire Primogeniture, e Fidecommiſſi, o per atti fra vivi, o di ultima volontà.

II. Le Primogeniture, o Fidecommiſſi, che ſaranno così in avvenire inſtituiti non potranno eſtenderſi oltre li quattro gradi, dopo li quali ceſſerà ogni vincolo, o gravame, e i beni paſſeranno all' Erede naturale, e legittimo del quarto, ed ultimo Soſtituito.

III. I quattro gradi ſi conteranno *in capita, & non in ſtirpes* ſenza però comprendervi l' Erede inſtituito.

IV. Le Primogeniture, e Fidecommiſſi non potranno in avvenire fondarſi, ſe non ſopra Beni immobili, e ſopra Luoghi di

di Monte de' noſtri Stati, ſenza che poſſino aver luogo ſopra altre rendite cenſuarie, o redimibili, crediti, denaro, mobilie, o altri effetti mobili.

V. Siccome peraltro ne' noſtri Stati alcune Famiglie poſseggano Raccolte di coſe rare, e prezioſe, quali preme che ſi conſervino con diligenza ne' noſtri Stati potranno queſte eſsere ſottopoſte a Primogenitura, o Fidecommiſſo con ottenerne però avanti da Noi la permiſſione, quale accorderemo volentieri, quando ci parerà che eſſe la meritino.

VI. Non ſarà permeſſo ai Cittadini, nè agl' altri, quali non godano prerogativa di Nobiltà, benchè aveſſero il titolo di Dottore di Legge, o Medicina, ai Banchieri, Mercanti, o altre perſone di condizione inferiore alle ſuddette di fare Primogeniture, o Fidecommiſſi, e quando in avvenire dalli medeſimi ſi faceſſero tali diſpoſizioni, ſaranno nulle, di niun effetto, e valore.

VII. Non intendiamo peraltro comprendere nell' Articolo precedente i Nobili dei noſtri Stati, che ſi applicaſſero al Banco, o Commercio, quali perciò non vogliamo, che perdino il loro rango, e prerogativa di Nobiltà, anzichè gli riguarderemo ſempre con una ſpecial Clemenza come utiliſſimi alla loro Patria.

VIII. Le Primogeniture, e li Fidecommiſſi inſtituiti nel paſſato in vigore della preſente noſtra Legge ſaranno egualmente riſtretti a quattro gradi, da contarſi dal poſſeſsore attuale della detta Primogenitura, o Fidecommiſso, finiti i quali, tutti i vincoli, e peſi ceſseranno, e i Beni paſseranno (come è ſtato di ſopra ordinato all' Articolo ſecondo) all' Erede naturale e legittimo del quarto, ed ultimo Soſtituito.

IX. Se per altro le Primogeniture, o Fidecommiſſi ſopra eſpreſſi ſaranno per durare meno di detti quattro gradi, non intendiamo prolungargli colla preſente noſtra Legge, ma bensì ſpireranno al termine prefiſſo.

X. Quello, che fonderà una Primogenitura, o Fidecommiſſo conforme ſopra ſi è detto, o per contratto fra i vivi, o per diſpoſizione di ultima volontà, ſarà tenuto lui, o il ſuo Erede di fare l' Inventario di detti Beni, in cui ſaranno deſcritte eſattamente, e fedelmente la loro quantità, ſituazione, e confini, del quale Inventario dovrà rimetterne nel termine di tre meſi una copia aſſieme con quella dell' Atto, in cui ſarà inſtituita la detta Primogenitura, o Fidecommiſſo al Magiſtrato Supremo della noſtra Città di Firenze, e reſpettivamente in Siena al Tribunale del Giudice Ordinario, per il quale effetto ne ſaranno tenuti particolari regiſtri, e l' originale reſterà alla Can-

celleria dei Tribunali reſpettivi dei luoghi ove i Beni ſono ſituati.

XI. Tale diſpoſizione, o fra i vivi, o Teſtamentaria, che induca Primogenitura, o Fidecommiſſo dovrà eſſere pubblicata tanto nel detto noſtro Magiſtrato Supremo, e reſpettivamente avanti il Giudice Ordinario in Siena, che avanti li Iuſdicenti dei Luoghi dove ſon poſti i Beni in tre pubbliche Udienze una per ſettimana conſecutivamente, della quale pubblicazione ne dovrà coſtare per un atto dei medeſimi Tribunali.

XII Le dette pubblicazioni non gli diſobbligheranno dai Carichi, Crediti, ed Ipoteche anteriori, ma ſolamente da quelle che potrebbero eſſer create doppo, ed in mancanza di dette pubblicazioni, i Creditori degli Eredi, o deſ ſoſtituiti potranno farſi pagare dei loro crediti ſopra li detti Beni, come ſe non foſſero ſottopoſti al Fidecommiſſo, o Primogenitura.

XIII. Riguardo alle Primogeniture, e Fidecommiſſi eretti nel paſſato, ordiniamo, che li Poſſeſſori attuali di eſſi ſiano tenuti nel termine di ſei meſi di conformarſi a quanto ſi è di ſopra diſpoſto riſpetto alle Primogeniture, e Fidecommiſſi da fondarſi in avvenire. E in caſo di contravenzione gli dichiariamo devoluti al più proſſimo chiamato, quale dovrà eſeguire quanto ſopra.

XIV. E ſiccome potrebbe accadere che i Fidecommiſſi dependino da qualche condizione non per anche purificata, o che il primo chiamato non foſſe ancor nato, in tal caſo ſarà deputato un Curatore ai Beni ſuddetti per conſervare i frutti a chi di ragione apparterranno.

XV. Qualora non ſarà ſiſſata una regola particolare per ſuccedere in una Primogenitura, ſi conſidererà in primo luogo la linea, in ſecondo luogo il grado, in terzo luogo il ſeſſo, in quarto luogo l' età.

XVI. I Figlioli, o Figlioli dei Figlioli poſti in condizione in avvenire non ſi reputeranno chiamati, talchè qualunque Fidecommiſſo inſtituito in caſo di morte ſenza Figlioli ſarà riſoluto per la loro eſiſtenza.

XVII. Quando per altro l' Eredità per la morte *ab inteſtato* dell' Erede ſi dovrà deferire ai Figlioli, che dal Teſtatore ſono poſti in condizione con qualche qualità diſtintiva. In queſto caſo vogliamo, ed ordiniamo, che quelli che ſono ſtati poſti in condizione dal Teſtatore con la detta qualità, eſcludino dall' Eredità quelli, che non ſon poſti in condizione, e ſuccedino come Eredi, e non come Fidecommiſſari.

XVIII. La condizione *ſi ſine liberis* appoſta a più perſone chia-

chiamate collettivamente, e ſimultaneamente ſi reputerà per purificata riſpetto a tutti, ſe uno di loro abbia Figlioli; E perciò il ſoſtituto rimarrà eſcluſo.

XIX. La detta condizione *ſi ſine liberis* ſi dovrà ſempre intendere appoſta in tutti i Fidecommiſſi quando ſi tratterà di eſcludere eſtranei chiunque eſſi ſieno, e a queſto effetto ſotto il nome di Figlioli, o Figliole ſarà compreſa la Deſcendenza.

XX. Eſſendo luogo a dubitare ſe la Primogenitura, o Fidecommiſſo ſiano ſtati ſondati, o ſe durino ancora, non ſi avrà alcun riguardo alle ſole congetture ſulle quali ſe ne voleſſe fondare l' origine, o ſoſtenere la durazione, ma ſolamente ſaranno conſiderate allor quando eſſendo eſpreſſe l' inſtituzione, e continovazione del Fidecommiſſo, o della Primogenitura, ſi tratterà di ſpiegare la volontà del Diſponente per riconoſcere chi debba eſſer compreſo, o preferito. Il che averà luogo ancora quanto alle Primogeniture, e Fidecommiſſi fatti per il paſſato le di cui controverſie non ſieno ancora deciſe, o tranſatte.

XXI Si potrà in ſuſſidio ſcorporare, o ipotecare le Primogeniture, e li Fidecommiſſi aſcendentali, come ancora li traſverſali in favore delle Figliole, e delle Nipoti *ex filio* dell' Erede gravato, o del Poſſeſſore del Fidecommiſſo, ſolamente però ad oggetto di coſtituirgli una Dote congrua, e ciò anco nel caſo che vi foſſe un eſpreſſa proibizione; Il che ancora procederà per la reſtituzione delle doti, e per l' augumento delle medeſime convenute nel contratto di Matrimonio, e non altrimenti.

XXII. Apparterrà alle noſtre Conſulte di Firenze, e Siena reſpettivamente dopo averne reſo conto al noſtro Conſiglio di Reggenza di permettere l' alienazione, o ipoteca dei Beni Fidecommiſſi, o delle Primogeniture, non ſolamente per la coſtituzione, reſtituzione, o augumento delle doti, ma ancora per gl' alimenti puramente neceſſari, o per le ſpeſe, che converrà fare nei riſarcimenti, e miglioramenti dei Beni, o per la difeſa, o augumento del Fidecommiſſo, o per fare qualche permuta, o ſurroga dei fondi.

XXIII. Proibiamo di potere inſerire nelle Primogeniture, o Fidecommiſſi da farſi in avvenire clauſule contrarie al ben pubblico, al noſtro, o a quello dei particolari, come ſarebbe quella di dichiarare decaduto il poſſeſſore della Primogenitura o Fidecommiſſo, che foſſe fallito un meſe avanti il ſuo fallimento, ed altre ſimili; le quali annulliamo, e aboliſchiamo riſpetto a tutte le Primogeniture, e Fidecommiſſi ſtabiliti per il paſſato.

XXIV. Non ſolamente i Creditori del fallito potranno vivente

vente lui ottenere il pagamentento dei loro crediti ſopra i frutti dei beni, che ſono ſottopoſti al Fidecommiſſo, o Primogenitura; Ma ſe il fallito è Mercante, o Banchiere, potranno tali Creditori farſi ancora pagare ſopra le proprietà di queſti medeſimi beni dopo la morte dell' ultimo chiamato.

XXV. Qualunque reſtituzione volontaria, o anticipata del Fidecommiſſo, non porterà mai pregiudizio ai Creditori, i quali potranno ciò non oſtante eſercitare le loro azioni ſopra i Beni Fidecommiſſi, e reſtituiti come ſopra, ſino a che la condizione ſia purificata ſenza che abbiano alcun obbligo di giuſtificare, che tal reſtituzione ſia ſeguita in fraude.

XXVI. Non intendiamo compreſi nella preſente Legge li feudi, che rilevano dal noſtro Gran-Ducato, li quali ſi regoleranno ſecondo l' Inveſtiture, Leggi, e Regolamenti dei noſtri Predeceſſori, ed altri che giudicheremo noi a propoſito di fare, a riſerva però dei frutti di queſti medeſimi Feudi, che potranno ſequeſtrarſi, e perceperſi dai Creditori dei Feudatari nell' iſteſſa guiſa, che ſopra l' abbiamo ordinato riſpetto alle Primogeniture, e Fidecommiſſi.

XXVII. Eccettuiamo parimente dalla preſente Legge i Priorati, Baliati, e Commende del noſtro Ordine di S. Stefano, ſopra le quali ſi oſſerveranno le diſpoſizioni contenute negl' atti di fondazione confermati da noi, o dai noſtri Predeceſſori, e riſpetto ai frutti ſi attenderanno li Statuti del detto noſtro Ordine di S. Stefano.

Dato in Conſiglio di Reggenza li 22. Giugno 1747.

*IL PRINCIPE DI CRAON. GIO. ANTON TORNAQUINCI.*
*GAETANO ANTINORI.*

---

Ordinazione sopra i Legati per via di cedole, e viglietti fatta nel Consiglio di Finanze li 25. Novembre 1746 e pubblicata in Firenze il dì 2. di Dicembre 1746. colla ripubblicazione del Capitolo dello Statuto delle Gabelle dei Contratti sopra i Rapporti dei Testamenti, e Codicilli, seguita nel dì 24. Novembre 1746.

*Franceſco per la Grazia di Dio Imperador dei Romani ſempre Auguſto, Re di Germania, e di Geruſalemme Duca di Lorena e di Bar, Granduca di Toſcana &c. &c. &c.*

Eſſendoci ſtato rappreſentato, che vengono fraudati i noſtri Sovrani Diritti coll' apporre nei Teſtamenti, Codicilli, ed altre

tre ultime Diſpoſizioni, la Clauſula di dare eſecuzione a tutte le Cedole, e Viglietti, che ſi trovaſsero ſcritti di mano del Diſponente, o in altra forma in di lui Nome, ſenza indicare, ed eſprimere il contenuto dei medeſimi, ed a favore di chi ſiano fatti, occultandoſi in tal forma la notizia dei Laſciti, ed altre Diſpoſizioni Gabellabili; e volendo noi porre un efficace rimedio ad un tale abuſo, ordiniamo eſpreſſamente, e comandiamo la preciſa oſſervanza di quanto appreſſo.

Primo Vogliamo, che reſti proibito a tuti i Notai di qualſivoglia Stato, e Condizione, l' apporre in avvenire nei Teſtamenti Nuncupativi, Codicilli, ed altri Atti di ultima volontà, dei quali eſſi ſi rogheranno, veruna Clauſula, mediante la quale ſi ordini l' eſecuzione di Cedole, e Viglietti, o altre Diſpoſizioni, quando non ſia nel Teſtamento medeſimo, Codicillo, o altro Atto enunziata la data, e la ſomma delle medeſime, e la Perſona a profitto di cui ſaranno fatte; ſotto la qual proibizione s' intendano compreſe tutte le Clauſule, e Formule, per le quali ne veniſſe commeſſa l' eſecuzione, benchè concepite foſſero con termini di preghiere, perſuaſioni, eſortazioni, e conſiglio, o in altra forma, che produceſſe l' iſteſſo effetto.

Secondo. E contravvenendo detti Notai a quanto ſopra, cadano, per la prima volta, in pena di ſcudi venticinque, e per la ſeconda di ſcudi cinquanta, e privazione del Rogito per anni tre, e per altre volte ſucceſſivamente in altre pene più gravi ad arbitrio di chi doverà giudicare.

Terzo. Ed inoltre, fermo ſtante quanto ſopra riſpetto ai Notai, le dette Clauſule ſiano in tutti i Teſtamenti così Nuncupativi, come in ſcriptis, ed in qualſivoglia Atto di ultima volontà di niun valore, ed efficacia, come ſe non foſſero ſcritte in detti Teſtamenti, Codicilli, ed altre ultime volontà, anzi ſi abbiano, e ſi reputino come ſe foſſero appoſte per ſuggeſtione, dolo, e fraude degl' Intereſſati medeſimi, a favore dei quali foſſero fatte le ſteſſe Cedole, e Viglietti, o altre Diſpoſizioni, dimodochè eſſi non abbiano azione per detto titolo di chiedere, ritenere, e conſeguire coſa alcuna di quanto in eſſi contenevaſi. Nè alcun Giudice poſſa dare ai medeſimi veruna eſecuzione, ſotto pena della Nullità di tutti gl' Atti: ſiccome vogliamo, che ſia di niun valore qualunque privata convenzione, che eſpreſſamente, o implicitamente, ad arbitrio di chi dovrà giudicare, conteneſſe promeſſa del Pagamento, ed eſecuzione di qualunque Laſcito, o altra Diſpoſizione Gabellabile, e non poſſa a tali Convenzioni,

darſi

darli in giudizio alcuna eſecuzione, non oſtante qualunque Rinunzia, che ſi faceſſe alla Nullità impoſta nella preſente ordinazione, quali Rinunzie ſi vuole, che ſiano di niun valore, ed effetto. E nondimeno (perchè da ciò non ne riſulti danno al noſtro Regio Erario) ordiniamo, che di tutti i Viglietti, e Cedole, o altre Diſpoſizioni, e Convenzioni come ſopra, qualora contenghino Atti gabellabili, ſia dovuta la Gabella dall' Eredità medeſima, o da chi ne ſentirà utilità per la non eſecuzione di tali Laſciti, o diſpoſizioni.

Quarto. E quando a dette Cedole, e Viglietti, o altre Diſpoſizioni, e Convenzioni, che ſopra, foſſe volontariamente data eſecuzione, dovrà eſſer tenuto al pagamento della Gabella inſieme, & in ſolidum, anche chi vi avrà conſeguito comodo, o utilità.

Quinto. E benchè il Teſtamento, o altro Atto di ultima volontà abbia forza, ed effetto dal giorno della morte di chi ha diſpoſto, e però la preſente Ordinazione, riſpetto all' invalidità di tali diſpoſizioni, poteſſe eſtenderſi ancora ai Teſtamenti, ed altri Atti già fatti avanti la pubblicazione del preſente Editto da perſone ancor viventi, nulladimeno, acciò non ſiano obbligati con nuovo diſpendio a fare altro Teſtamento, o Codicillo, o altro Atto di ultima volontà, ſi dichiara, che riſpetto a queſti mentre le dette Cedole, e Viglietti, o altre diſpoſizioni ſiano fedelmente preſentate quarantacinque giorni dopo la morte del Diſponente a quell' Ufizio, al quale ſi deve la Gabella, godino i medeſimi diritti, come ſe ne foſſe eſpreſſo il tenore nel Teſtamento, o altra Diſpoſizione, altrimenti ſpirato il detto termine, e non ſeguita detta eſibizione, ſiano dette Cedole, o Viglietti ſottopoſti irremiſſibilmente a tutte le ſuddette ordinazioni, come ſe ſi trattaſſe di Teſtamento, o Codicillo, o altro Atto fatto, e rogato dopo il preſente Editto.

Seſto. La cognizione di tali traſgreſſioni dovrà aſpettare, ed appartenere privativamente a quei Giudici, ai quali ſi appartiene reſpettivamente il conoſcere le Cauſe di ſimili Gabelle nei reſpettivi Luoghi delle loro Giuriſdizioni.

Ed il preſente Ordine ſi eſtenda alla Città, Contado, e Montagna di Piſtoia, ed a tutti gli altri Luoghi del Granducato, che per altro foſſero in qualunque maniera obbligati al pagamento di dette Gabelle, neſſuno eccettuato, ancorchè occorreſſe farne un' individual menzione.

E finalmente commettiamo alla noſtra Camera Granducale di

di fare immediatamente pubblicare in queſta Città di Firenze il preſente noſtro Editto, e di ordinarne la pubblicazione, ed eſecuzione come ſopra in tutti gli Stati del noſtro Granducato.

Fatto nel Conſiglio di Finanze li 25 Novembre 1746.

IL BALIO SANSEDONI. TAVANTI.

Pubblicata in Firenze nei Luoghi ſoliti da me Gaetano Caſini Pubblico Banditore queſto dì 2. Dicembre 1746.

*Ripubblicazione del Capitolo dello Statuto delle Gabelle dei Contratti ſopra i Rapporti dei Teſtamenti, e Codicilli.*

GL' Illuſtriſſimi Sigg. Auditori della Camera Granducale, in eſecuzione del Motuproprio del dì 19. Agoſto, e del reſpettivo Reſcritto del Conſiglio delle Finanze del dì 16. Novembre 1746. ordinarono ripubblicarſi il ſeguente Capitolo dello Statuto delle Gabelle dei Contratti colle ſequenti aggiunte, comandandone l' inviolabile oſſervanza. Mandant. &c.

*Rapporti dei Teſtamenti, e Codicilli in che modo.*

E quanto ai rapporti dei Teſtamenti, Legati, o Codicilli ſi provvede, che non ſia Lecito ad alcuno dei Notai dello Stato Fiorentino moſtrare, o leggere, nè dar notizia d' alcun Teſtamento, Codicillo, & altra ultima volontà ad alcuna perſona, ſia di che ſtato, grado, o condizione la ſi voglia, ſe prima tali Teſtamenti, Codicilli, o altre ultime volontà non ſaranno ſtati rapportati alla Gabella predetta, e ſe il Notaio, che ne ſarà ſtato rogato, non ne averà ottenuta fede di mano del Cancelliere di eſſa Gabella, o del Notaio delle Cedole, o Coadiutori, che contenga che di tali ultime volontà ne ſia quivi ſtato fatto rapporto; ſotto pena, ſe contravverranno, o mancheranno del diſpoſto, ed ordinato nel preſente Capitolo, di doverne pagare una Gabella nel dì del loro proprio di più, e di ſcudi dieci d' oro in oro d' Italia per ogni volta, che traſgrediranno, e mancheranno di quanto ſopra, e da applicarſi come di ſopra.

Intendendo, ed eſpreſſamente dichiarando il preſente Capitolo aver luogo, e doverſi oſſervare per quei Teſtamenti, Codicilli, ed ultime volontà, dei quali il Teſtatore, Codicillatore, o Conditore ſarà morto: Perciocchè mentre il Teſtatore, o Codicillatore vive, ſi provvede, che il Notaio non poſſa, nè debba in alcun modo dare rapporto, o copia di qualſivoglia Teſtamen-

to, o Codicillo, nè eziandio lettura, notizia, o revelazione alcuna ad alcuna perſona, ſalvo che al proprio Teſtatore, o a chi ne averà da lui ſpecial commiſſione, delle quali commiſſioni ne abbia apparire ſcritto, e ſotto la medeſima pena a chi contraffarà, come di ſopra.

E con dichiarazione ancora, riſpetto ai Notai di Firenze, che cadendo la neceſſità di aprire il Teſtamento in giorno feriato, e nel quale non ſi poteſſe fare la Denunzia ſopra preſcritta al Tribunale, ſia permeſſo farlo privativamente in mano del Cancelliere, o del Notaio delle Cedole del medeſimo, per regiſtrarſi nel primo giorno giuridico.

E Siccome per i Teſtamenti, che ſi rogano fuori della Città di Firenze, non ſarebbe eſeguibile quanto di ſopra vien dichiarato, atteſa la neceſſità, che vi è il più delle volte di leggerli appena morto il Teſtatore, ſi provvede in aumento di ciò, che viene preſcritto nel precitato Articolo, e per maggior comodo dei Notai, che per tutti i Teſtamenti rogati fuori della d. Città, o fatti da perſone abitanti fuori della medeſima, al tempo della morte abbiano i Notai un termine di giorni trenta da cominciare a decorrere dal dì della morte del Teſtatore, ed aver fatto il rapporto ordinato quì ſopra, e colla mandata in cui ſiano eſpreſſe tutte le Diſpoſizioni, o col preſentarſi all' Ufizio col Protocollo per darne viſta al Notaio delle Cedole. Dopo il qual termine, non avendo adempito a quanto ſopra s' intendino incorſi nelle pene comminate contro chi mancaſſe di fare i ſuddetti rapporti.

*Avvocato Pier Antonio Brandi Segretario.*

Pubblicato in Firenze nei Luoghi ſoliti da me Gaetano Caſini pubblico Banditore queſto dì 24. Novembre 1746.

---

## BANDO

*Da oſſervarſi da tutti i Notai del feliciſſimo Stato di S. A. R.*

IL Sereniſſimo Granduca di Toſcana, e per S. A. R. gl' Illuſtriſs. Sigg. Conſervadori del Generale Archivio Pubblico di queſta Città di Firenze.

Eſſendo che la Congregazione di S. Giovan Batiſta ſopra il ſoccorſo de' Poveri, e loro lavori fino dell' anno 1701. in eſecu-

cuzione di Motuproprio del Sereniſſimo Granduca Coſimo III. di glorioſa memoria, ingiungeſſe l' obbligo ad ogni Notaro, che ſi fuſſe rogato di qualunque Teſtamento, Codicillo, Donazione per cauſa di morte, o qualſiſia altra ultima volontà, di ricordare ai Diſponenti ſe vogliono laſciare alcun Legato alla medeſima Congregazione, conforme reſulta dal Bando pubblicato il dì 3. Gennaio 1701; ed eſſendo ancora che l' eſperienza abbia fatto conoſcere che molti Legati, e altre ultime Diſpoſizioni fatte da molte Perſone caritatevoli a pro de' Poveri non ſiano ſtate mandate ad eſecuzione, sì per mancanza di notizie, come anco per la poca cura di chi per gli tempi addietro ne è ſtato incaricato; Perciò reflettendo in oggi gl' Illuſtriſſimi Sigg. Deputati della Congregazione ſuddetta a un tanto diſordine, che ha arrecato pregiudizio sì grave a' loro Poveri, atteſa maſſime la moltiplicità di eſſi, che giornalmente va augumentandoſi, hanno ſupplicata l' A. S. R. di provvedimento: onde dalla medeſima con Benigno Reſcritto del dì 29. Settembre 1729. non ſolo ſia ſtata ordinata l' inviolabile oſſervanza della predetta Legge, ma inoltre ſia ingiunto l' obbligo a tutti i Notari, che foſſero rogati di Teſtamenti, o altre ultime Volontà, dove ſaranno ſtate fatte fin ad ora, o ſi faranno in futuro Legati, o altre Diſpoſizioni a favore della predetta Congregazione, per quei Teſtatori che fuſſero morti, di dare dentro il termine di un meſe corrente dal dì della pubblicazione del preſente Bando, e per quei Teſtatori che fuſſero ancor vivi, nel termine di un meſe dal dì della morte di detti Teſtatori, o Diſponenti le debite notizie in ſcriptis ai detti Illuſtriſs. Sigg. Deputati della Congregazione predetta ſotto l' infraſcritte pene, conforme diſtintamente appariſce dal detto Benigno Reſcritto del dì 29. Settembre 1729.

Che però volendo gli detti Illuſtriſs. Sigg. Conſervatori del Gener. Archivio Pubblico Fiorentino, che la pia mente della R. A. S. ſia a benefizio de' Poveri inviolabilmente oſſervata, fanno pubblicamente bandire, e notificare, che a tutti gli Notai di qualunque Città, Terra, o Caſtello ſoggetto al Dominio Fiorentino, niun luogo eſcluſo, o eccettuato, quantunque eſente, e privilegiato, reſta rinnovato l' obbligo di ricordare a tutti gli Diſponenti, tanto per via di Teſtamento, che di Codicillo, Donazione per cauſa di morte, o qualſiſia altra ultima Diſpoſizione, ſe vogliono laſciare alla predetta Congregazione qualche caritevole Suſſidio, ſecondo che pareſſe alla loro pietà, e devozione, e in conformità del diſpoſto del predetto Bando del 1701; ed inoltre che in vigore del preſente Bando, ſi comanda a tutti i

Notari predetti, i quali ſiano ſtati finora, o ſaranno in futuro rogati di Teſtamenti, o altre ultime Volontà, dove abbia, o ſia per avere intereſſe la detta Congregazione in ſoccorſo dei Poveri, che fra un meſe, da decorrere dal dì della pubblicazione del preſente Bando, per quei Legati, e ultime Volontà, che foſſero finora ſtate fatte, e gli Diſponenti fuſſero morti, e per l' altre dove i Diſponenti fuſſero vivi, e per quelle che ſi faranno in futuro, fra un meſe corrente dal dì della morte di detti Teſtatori, o Diſponenti, ſiano tenuti dare in ſcritto la notizia di detti Legati, o altre Diſpoſizioni che veniſſero fatte in favore di detta Congregazione di S. Gio. Batiſta agl' Illuſtriſs. Sigg. Deputati della medeſima, con farne perciò la mandata diſtinta di detti Legati, e degl' Eredi, ed Eſecutori teſtamentari &c. alla pena mancando di ſcudi dieci d' oro, ed arbitrio da incorrerſi in caſo di ciaſcheduna di dette ommiſſioni, da applicarſi ogni pena per un terzo alla detta Congregazione in ſoccorſo de' Poveri, per l' altro terzo al Notificatore paleſe, o ſegreto, eſſendovi, e per l' altro terzo al Magiſtrato dell' Archivio, conforme appariſce per detto Benigno Reſcritto del dì 29. Settembre 1729.

E perchè da neſſun Notaro ſi poſſa allegare ignoranza di ſorte alcuna di quanto ſopra, dovranno tenere continuamente nel loro vegliante Protocollo dell' ultime volontà il preſente Bando per loro memoria, il quale gli ſarà conſegnato dalla loro Cancelleria, e tutto &c. mandantes &c.

*M. Zanobi Pomi Cancelliere.*

Bandito per me Bruno Benvenuti pubblico Banditore queſto dì 31. Marzo 1730.

*Vien eſortato ciaſcheduno de' Sigg Notai a voler ſuggerire, e perſuadere ai Teſtatori, e Diſponenti, che di quante Opere Pie eſſi aveſſero in animo di fare a benefizio de' Proſſimi, e ſuffragio delle anime loro, difficilmente eſſi potranno trovarne una, che ſia di maggior merito di queſta, la quale tende ai loro ſollievo più avvantaggioſo; cioè col ritirarli dall' ozio, occaſione, e fomento d' ogni vizio, dovendoſi impiegare detto loro caritatevol ſuſſidio in far lavorare i medeſimi, ed in ſpecie quelli che per mancanza di lavoro ſon neceſſitati a procacciarſi il vitto col mendicare; Inoltre devono reflettere detti Sigg. Notai, che quanto maggiore ſarà l' attenzione, o induſtria, che da loro ſi porrà in far queſta ſant' Opera, tanto più ſarà ancora per loro il merito, che ne averanno appreſſo Dio.*

*I Signori Notai di Firenze potranno regiſtrare le mandate nel Libro poſto per tale effetto nella Reſidenza della predetta Congregazione*

zione

*zione di S. Gio. Batiſta ſopra il ſoccorſo de' Poveri, e quelli fuori di queſta Città le manderanno per lettera alla d. Congregazione.*

SUA A. R. vuole, che le Diſpoſizioni per ultima volontà, con le quali ſi ordina la celebrazione di Meſſe, o altri Suffragi non ſiano compreſe nel diſpoſto degli Articoli V. e VI. della Legge dei 2. Marzo 1769. trattandoſi in queſti delle ſole Opere Laiche intereſſanti la pietà pubblica.

Ed allora che ſia laſciata una ſomma in contanti, o il prezzo di una porzione di Beni per erogarſi immediatamente nella ſoddisfazione di Meſſe, e Suffragi, onde non reſtandovi alcuno Stabile, o Capitale ammortizzato, non abbia luogo la Cenſura delle Leggi del 1751. e del 1769.; potendo però tali Diſpoſizioni ſervir di preteſto a defraudare le dette Leggi, vuole, che in avvenire non ſiano valide, ſe non quando non oltrepaſſino il valore di cento zecchini, e queſta ſomma non ecceda la vigeſima parte di tutta l' Eredità; ma importando una ſomma maggiore, o eccedendo la vigeſima non poſſino eſeguirſi ſenza averne ottenuta precedentemente la Grazia Sovrana, tanto eſiſtendo, che non eſiſtendo Congiunti in qualunque grado al Diſponente. Dato li 18. Agoſto 1777.

PIETRO LEOPOLDO. V. ALBERTI.

F. SERATTI.

*Additiones ad Tit. de Teſtamentis.*

EXacto Opere huius primi Tomi, ac penitus excuſo cogimur iterum arma capere, atque in arenam deſcendere ad conterendos laqueos, compedeſque eſtringendos, quorum quandoque Tabelliones pondere præmuntur. Nobis enim nunciatum fuit quæſtionem exarſiſſe, an Ruſtico ruri condenti Teſtamentum abſolute indultum ſit ex ſpeciali privilegio, quinque tantummodo teſtes adhibere, vel id permiſſum ſit fieri in caſu ſolum, quo maior numerus inveniri in actu nequeat; at cum propoſitio hæc generice a nobis explanata fuerit, & abſque limitatione in appendice ad materiam Teſtamentorum ſub *num. 6. §. non omnia pag. hic* 181. eo modo, quo tradit *Clarus in §. Teſtamentum qu. 56. num. 6.* „ ibi „ Sed quid ſi in Teſtamentis conditis in rure

= per

= per Ruſticos numquid hæc ſolemnitas numeri ſeptem Teſtium
= pariter erit neceſſaria ? „ reſpondetur quod non ; ſed in illis
= ſpeciale eſt quod ſufficiant tantum quinque Teſtes „ & inferius
= Et hæc quidem concluſio locum habet, ſive huiuſmodi Ruſticus
= teſtetur in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis „ Et paulo poſt ſcias tamen
= quod hoc privilegium, quod conceditur per *d. L. fin.* conceditur
= perſonæ, & loco copulative, ſcilicet Ruſticis, & in rure te-
= ſtantibus, quam opinionem confirmat *Boerius in dec.* 228.
= ibi „ Ultimo etiam fallit in Teſtamento Ruſtici ruri commo-
= rantis, in quo ſufficiunt quinque Teſtes „ His itaque præmiſ-
ſis ad trutinam revocanda eſſe oportunum opinamur ea quæ
aſſeruntur in hac ſpecie a Doctorib. ſupra relatis, & ab aliis quam-
plurimis ( quos recenſere ſupervacaneum putamus ) ut ea quæ
tutiora ſunt poſſint in praxim amplecti, ne iurgia exſurgant ex
quibus Notarii illaqueentur.

Ad rem accedendo, ſi a primordiis materia perpendatur de-
ciſionem præbet littera *Textus in Leg. fin. Cod de Teſtam* quæ
eſt ſedes huius materiei in §. *ſi autem* „ ibi „ Si autem in illo
= loco minime inventi fuerint ſeptem Teſtes, uſque ad quin-
= que, modis omnibus teſtes adhiberi iubemus, minus autem
= nullo modo concedimus, quam ſequitur „ *Menoch. de arbitr.
caſ.* 193. *ſub num.* 71. „ ibi „ Et licet aliquando concedatur
= cum minori numero Teſtium ( loquendo de Ruſticis ) ut *in
= dict. Leg. ult.* illud evenit ob Teſtium penuriam „ quod qui-
dem extendi poſſe putant Doctores ( ut alias diximus ) tempo-
re peſtis, & in quocumque caſu urgentis neceſſitatis, *Oinot. in-
ſtit. tit. de Teſtam. ordinand. §. de ſolemnitat. Teſtam. num.* 16.
„ ibi „ Secundum magis communem, & æquiorem Sententiam
= etiam tempore peſtis, & quando plures Teſtes haberi non poſ-
= ſunt, poteſt Teſtamentum condi coram paucioribus „ *Boer.
loc. cit. Guid. Pap. qu.* 543. *Roland. a Vall. conſ* 81. *Myſinger.
obſervat.* 96. *De Luc doctor. volgar. de Teſtam. cap* 2. *num* 7.

Ex quibus patet regulam ſumendam eſſe in caſus contin-
gentia, quod Notarii in Teſtamento Ruſtici, ruri condendo, &
in aliis urgentibus caſibus adhibeant quinque Teſtes ſi maior co-
pia haberi non poſſit ; atque ſolliciti ſint circumſtantiam expri-
mere, dicendo quinque tantum Teſtes adhibitos fuiſſe, & quia
maior numerus reperiri non potuerit, & prout magis, & melius
extenſori videbitur.

NO-

NOTÆ.

*Ad verbum Ruſticus.*

Cum anxie optemus quaſcumque dubietates profligare ( ſi tamen hoc tale cupienti dari poſſit ) plura tradeinus ad explanationem verborum „ Ruſticus „ Agricola „ Colonus „ vernacula lingua „ Villano „ Agricoltore „ Coltivatore „ Ex quibus equivoca vitari poſſint, quæ aliquando, vel obſcuritatem, vel diſceptationem pariunt: verbum Ruſticus „ explicatur Italice „ Villano „ Agricola, vel qui ruri degit: Cic. pro ſexto Roſcio: ſunt municipales Ruſticique „ Romani „ erant autem Ruſtici Cives Romani, qui in ruribus vitam degebant, agri colendi Cauſa, vel ſui, vel alieni, vel publici.

Agricola „ Lavoratore della Villa „ ex Ager, & Colo; Cultor agri Cic. pr. Tuſculanor. arbores ſecet diligens Agricola.

Eſt autem nomen generale, nam Agricolarum alii Aratores ſunt, alii Vinitores, nonnulli Arboratores, multi etiam Paſtores nec ſolum Ruſtici, & Agreſtes dicuntur Agricolæ, ſed multi etiam oppidani *Cato de re Ruſtic. cap.* 1.

Colonus „ Contadino „ Cic. pro Cecinna „ qui Colonus = habuit conductum de Ceſenna fundum „ ſpeciatim vero coloni ſunt, qui ab aliquo Principe, vel Populo in alium locum habitandi cauſa, mittuntur, qui non propriis, ſed ſui populi a quo profecti ſunt Legibus vivunt *Cic.* 3. *de natur. Deor.*

Ex *Alciat de verb. ſignifi pag. mihi* 511. Coloniæ erant in quas Cives Romani habitatum deducti erant agerque eis adſignatus.

In Iure noſtro Ruſticus Perſona eſt, quæ ignorare propter ruſticitatem Ius ſuum poſſit *Leg.* 2. *in fin. ff. de Iure Fiſci.*

Sed inquiet fortaſſe quiſpiam quorſum hæc? reſpondeo quod ad rem noſtram ſi tenenda eſſet prima opinio quod Ruſticus ruri condens Teſtamentum ex ſpeciali privilegio poſſet uti tantummodo quinque Teſtibus, verbum illud intelligendum eſſet ſolum de Agricolis, ſeu Terrarum Cultoribus, de Vinitoribus, de Arboratoribus, & Paſtoribus; verum cum ex deductis ſatis probatum videatur, quod uſus quinque Teſtium permittatur in caſibus urgentibus, in quibus maior copia non habeatur, certum erit quod generice id extendi poterit ad quoſcumque Ruſticos, id eſt, qui ruri ſunt, vel degunt; quos Ruſticos generice appellari, tradit *Myſinger decad.* 15. *diſp.* 3. *n.* 9. „ ibi „ Ruſtici intelligendi ſunt = omnes, qui habitant extra muros Civitatis; quod quidem ratio-

ni

ni conſonum videtur, nec ad Civitates umquam extenſum; cum Ruri de facili poſſit contingere, quod Teſtes non inveniantur, ſecus in Civitatibus.

Cœterum ſi notarius velit rigoroſe voces illas accipere, cogitet, quod ſibi magis expediat, uſus enim plura docebit, nos vero hæc tradidimus ad ſimplicem ornatum, & notionem; cupientes, ne iudaice aliquando dubia accipiantur, vertendo in vitium, quidquid ſane non eſt.

FINIS.

Digitized by Google

cipio. - -

. verſ. *In*

form. in §.
*n*.

1. verſ. *Si*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google